


JURISPRUDENTIÆ ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ

LIBRI IX.

TOMUS SECUNDUS


COMPLECTENS

JUS PATRIARCHICUM CATHOLICORUM.

Nove, non nova. Vincent. Lirinens. in Common.



VENETIIS MDCCLXXXVIII.



TYPIS SIMONIS OCCHI.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

AD LECTOREM AUCTOR.



UI paucis ab hinc menſibus Jus Pontificium edidi, in quo Petri Apoſtolorum Principis hæredem, hæreditatemque in lucem, ac ſolem produxi, is modo Patriarchale Jus emitto, in quo aliorum etiam Apoſtolorum ſucceſſores, ſucceſſionemque in medium voco, inque omnium oculis, conſpectuque expono. Quid? In eum ne igitur locum nos rediiſſe, ut quæ, quantaque fuerit Apoſtolorum res, & ad quos hæredes venerit, quærendum adhuc ſit? liteſque etiamnum hac de re paratæ? Si Lutheranos audis, res omnis Apoſtolica ſimul una cum Apoſtolis elata fuit, ac conſepulta. (Vid. Boehm. Diſſert. *ad Plin. & Tertull. Diſſ. III*, §. *61*, *I. P. Sect. II*, *cap. 2*, §. 51.) Si Pontificios conſulis, ad unos Petri ſucceſſores tota pervenit. (Vid. Bellarm. *de Roman. Pontif.* & Natal. Alexand. *in Sæc. I*, *Diſſ. IV*, § 3, *V. Si tertius*) Si in Epiſcopalium ſcholas te te mittis, nemo eſt Epiſcoporum, cui ea non obtigerit. (Vid. Dodvvell. *in Paræn. de nuper. Schiſm. Anglican. n.* 15, *&* 19.) Quid nos autem? Pol nimia inſania deſipere, totiuſque Eccleſiæ fundamenta, ac propugnacula convellere vinceremur, ſi eumdem tumulum, qui Apoſtolorum corpora contexerat, eorum etiam bona, ac jura obruiſſe, Lutheranorum gregi aſſentiremur. Nec ſatis nobis ſapere videbimur, ſi cum Pontificiæ Dignitatis non modo fautoribus, ſed etiam amplificatori-

toribus, cum nimis ſancta, ac firma fundamenta ſtruere molimur, arces ac muros Civitatis ſubruamus. Quanto porro ſuperior eorum cauſa evadit, qui Epiſcoporum Univerſitatem ad Apoſtolici Collegii ſucceſſionem vocant, tanto mehercle inferior illorum cauſa diſcedit, qui ſingulis Epiſcopis ſingulorum Apoſtolorum hæreditatem petunt. Qui pro Univerſitate dicunt & locupletiſſimorum teſtium (S. Cyprian. *Epiſt.* 33, *&* *l.* 4, *epiſt.* 9, *epiſt.* 42, 69, Hieronym. *epiſt.* 54, Auguſt. *in Pſalm.* 44.) & maximorum exemplorum copia abundant; Collegiumque Apoſtolicum in Eccleſia Œcumenica ſeu coacta, ſeu diſperſa & ſemper vixiſſe, & nunc etiam vivere, ac ſpirare, perpetua ac conſtans traditio, & res ipſa convincit. At qui ſingulorum Epiſcoporum cauſam orant, horum omnium inopia laborant. Age enim. Quo tandem jure in hæreditaria ſingulorum Apoſtolorum bona irruis, poſſeſſioneſque irrumpis? Jure, inquis, ſucceſſionis. At quinam eſt ille Apoſtolus, cujus tu ſucceſſor venis? Num Judas? num Matthias? num Bartholomæus? At ubi hujuſce tuæ ſucceſſionis ordo? ubi ſcala? ubi arbor? Hem lineam duc. Quis ſtipes? Quinam Apoſtolorum hanc tuam fundavit, Apoſtolicaque dote ditavit Eccleſiam? Quis ab hoc tuo Apoſtolo primus, quis ſecundus, quis tertius tibi obviam venit? Quot, quibuſque gradibus diſtas a ſtipite? Hæc omnia nos doceas oportet. Nam ii omnes, qui ſucceſſionis jure hæreditatem adire volunt, næ progeniem ſuam omnem, Patrem, Avum, Proavum, Abavum, Atavum, Tritavum, Majoreſque omnes, uſque eo dum ad hæreditatis auctorem ventum fuerit, nominatim proferunt. Cur non & tu hoc idem facis? Cur non numerantur Majores iſti tui, qui ſurſum ad Apoſtolum aliquem recta ſubvolent? Recta inquam. Nam fruſtra in obliqua linea ſucceſſionis jura venaberis, quouſque recta ſuperſtes erit. Verum enim vero qui fit, ut nemo Majorum tuorum, qui hunc eumdem tuum locum tenuerunt, ullius tamen Apoſtoli vices, parteſque compleverit? non Eccleſias fundarit, non Epiſcopos conſecrarit, non alia Apoſtolica privilegia ſibi arrogarit? Unde igitur

tur nunc primum tanta hæc tua nobis dignitas prodit? Unde isthæc, quam nobis modo præ te fers, tibi nunc demum accessit tam ampla Christi legatio? Quis hic, qui te te repente incessit, ardor, ut novus nobis nihil tale expectantibus, tamque serus exoriare Apostolus? Jam dixi tibi, ne erres, nunc a nobis non quæri de Universorum Apostolorum hæreditate, quam Universis Episcopis simul sumptis seu Universæ Ecclesiæ ultro tradimus, sed de singulorum Apostolorum seorsim ab Universis sumptorum hæredibus hic agi, ac successoribus. De hisce modo ego loquor; hos mihi offerri, hos coram ostendi, hos mi in conspectum dari volo. At si non in singulis Episcopis, ubi tandem singulorum Apostolorum jura expiscabimur? Hoc nimirum est illud pensum, quod nobis sumimus, cui nostras hasce demus dieculas, hoc illud subtemen, quod nobis in hoc secundo Tomo nendum est, atque in fila deducendum. Nec ubi singulorum Apostolorum jura reperiri possint, diutius quærendum puto. Nam si Petro nil tam conjunctum, tam adhærens, quam singuli Apostoli, si Pontifici nil tam proximum, tam pone sequens, quam singuli Patriarchæ, si Petri bona in Pontificio Regno inventa tibi dedimus, singulorum Apostolorum opes in Patriarchali fundo erunt effodiendæ. Hic igitur fodiamus, hic opus faciamus, hic adlaboremus. Nec manum de tabula, donec & Patriarchas singulos ab singulis Apostolis rectis lineis descendere, & Patriarchas singulos in singulorum Apostolorum vestigia ingressos, eorum bona semper possedisse, eorum juribus nunquam non usos, fruitosque fuisse, digito ipso monstraverimus. Scalas ipsas exhibebimus, gradus indicabimus, quibus ab singulis Patriarchis ad singulos Apostolos adscendas. Ecclesiarum porro γενεαλογίαν, quarum Apostoli procreatores, Patriarchæ vero propagatores, tamquam certissimam Apostolicorum jurium a Patriarchis custoditorum indicem ac testem picta in tabula, atque meridiana in luce collocabimus. Ita, quæ res in judicio duæ plurimum possunt, Titulus & Possessio, eæ ambæ pro nobis in hac causa faciunt. Titulum, quo res Aposto-

ca

ca ad ſingulos Patriarchas devenit, in ſcalis habebis. Poſſeſſionem Jurium Apoſtolicorum ab ſingulis Patriarchis ſemper retentam, nunquam ammiſſam in γενεαλογίαις tenebis.

Arduum ſane opus ſuſcipio, atque ab omnibus hactenus intentatum, viamque dumis, ſpinis, ſentibus interſeptam, ſaxorum aſperitatibus, ſalebris, impendentium montium altitudinibus præpeditam, in qua nemo adhuc veſtigia poſuit, primus ingredior. Sed jacta eſt alea. Sicubi itinere deerrabo, ſi pes interdum hæſitabit, ſi vires deficient, ſi oculi aliquando caligabunt, ſi lingua nonnunquam titubabit, ſi mens, animuſque alicubi fluctuabit, itinerum inſolentiæ, viarum anguſtiis, locorum acclivitati, rerum obſcuritati, monumentorum inopiæ, operis ipſius difficultati id datum iri confido. Namque opus eſt ejuſmodi, quod non unas, ſed multas manus ſibi depoſceret, multoſque qui adjutarent, aſſidueque una ſcriberent. *Atque opere in longo*, ſcite Horatius, *fas eſt obrepere ſomnum*.

Sunt delicta, quibus vos ignoviſſe velimus:
Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult manus & mens,
Poſcentique gravem perſæpe remittit acutum,
Nec ſemper feriet, quocumque minabitur arcus.

Si omnia, quæ mihi præcepi, ad umbilicum non plane duxerim, ſi ad unguem non penitus caſtigaverim, nec ad pedem adamuſſim elaboraverim, certe quod ſaltem adumbraverim veniam mihi aliquam ſpero. Qui fortaſſe in hoc opere me ſubſequentur, quæ rudia modo, atque inchoata ex hiſce libellis exciderunt, ipſi abſolvent, atque perficient.

LI-

LIBER SECUNDUS.

JUS PATRIARCHICUM.

Q. U. I.

Quænam Patriarcharum Origo?

§. I. PAtriarchæ nomen serius omnino in Ecclesia Christiana audiri cœpit. Principio enim Ecclesiarum Præsides aut Apostoli, aut Episcopi, aut Presbyteri dicti fuerunt, nec quemquam apud sæculum prius mihi dederis, qui alio nomine nuncupatus fuerit. At sæculo V eæ Ecclesiæ quæ aliarum procreatrices quasique parentes extiterant, nec ipsæ ab aliis ortæ, aut in aliarum agro locatæ erant, Patriarchales dici, earumque Antistites Patriarchæ appellari cœperunt (*a*). Verum novum hoc nomen non novam illis dignitatem peperit, ac potestatem.

(a) Nos hic de nomine, non de auctoritate agimus Patriarcharum. Synodus Chalcedonensis *Act.* 1, *tom. II. Concilior.* edit. Paris. pag. 257. Harduin. de Leone Pontifice Maxim. hæc habet: λέοντος πολλὰ τὰ ἔτη, τοῦ πατριάρχυ πολλὰ τὰ ἔτη. *Leoni multi anni. PATRIARCHÆ multi anni.*

Et *Act. III*, *pag.* 321, Theodorus, & Ischiron Diacones Alexandrini τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ οἰκουμενικῷ ἀρχιεπισκόπῳ, καὶ πατριάρχῃ τῆς μεγάλης ῥώμης λέοντι . . . . *Sanctissimo, & Universali Archiepiscopo, & PATRIARCHÆ magnæ Romæ*. Et pag. 332, Sophronius, Presbyter Alexandrinus: τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ μακαριωτάτῳ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ τῆς μεγάλης ῥώμης λέοντι. *Sanctissimo, & beatissimo Universali magnæ Romæ PATRIARCHÆ Leoni*. Patriarcham etiam appellavit S. Leonem Theodosius junior Augustus ante Chalcedonense Concilium in iis litteris, quas ad Valentinianum Augustum, & Placidium scripsit, quæque referuntur in Act. Conc. Chalc. *par.* 1, *tom. II Concil. pag.* 39, *edit. Paris. Hard.*, & a Marciano Augusto *ibid. par. III*, *pag.* 672. Hic vero sic habet: Καὶ τὸν ὁσιώτατον πατριάρχην τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς μεγάλης ῥώμης λέοντα. *Sanctissimum PATRIARCHAM magnæ Romæ Leonem*. Confer Evagrium *lib. II Hist. cap. XVIII*, *pag.* 285, edit. Taurinensis an. 1748. Cum vero tam sæpe, tamque distincte Leoni Pontifici Maximo id nomen a Diaconis, Presbyterisque, ab Imperatoribus, ab Synodo tributum sit, aliis vero non item, censendum est, κατ' ἐξοχὴν *secundum præcellentiam* datum id quidem initio Romano Pontifici fuisse. Negari tamen non potest, quin Exarchi Diœceseon appellati *Act. II*, *pag.* 286, ab Judicibus region. fuerit Patriarchæ. εἰ δοκεῖ τῇ ὑμετέρᾳ εὐλαβείᾳ, οἱ ὁσιώτατοι πατριάρχαι διοικήσεως ἑκάστης ἐπιλεξάμενοι ἕνα, ἢ δεύτερον τῆς ἰδίας ἑκάστης διοικήσεως &c.

Si videtur vestræ reverentiæ, sanctissi-

mi PARTIARCHÆ uniuscujusque Diœceseos, eligentes unum, aut secundum propriæ cujusque Diœceseos. Diœcesis autem ea regio dicebatur, qua plures Provinciæ continebantur. Itaque ut in præcipuos Exarchos, nempe Antiochenum, & Alexandrinum, ita etiam in Cæsareensem, qui minorum gentium Exarchus erat, cadere hæc appellatio Patriarchæ, ut est usurpata ab Judicibus in Synodo, poterat. Quamquam redactum eo paullo post vocabulum idem fuit, ut in solos præcipuos Exarchos Alexandrinum, Antiochenum, Constantinopolitanum, tandemque in Hierosolymitanum caderet. Vide Petrum de Marca *lib.* 1, *cap. III*, *de Concord. Sacerd. & Imperii*, *pag.* 51, *seq.* Thomassinum *par.* 1, *lib. I*, *cap. III*, *n. XIII*, *tom.* 1, *pag. II*, *Vet. & Nov. Ecclesiæ discipl.* edit. an. 1706, & Biancum *lib. II della Polit. della Chiesa*, *cap.* 1, §. *IV*, *pag.* 63, *seq. tom. IV.*

Dupinus *de Antiq. Eccl. Discipl. Dissert. pag. II*, *edit.* an. 1686, primum omnium, qui Exarchos Patriarcharum nomine appellarit, fuisse Socratem arbitratur. Idem placuit Petro de Marca *loco modo indicato*. Sed longe est diversa Socratis de Patriarchis sententia. *Lib. enim V*, *cap. VIII Hist. pag.* 227, edit. Turin. de Concil. I Constantinopolitano agens πατριάρχας, inquit, κατέστησαν διανειμάμενοι τὰς ἐπαρχίας, ὥστε τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ὑπερβαίνειν. τοῦτο γὰρ πρότερον διὰ τοὺς διωγμοὺς ἐγένετο ἀδιαφόρως. καὶ κληροῦται Νεκτάριος μὲν τὴν μεγαλόπολιν, καὶ Θράκην. τῆς δὲ ποντικῆς διοικήσεως, Ἑλλάδιος ὁ μετὰ Βασίλειον καισαρείας τῆς καππαδοκῶν ἐπίσκοπος, γρηγόριος ὁ νύσσης, ὁ βασιλείου ἀδελφὸς καππαδοκίας δὲ καὶ ἥδε πόλις. καὶ ὀτρήιος ὁ τῆς ἐν ἀρμενίᾳ Μελιτήνης τὴν πατριαρχίαν ἐκληρώσατο. τὴν Ἀσιανὴν δὲ λαγχάνουσιν ἀμφιλόχιος ὁ ἰκονίου, καὶ Ὄπτιμος ὁ ἀντιοχείας τῆς πισιδίας &c.

Patriarchas constituerunt, Provinciarum divisione facta, ita ut nullus Episcopus ultra propriam Diœcesim alienas Ecclesias invaderet. Id enim antea propter persecutiones promiscue factum fuerat. Ac Nectarius quidem Regiam Urbem, & Thraciæ Provincias sortitus est, Helladius vero, qui Cæsareæ Cappadociæ post Basilium erat Episcopus, Ponticæ diœcesis PATRIARCHATUM obtinuit, & una cum illo Basilii frater Gregorius, Episcopus Nissæ, quæ & ipsa urbs est Cappadociæ, & Otrejus Episcopus Melitinæ in Armenia. Asianæ autem diœcesis PATRIARCHATUM sortitur Amphilochius Iconii, & *Optimus Antiochiæ Pisidiæ Episcopus*. Ex hoc Socratis loco colligitur non solum præcipuos Exarchos fuisse Patriarchas ab Socrate vocatos, sed etiam minores, & Episcopos simplices, ut Gregorium Nissæ. Quare ante Synodum Chalcedonensem, neminem inveniri, qui Exarchos Patriarchas singulari quadam ratione vocarit, credendum est. Nam unum Socratem testem adversarii vocant, qui decennio fere ante Synodum Chalcedonensem Historiam scribebat. At is præsidio ipsis esse non potest. Sed ut intelligi queat, quid Patriarcharum nomine Socrates intellexerit, animadvertendum est, *Eucherio*, *& Siagrio Coss.* latam III *Kalend. Augusti legem*, petente Concilio, ab Theodosio Augusto fuisse, quæ est III *Tit. de fide Catholica*, qua præscribebatur, ut Ecclesiæ Episcopis fidem Nicænam profitentibus darentur, qui Episcopi communione Præsulibus in lege eadem nominatis conjuncti essent. Hi Præsules iidem ipsi sunt, quos Socrates nominat. Igitur Synodi decretum, & hanc legem confundens, miscensque Socrates, putavit Episcopis in lege, ut rectæ sententiæ defensoribus, nominatis, fuisse Ecclesiarum administrationem datam, quia animadverteret, duos in eadem Diœcesi Exarchos, & Patriarchas esse non posse. Errorem Socratis emendavit Sozomenus, qui Concilii decretum ab Lege Theodosii distinxit. Πατριαρχίαν Socrates non pro Patriarchatu, sed *pro regimine*, *& gubernatione* sumpsit, ut recte est in adnotationibus *in locum modo indicatum* Socratis a Valesio animadversum. Neque enim Synodus Constantinopolitana jus, potestatemque præcipuorum Exarchorum prima distinxit, quum id cognitum jam usque a temporibus Synodi Nicænæ esset, ut alio loco dicam. Confer Biancum *loco citat. pag.* 60, *& seq.* Errat proinde Basnagius *in Annal. Polit. Eccles. ad an.* 325, *n. XLIV*, qui

So-

tem. Nam Patriarcharum jura longe antiquiora sunt, (*b*) atque ipsis Apostolis coæva. Quod enim Majores nostri tradiderunt, (Vid. supra L. I, Q. III, §. I.) Episcopos in Apostolorum locum venisse, id nonnisi de Episcopis simul una sumptis intelligendum est, nec aliud, quam Apostolorum Collegio Episcoporum Universitatem successisse, eorum declarat oratio. (Vid. sup. L. I, Q. V, §. I.) Cæterum si singulos Episcopos seorsum, ac separatim ab Universis sumpseris, illosque cum singulis Apostolis sigillatim contuleris, singulis Apostolis non singulos Episcopos Diœcesanos, sed singulos Episcopos Patriarchas successores datos fuisse mecum fatearis necesse est (*c*).

§. II. Rem omnem a principio audi: hoc pacto & veram Patriarcharum originem, & primævam illorum potestatem, *singularemque* in Apostolorum locum successionem plane cognosces. Apostoli distributas sibi Orbis terrarum partes sortiti, atque ad suam singuli provinciam profecti, hasce præcipuas partes suas esse judicarunt, ut Infideles ad Christi fidem evocarent, Ecclesias fundarent, Episcopos constituerent, eisque sui muneris parte mandarent, partem sibi reservarent (*Ad Titum I, 5. I Ad Corinth. II, 34*). Quid non horum semper sibi jure vendicarunt Patriarchæ? (Vid. infra Q. XXI, XXII, XXIII, & seq.) Jure inquam. Nam cum Patriarchales Ecclesiæ eæ vere dicantur & sint, ex quibus aliæ Episcopales Ecclesiæ in lucem editæ, atque susceptæ fuerunt, ea-

---

Socratem loqui de Exarchis censet. Nec inepte Richerius *Hist. Concil. tom. I, cap. 11, num. XI*, scribit: *NOMEN PATRIARCHARUM primum quod sciam usurpatum in Synodo Chalcedonensi*.

Sectæ suæ porro indulget Theodorus Balsamon, cum in *Meditatis* suis *Canonicis* quæ extant *l. 7 Jur. Græco-Romani* hæc ait: *Quum divinæ & sacræ litteræ, paternæque traditiones Papam vocitent Episcopum Romanum, nec non Alexandrinum; tum Constantinopolitanum, Hierosolymitanum Archiepiscopum; solum vero Antiochenum Patriarcham, qui fieri potest, ut Antiochena Ecclesia nihil injuriæ patiatur, quando reliqui perinde Patriarchæ nuncupentur? Hoc omnino fieri propter honoris paritatem vel identitatem, cum quique Patriarchæ vicem unius capitis totius corporis obtineant, sanctarum scilicet Ecclesiarum*. Nugæ

(b) Hieronymus *in epist. ad Pammachium* contra errores scribens Joannis Hierosolymitani ait: *Ad Alexandrinum Episcopum Palæstina quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi* (in Concilio Nicæno I.) *decernitur, ut Palæstinæ Metropolis Cæsarea sit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæsareensem Episcopum referre debuerat.. aut si procul expetendum judicium erat, Antiochiam potius litteræ dirigendæ*. Hieronymus hisce verbis non ait, Patriarchas a Concilio Nicæno demum esse constitutos: ita enim de Metropolitanis idem statuendum esset; quandoquidem idem de illis dicit, quos tamen pridem ante Concilium Nicænum in Ecclesia fuisse, nemo ignorat. Hoc igitur sibi vult Hieronymus, & Metropolitanos Provinciarum, & Metropolitanos Diœcesium longe ante Nicæni Concilii tempora institutos a Concilio Nicæno suorum jurium stabilitatem accepisse. Et sane nil novi statuisse Nicænos Patres, sed tantum antiquitatem novo vallo munisse declarant verba Canonis VI ejusdem Concilii: *Antiqui mores serventur &c.* Vid. Bingham *O. E. L. II, cap. 17, §. 7, pag. 245*, Edit. Halæ 1751.

(c) Theodorus Balsamon in *Epist. Dion. pag. 1109*, *Apostolorum successores eos, qui nunc sunt Patriarchæ*, appellat.

earumque particulæ quædam sunt, quis non videt, Patriarchales Ecclesias, earumque Antistites Matrum, ac Patrum loco habendos esse, & Parentum in liberos jura illis non esse deneganda?

§. III. Verum juverit rem ipsam facto ipso illustrare. Antiquissimi Scriptores perhibent, (Vid. Eutychium *in Chron. Alex.*) (*d*) Alexandrinum Antistitem unum Universam rexisse Ægyptum usque ad Demetrium, qui an-

(d) Quiennius *O. C. T. II, colum.* 342, Eutychius Alexandrinus Sæculo decimo medio Patriarcha in Annalibus quos Arabice scripsit, *T. I, pag.* 331, narrat: *Marcum una cum Hanania* (sive Aniano) *Patriarcha duodecim Presbyteros designasse, qui cum Patriarcha manerent; adeo ut quum Patriarchatus vacaret, e duodecim Presbyteris unum eligerent, cujus capiti reliqui undecim manus imponentes, ipsi benedicerent, & Patriarcham* (non tamen consecrarent) constituerent; *deinde virum aliquem eligerent, quem secum Presbyterum crearent in locum illius qui factus esset Patriarcha, quo duodecim semper forent.* Pergit Eutychius afferens, *non desiisse Alexandriæ institutum hoc de Presbyteris, ut scilicet Patriarchas crearent, e Presbyteris duodecim, usque ad tempora Alexandri Patriarchæ Alexandrini, qui fuit unus e trecentis octodecim patribus,* (Nicænis scilicet) *qui vetuit ne deinceps Presbyteri Patriarcham ordinarent* (h. e. eligerent, & confirmarent): *sed decrevit, ut mortuo Patriarcha Episcopi convenirent Patriarcham ordinaturi. Quin etiam statuit, uti Patriarchatu vacante ex quacumque tandem regione, vel ex illismet duodecim Presbyteris, sive ex aliis virum aliquem perspecta probitate eximium eligerent, quem Patriarcham constituerent, atque ita desiisse institutum illud antiquius, & morem creandi Patriarchæ ex Presbyteris, & in ejus locum successisse decretum de Patriarcha ab Episcopis constituendo.* Subdit denique: *Sed vero ab Hanania, quem constituit Marcus Evangelista Patriarcham Alexandriæ, usque in tempora Demetrii Patriarchæ ibidem,* (*is fuit Patriarcha Alexandrinus undecimus;*) *nullus erat in provinciis Ægypti Episcopus, nec Patriarchæ ante eum crearunt Episcopos; ille autem factus Patriarcha tres constituit Episcopos. Et primus fuit hic Patriarcha Alexandrinus, qui Episcopos fecit.*

Eutychio assentiri videtur Hieronymus *epist.* 85 *ad Evangelum*. Nam Alexandriæ a Marco Evangelista usque ad Hirmlam, & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper unum ex se electum in excelsiori gradu collocatum Episcopum nominabant. Quiennius *l. c. colum.* 346, §. 29. *Nihil vetat, quin Eutychio concedamus ad Demetrium usque Alexandrinum Antistitem, qui annos quadraginta & amplius sedit, nullos in Ægypti urbibus Episcopos speciales fuisse; sed Archiepiscopum cum Presbyteris duodecim, qui pontificali potestate ornati essent, diœcesim suam ita curasse, ut ubi opus esset, quemdam ex illis ad varia loca civitatesque delegaret, ad pontificalia munia obeunda. Huc forsan spectat quod Eusebius Cæsariensis lib. 6 hist. eccl. c.* 2, *scribit, Demetrium, Imperatore Severo, Ecclesiarum Ægypti Episcopatum, post Juliani obitum capessivisse.*

Annon enim hoc forsan innuit, Ægypti parœcias, quæcumque tunc essent, unius Alexandrini Demetrii obnoxias regimini fuisse?

Joannes Pearsonius de illorum in Anglia Protestantium grege, quos EPISCOPALES *vocant, libro, quo adversus Seldenum, Blondellum, Dallæum, & alios Presbyteranos Episcoporum ordinem cum Ignatii Antiocheni epistolis ultus est, Eutychii narrationem multiplici vitio laborare contendit; fieri tamen potuisse fatetur, ut unus Alexandriæ Episcopus cum duodecim Presbyteris suis Ægypti Ecclesias quotquot extarent, moderaretur, perinde atque deinceps, diu quoque post Nicænam Synodum, Tomitanus Scythiæ cis Istrum positæ Ecclesias solus Episcopus regebat.* (Quemadmodum autem Tomitanus qui nulli Patriarchæ suberat (Vid. infra Q. VII.) ab

anno 187, in Marci Sede collocatus est. (e) Hic vero, cum videret Ægyptum longe lateque fusam esse, christianorumque numerum in dies magis auge-

ab Thraciæ Episcopis consecrationis munus accipere solitus erat, ita etiam dici potest de Alexandrino Episcopo primo & altero sæculo ab Episcopis aliarum Diœceson consecrationis munus accepisse. Vide quæ dicimus infra Q X.) *Quamquam Pearsonius quiddam hic suggerit, quod notatu dignum videatur. Quicumque cogitaverit*, inquit ille, *quam superstitionibus gentilibus ea gens* (*ÆGYPTIACA*) *dedita fuerit, quot Judæorum millia Christianæ religioni infensa illic habitaverint; quantam seditionem sub Trajano in Libya, & Alexandria, Cyrene & Thebaide, teste Eusebio, excitaverint: quamque tota Libya tunc interfectis cultoribus desolata sit, ut nisi postea Hadrianus Imperator collectas illuc aliunde colonias deduxisset, vacua penitus terra abraso habitatore mansisset, ut refert Orosius, facile consentiet plures in Provinciæ Scythiæ Christianos fuisse sub Valente Imperatore quam fuerint ante tempora Demetrii in Ægyptiaca Diœcesi*. Nullus plane diffiteor Christianam religionem in Ægypto, velut & in Cælesyria contigit, primo secundoque ac tertio sæculis parum crevisse, cum propter idololatricas quæ illic præ aliis fere universis regionibus vigebant, superstitiones, tum propter innumerorum Judæorum efferatam protervia m, ut extra Alexandriam perpaucæ tunc Ecclesiæ fundatæ essent, ac non nisi circa Demetrii tempora, qui quadraginta tres annos sedit, fidelium numerus per Ægyptum & Thebaiden amplificatus sit: nec proinde abnuero paucos admodum ab eo Episcopos certis Sedibus & urbibus primum assignatos esse, tum alios subinde plures. Itaque quum Christi fides per varias Ægypti regiones, seu provincias, veluti in reliquis orbis partibus fiebat, disseminata statim non sit, sed paullatim dumtaxat, inde factum est, ut unus solusque Alexandrinus Antistes in universam diœcesim Ægyptiacam metropoliticum jus sartum tectumque servaverit. Hic obiter subdam, Athanasii magni ætate Mareotim inferioris Ægypti regionem non ignobilem peculiari Episcopo suo caruisse, ita ut a Presbyteris dumtaxat administraretur. Pearsonius, quo adversus Eutychium evincat Episcopos alios ab Alexandrino in Ægypto secundo quoque sæculo ineunte extitisse, Hadrianum Imperatorem appellat anno Domini 132, ante igitur quam Demetrius ad Alexandrinam Sedem promoveretur, sexaginta annis & amplius, Serviano consuli scribentem, *Serapim colere, qui Christiani sunt; & devotos esse Serapi qui se Christi Episcopos dicunt: neminem illic archisynagogum Judæorum, neminem Samaritam, neminem Christianum Presbyterum... Serapidis cultui repugnare*. Ex quo testimonio infert, uti Presbyteros multos, ita complures etiam Episcopos Hadriano Imperatore in Ægypto extitisse. Quæ consequutio non satis mihi probatur, si de Catholicæ Ecclesiæ Præsulibus agatur. Nam multi tunc temporis Alexandriæ & in Ægypto hæretici Basilidiani, aliique Gnostici versabantur, qui quum Christianos se esse dicerent, Serapim tamen, velut ipsorum quæ supersunt hodie amuleta produnt, pro ipso vero quod nos colimus numine venerarentur, indito quoque illi per summam impietatem ineffabili illo divinitatis nomine יהוה, ΙΑΩ, ΙΑΟ, immo quibus Irenæo teste, Clemente Alexandrino, Castore Agrippa apud Eusebium, Epiphanio, & aliis contestantibus, familiare & solenne esset Gentilium Deos colere. S. Hieronymus in *catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum*, ubi de *Agrippa cognomento Castore*, subdit, *mortuum esse Basilidem, a quo Gnostici, in Alexandria temporibus Hadriani: qua tempestate & Cochebas dux Judaicæ factionis, Christianos variis suppliciis enecavit*; hoc est ante annum Christi 130. De harum itaque sectarum Episcopis intelligendus venit Hadrianus, non de Catholicæ Ecclesiæ pastoribus; quum ille impuros Christianos a sanctis minime secerneret.

(e) Vid. Thomass. *de V. & N. E. D. P. I, L. I, c. 7, §. 6*. Ex Eutychii loco exculpi nonnulla possunt minime aspernanda. 1, Episcopos cæteros ab illis primum Episcopis creatos esse, qui majoribus Ecclesiis & Apostolicis Sedibus præerant, ubi fides

augeri, tres Episcopos ordinavit, qui in eo colendo agro, atque in opere Dei faciundo sibi essent adjumento. Verum cum messi se se uberius effundenti, ac succrescenti hi etiam impares essent, Heracla, defuncto Demetrio, ad Alexandrinæ Ecclesiæ curam admotus alios viginti creavit Episcopos, singulisque singulas Ægyptiaci agri particulas tradidit excolendas. Hoc ipsum opus postea Heraclæ successores strenue urserunt, totamque Ægyptum Ecclesiis, Episcopisque ditarunt, locupletaruntque. Jam vero si Patriarcham Alexandrinum in Ægypto Christianam fidem propagantem, Ecclesias fundantem, Episcopos creantem cum Joanne Apostolo (id ipsum dic de aliis Apostolis) in Asia Christi doctrinam disseminante, Ecclesias instituente, Episcopos consecrante comparaveris; nil erit unum uni tam simile, tam par, quam singuli Apostoli, & singuli Patriarchæ inter se fuerunt. Quid vetat igitur, quin singulos Patriarchas singulorum Apostolorum successores, atque hæredes dicamus, alios autem Episcopos suorum Patriarcharum, non secus ac discipuli suorum Apostolorum, auctoritatem, ac nutus tueri, atque observare debere, a quibus ipsi creati, atque in sui operis partem vocati fuerunt.

§. IV. Quæ de Alexandrino, ea etiam de Antiocheno (Vid. infra Qu. II, §. III, Qu. III, §. III, in N. d.) ac de Romano Patriarchatu dicta sunto. Ad Romanum certe quod attinet, nemini dubium esse potest, initio Romanam Ecclesiam, antequam etiam rerum Christianarum principatum obtineret (Vid. supra L. I, Q. XLII.) complexu suo omnes Occidentis Regiones coercuisse, omnibus unam præfuisse, cunctis unam jura dixisse, unam omnium sacra curasse, alias deinde Occidentales Ecclesias ex Romanæ Ecclesiæ utero veluti ex Matre Filias prodiisse, illius gremio fotas, ejus lacte educatas, cibo enutritas, epulis altas, eius denique pastu saginatas. Hujusce rei testem ac vadem locupletissimum habemus S. Innocentium I. *Manifestum est*, inquit, *in omnem Italiam, Gallias, Hispaniam, Africam, atque Siciliam, & Insulas interjacentes nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos Venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus successores constituerint sacerdotes. Aut legant, si in his provinciis alius Apostolorum invenitur, aut legitur docuisse*. Hæc Innocentius I, anno 416, (f) ad Decentium Eugubinum *epist. XXI*,

fides primum adoleverat. 2, Æquissimum fuisse, ut eorum imperio, videlicet Patriarcharum veterum, subessent Episcopi, a quibus ortum acceperant. 3, Eodem ipso nomine subjiciendos fuisse Metropolitanos Patriarchis qui Apostolicas insidebat cathedras, in quibus collocati Apostoli, tum Ecclesias fundaverant alias, tum Episcopos per orbem universum sparserant. 4, Patriarchas Alexandriæ, perinde ut Antiochiæ & Romæ, reservare sibi potuisse potestatem, non Metropolitanis tantum, sed & Episcopis omnibus suæ ditionis manus imponendi. Nicæno Canone hæc potestas Alexandrino Antistiti confirmata est, cum unus ex Ægypti Metropolitanis Meletius priscam hanc consuetudinem lacesseret. 5, Cæteri Apostoli Ecclesias singuli proprias genuerant, quæ ad eos speciali semper aliquo jure pertinerent. 6, Charitatis & clementiæ paternæ delinimentis temperatum erat totum hoc imperium, quod innitebatur Ecclesiarum aliarum ab aliis procreationi, matrumque in filias necessariæ vigilantiæ.

(f) Vid. Berard. *in Gratian. Canon P. II, T. I, pag. 197. In Collectionibus decretalium, etiam apud Dionysium Exiguum, pri-*

XXI, *num.* 2, quæ ſane nobis demonſtrant, Romanam Eccleſiam, etiamſi ſuprema dignitate divinitus adaucta non fuiſſet, tamen veluti matrem Occidentalium Eccleſiarum plurimum poteſtatis in haſce habituram utpote ab ea genitas, altaſque, non ut ſecum contenderent, ſeque ex jure manu conſertam vocarent, ſed ut ſibi levamento eſſent, ac tamquam bonæ filiolæ in eo agro, quem ipſa ante illarum ortum perfregerat, ſerendo, occando, exaggerando ſibi adjutricem operam præberent.

§. V. Quoniam vero in ſuperiore libro Romanam Eccleſiam omnium, quæ ſub ſole ſunt, Eccleſiarum principem divinitus conſtitutam, illiuſque membra omnia circumſpeximus, ac Pontificia Jura penſitavimus, ſequitur modo, ut illam tamquam matrem Occidentalium Eccleſiarum intueamur, ejuſque Patriarchalia Jura expendamus.



QU.

---

primum locum tenet inter epiſtolas Innocentii, quæ ita inſcribitur: Innocentius Decentio Epiſcopo Eugubino ſalutem; non quod hæc epiſtola ceteris prior tempore ſit, (dummodo vera ſit data temporis ſub finem adjecta, ibi: *Data* 14 *Kal. Aprilis Theodoſio Auguſto* 7, *&* *Palladio viris clariſſ. Coſſ.* quæ incidit in annum 416, qui eſt Innocentii poſtremus) *ſed quod Dionyſius Exiguus digniſſimam eam habuerit, quæ primo loco recenſeretur, ex eo forte, quod Romanæ Eccleſiæ judicia præ cæteris honorabilia ibidem ditantur; Dionyſius autem ipſe, juxta ea quæ in præfatione hujus Operis attigi, ad Romanæ Eccleſiæ judicia una cum conſortibus ſuis, provocaverat. Non eſt, meo judicio, cur hæc epiſtola ab aliquibus in dubitationem adducatur; neque enim aut ſtylus ab Innocentio abhorret, aut ineptæ ſunt ſacratum litterarum interpretationes, aut diſciplinæ Innocentio recentioris traditio, uti viſum eſt Magdeburgenſibus, ſed pro illius potius fide, atque auctoritate ſtant Collectores quicumque vetuſtiſſimi, immo & diſciplina, quæ ibidem traditur, Innocentii ætati apprime conveniens.* Quoties a Novatoribus ſolidiora in medium non producantur argumenta in contrarium, id ſolum ipſis non prodeſt ideo Sanctorum antiquorum Pontificum epiſtolas rejicientibus, quia novis illorum operamentis non ſatis conveniant, ſed potius adverſentur.



QU. II.

Allata de Patriarcharum origine doctrina probatur ne ab omnibus Catholicis Scriptoribus?

§. I. Baronius ad annum 39, n. 16, Marca *l.* 1, *c.* 3, *n.* 5, Thomassinus *de V. & N. E. D. p.* 1, *l.* 1, *c.* 7, Pagius *Crit. ad an.* 37, *n.* 9, Valesius *obs. Eccl. l.* 3, aliique quamplures Patriarchalia jura in Romanam, Alexandrinam, Antiochenam Ecclesiam inde derivant, quod ab Apostolorum Principe fundatæ eæ fuerint. At nullæ ne aliæ Ecclesiæ Petrum Parentem, Conditoremque esse dicunt suum? Nonne Bithiniæ, Cappadociæ, Asiæ, Galatiæ, Ponti Ecclesiæ Petrum suum vendicant, suumque fundatorem esse confirmant? (Vid. B. Petri Apost. *Ep.* I, II.) Cur igitur & istis Ecclesiis Patriarchalia jura non permittis? Quid quod Alexandrina Ecclesia non ab Petro Apostolorum Principe, sed a Marco ejus discipulo fuit constituta? Quod si eæ omnes Ecclesiæ, quarum fundamenta a Petri discipulis jacta fuerunt, Patriarchales dici, & esse deberent, næ in Italia plures Patriarcales Ecclesias haberemus. At Marcus Petri jussu, & nomine Alexandrinam locavit Ecclesiam; quasi vero non eodem jussu, & nomine Aquilejensem etiam locaverit; quasique Paulinus, Romulus, Apollinaris, omnes itidem Petri discipuli, ab ipso Apostolorum Principe Petro ad Florentinam, Fesulanam, Ravennatem, Parmensem, Placentinam, Regiensem Ecclesias condendas missi non fuerint. Ubi ea monumenta, quæ Alexandrinam Marci missionem ab Aquilejensi ulla varietate distinguant? quæ Marco Alexandriam proficiscenti aliquid nominatim mandatum fuisse commonstrent, quod non etiam aliis discipulis in alias Regiones profectis fuerit imperatum?

§. II. Do equidem. Ecclesiis ab Apostolorum Principe constitutis plurimam inde honoris, dignitatisque accessionem factam fuisse. Quid ni? Viguit semper, vigetque etiam nunc, ut ii Episcopi, & Presbyteri, qui ab ipso Summo Pontifice inaugurati sunt suis æqualibus anteeant. (Vid. Innocent. III *rel. in cap. per tuas, de Majoritat. & Ob.*) (a) Mirum ne igitur, si & iis Ecclesiis, quæ ab ipso Apostolorum Principe ædificatæ sunt, hic idem honos habeatur? Verum distinguenda est dignitas ab auctoritate, honos a potestate. Ecclesias a Petro conditas honoratiores & nobiliores esse, facile largior; imperio autem, ac ditione potentiores, valentioresque ideo solum, quod a Petro fundatæ sint, quem tibi hoc daturum putas?

§. III.

(a) Benedict. XIV *de Syn. Diœces. l.* 3, *cap.* 10, *num.* 8. Quod si plures fuerint Ordine pares, spectatur tempus Ordinationis, & ille alteri anteponitur, qui

§. III. Neque ii, qui in hanc rem citari testes solent, præter honorem, dignitatemque, huic nomini quidquam amplius tribuerunt. Non Chrysostomus, ubi ait: *Hæc est una nostræ Civitatis* (Antiochenæ) *PRÆROGATIVA, quod Principem Apostolorum ab initio Doctorem accepit. Æquum enim erat, ut ea, quæ nomine Christianorum ante Universum Orbem terrarum ornata fuit, primum Apostolorum acciperet.* (Tom. *I*, *Hom*. 42.) *Prærogativam* dicit Chrysostomus; neque vero (b) *Prærogativæ* nomine ullum sublatet jus imperandi, sed solum præeundi. Non Leo Pontifex, cum inquit: *Antiochena Ecclesia, in qua, primum prædicante Apostolo Petro, Christianorum nomen exortum est, in Paternæ constitutionis ordine perseveret.* (S. Leo *epist.* 53.) Lis erat inter Constantinopolitanum, & Antiochenum Episcopum, non uter utri præesse, sed uter utri præire deberet, primasque Leo adjudicat Antiochenæ Ecclesiæ, quod Petrum suum habuerit effectorem, atque Magistrum. Non S. Innocentius I, dum hæc habet: *Unde advertimus non tam pro Civitatis magnificentia, quam quod PRIMA APOSTOLI SEDES esse monstretur, hoc eidem attributum, ubi & nomen accepit Religio Christiana, & quæ conventum apud se* (c) *fieri celeberrimum meruit, quæque Urbis Romæ Sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit susceptum, ista apud se, consummatumque gauderet.* Innoc. I, *epist.* 18, *c.* 1. Nam tota hujusce orationis vis non tam in verbo *APOSTOLI*, quam in verbo

qui prius est inauguratus; & si etiam in Ordinationis die conveniant, habenda est ratio ætatis. Ab hac tamen regula est ille excipiendus, cui Ordo collatus est a Romano Pontifice; is quippe, propter supremam dignitatem Ordinantis, inter alias quibus gaudet prærogativas, quas recenset Hallier *de sacris electionibus part.* 2, *sect.* 5, *cap.* 3, *art.* 9, §. 1, etiam hac potitur, ut cæteris præferatur, in eodem Ordine constitutis, per textus in *Canon. ultim. dist.* 17, *Can. fin. dist.* 75, & *Cap. Per tuas, de Majoritat. & obed.* ubi Gonzalez *num.* 3, Barbosa *num.* 2, Valenz. *consil.* 1, *num.* 16, & fusius Hallier *cit. loc.* Siquidem, uti observat Glossa *in eod. Cap. Per tuas*, etiam lege sancitum est, primo eorum nomina esse scribenda, qui dignitatem judicio Principis sunt consecuti.

(b) *Prærogativa* proprie significat suffragium, quod Centuria, seu Tribu *prærogativa* datur. *Prærogativa* Tribus dicebatur, quæ in Comitiis tributis sorte educta prima omnium Tribuum, seu ante Tribus jure vocatas suffragium ferebat: similiter Centuria *Prærogativa* erat, quæ in Comitiis Centuriatis forte educta ex aliqua Tribu, seu ex Centuriis alicujus Tribus (quæ & ipsa ex 35 Tribubus forte educta fuerat) prima omnium Centuriarum ad suffragium ferendum vocabatur. Cæteræ Tribus, vel Centuriæ, quæ post *Prærogativam* suffragabantur, dictæ sunt jure vocatæ, quod non sorte, ut Prærogativa, ad suffragium vocarentur, sed singulæ jure, & ordine suo. Vid. Cicero. 2 *Philipp.* & Liv. L. 10.

(c) Sand. *Hist. Apost. pag.* 45. Scribit quidem Innocent. I, epist. 18, c. 1, de Ecclesia Antiochena loquens: *Ubi & nomen accepit Religio Christiana, & quæ conventum Apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit.* Nemo tamen non videt, locum hunc esse corruptum, & *pro se*, *non apud se*, legendum esse. Palam namque est, eum loqui de Concilio Hierosolymitano, quod unum merito dixeris *Conventum Apostolorum celeberrimum*: qui cum pro Ecclesia Antiochena celebratus sit, nempe ad dirimendam controversiam, num Circumcisio servanda esset, Antiochiæ excitatam; omnino dicendum est, Innocentium scripsisse *pro se*, non *apud se*.

verbo *PRIMA* est collocanda. Hæc enim est Innocentii oratio. Antiochena Ecclesia non uni tantum, sed omnibus Syriæ, & Ciliciæ provinciis præest. Cur id? Num quia Antiochena Urbs toti Syriæ dominatur? Nihil sane minus. Cur igitur? Quia Ecclesia Antiochena omnium Syriarum, & Ciliciensium *PRIMA* fundata fuit, & antequam ullæ aliæ in Syria, & Cilicia institutæ essent Ecclesiæ, illa una omnibus illis provinciis præerat. Hæc certe Ecclesia, in qua primo nomen Christianorum auditum est, quamque omnium *PRIMAM* Petrus Apostolus & doctrina stabilivit, & præsentia sua decoravit, quamdiu in ea is moratus est, totam Syriam, Ciliciamque complexu suo continebat; & quo tempore ex Hierosolymorum Concilio ad sedandas Antiochenorum controversias habito Barsabas & Silas Antiochiam cum Concilii mandatis profecti Apostolicam epistolam *Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus in gentibus* inscriptam in concionem protulerunt, tunc certe Antiochena Ecclesia non solum Antiochiæ, sed & Syriæ, & Ciliciæ Christianos omnes sinu suo complectebatur. (Vid. infra Q. III, Not. d.) Quamquam Romana Urbs totius fere terrarum Orbis domina sit, tamen Romana Ecclesia, nisi Petrus in ea longiores, diuturnioresque moras egisset, pluresque proinde populos ad eam pertraxisset, omnesque Occidentis tractus ejus fidei, ac tutelæ tradidisset, cunctarumque demum Ecclesiarum principatum ei contulisset, Antiochenæ locum dare, ac cedere cogeretur. Hæc Sanctus Innocentius ad Alexandrum Antiochenum adversus eos, qui Antiochenum Antistitem extra unius Provinciæ cancellos egredi nolebant: ex quibus sane verbis colligimus, Antiochenam Ecclesiam non unius tantum, sed omnium Syriæ, & Ciliciæ provinciarum curam gessisse, nec ideo, quod Antiochena Urbs totius Orientis Princeps esset, nec tam quod illa Parentem suum habuisset Petrum, quam quod ipsa cæterarum omnium Syriæ, & Ciliciæ parens esset Ecclesiarum, ex seque eas genuisset, ac procreasset. (*d*).

QU. III.

(d) Selvag. *Ant. Christ. Inst. L. I*, C. 17, *n.* 27. Ex statutis Propositionibus, veluti ea totidem jactis fundamentis, sic nostrum de Patriarcharum origine videtur construi posse Systema. Ac primo, ut recte in Patriarcharum originem inquiramus, omnino distinguendum reor inter dignitatem Patriarchicam ex una parte, & potestatem ex altera. Jam vero Ecclesiarum Romanæ, Alexandrinæ, & Antiochenæ dignitatem, ac splendorem ex eo profluxisse, quod a S. Petro fundatæ sint, *Prop. IV* jam demonstravimus. Porro ex Sedium dignitate, ac splendore earumdem auctoritas, & potestas effluxit. Namque quum ex Roma, Antiochia, & Alexandria vicinis, & circumjacentibus regionibus Evangelicæ prædicationis lux refulserit; hinc factum est, ut ipsæ ceterarum veluti Parentes agnoscerentur, & Matrices. Igitur ubi in earundem Regionum civitatibus Episcopos constitui oportuit, hoc jus nonnisi ad Ecclesiæ Matricis Episcopum spectare visum est, a quo ipsa fidei plantatio, & Ecclesiarum institutio profecta videbatur. Hujus auctoritatis veluti specimen dedit S. Paulus, qui, uti *Capite* XIX videbimus, Titum Cretæ reliquit, ut constitueret per civitates Presbyteros, idest Episcopos; & supra ex Chronico Alexandrino Eutychii jam vidimus primos per Ægypti provincias ab Episcopo Alexandrino fuisse constitutos Episcopos.

Præterea quum identidem hæreses, & schismata erumperent, ac inter Episcopos controversiæ oborirentur; quidnam fidei tuen-

tuendæ, ac paci Ecclesiarum fovendæ conducibilius videri poterat, quam ad illius Sedis Episcopum confugere, ad quem veluti jure paternitatis spectaret earumdem Ecclesiarum curam agere? Faciunt huc prærogativæ, quibus ab Apostolico usque ævo Episcopus Alexandrinus fruebatur, uti demonstravimus *Propositione* III. Simili profecto ratione Exarchi Diœceseos, sive Primatis dignitate Episcopum Ephesinum præfulsisse constat, eo quod, uti tradit Irenæus apud Eusebium *Lib. III, Cap.* 23, *Ephesina Ecclesia, & a Paulo quidem fundata sit, & Joannem usque ad Trajani tempora habuerit Præsidentem*. Ecclesia Carthaginensis inter reliquas Africanas semper Primatum obtinuit, quia inde fidei rudimenta Africanæ Regiones primum hauserunt: Augustinus *Epist. CLXII.* Tum ad astruendum antiquum Ecclesiæ Arelatensis Primatum Episcopi provinciæ eandem regulam urserunt in Libello Leoni Papæ oblato, quem refert Sirmondus *Tom. I Conc. pag.* 89, *ad ann.* 450. Similiter & in Anglia Cantuariæ Primatus refulsit, quia illic Augustinus ad fidem disseminandam a S. Gregorio missus ibi Episcopalem Sedem fixit. Plura huc spectantia exempla vide apud Arostegui *ibid.* Igitur ut ad rem nostram redeamus, a gloria Conditoris, & a jure Paternitatis Sedium Patriarchalium primum dignitas, & splendor, dein potestas, & auctoritas profluxit.

At inquies, qui tanta Hierarchiæ Ecclesiasticæ cum civili politia adfinitas? Ea quidem de causa, quod quum Apostoli orbem universum ita inter se divisissent, uti singulis singulæ adsignarentur nationes; profecto nihil ipsis ad Christianam religionem facilius, feliciusque propagandam opportunius visum est, quam ut in civitate principe, sive metropoli fidei semina ingererentur; ut quum ibi, Deo incrementum dante, radices egissent, sic paullatim, veluti ex stirpe palmites producuntur, & gemmæ erumpunt, vicina quoque oppida, & circumjectæ gentes inde fidei lumen participarent. Ad rem Chrysost. (*Hom. XXXVII in Cap. XXVII Actor.*) Ad *majores aguntur civitates APOSTOLI sermone inde quasi ex aliquo fonte ad vicinos emanaturo*.

Hinc S. Petrus, cui ut Apostolorum Principi, præcipuæ Orbis obvenerant Diœceses, Romana scilicet, Ægyptiaca, & Orientalis, profecto sapienter id egit, ut Roma primum, Alexandria, & Antiochia fidei lucem adspicerent. Namque Idololatria ibi eversa, ac prostrata, ubi magis dominabatur, haud difficile futurum erat in oppidis, & in exiguis, ac minus præstantibus dejicere. Unde S. Leo: (*Serm. LXXX, Cap.* 3.) *Beatissimus Petrus Princeps Apostolici ordinis ad arcem Romani destinatur imperii, ut lux veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum Mundi corpus effunderet*. Atque eo intuitu civilis Imperii politia ad Patriarchæ dignitatis institutionem contulisse videtur. Patet igitur primum ab Civilis politiæ ordine, at remotius; dein ab S. Petri dignitate, & quidem proxime, Patriarchalium Ecclesiarum splendorem, tum & potestatem profluxisse.



QU. III.

De Patriarcharum origine quanam est Græcorum Schismaticorum Sententia?

§. I. GRæci schismatici, qui in Patriarcharum origine expiscanda operas suas locarunt, eam non aliunde, quam ex Urbium Majestate, & Imperio eruendam esse putarunt. Hinc tot illæ turbæ Constantinopolitanam inter & Romanam Ecclesiam, quæ tandem in teterrimum, ac diuturnum schisma reciderunt. Nam cum Romani Imperii sedes e Romana in Constantinopolitanam Urbem translata fuit, tunc Episcopi Constantinopolitani Ecclesiæ suæ imperium Urbis imperio metiri se posse putantes, auctarumque omnium Urbis fortunarum participes ac socios sese esse rati, Heracleensem, Cæsareensem, Ephesinam Ecclesias patrio jure spoliare, earumque spoliis suas opes augere, Antiochenam, Alexandrinamque de sua sella dejicere, superioremque locum occupare, tandem cum Romana ipsa de principatu contendere ausi, ausoque potiti pro modulo sunt (*a*).

§. II. Hæc ausa, conatusque una vi, nulla ratione inniti satis ostendit S. Gelasius Pontifex Optimus Maximus. *Risimus*, (inquit *epist. XIII.*) *quod prærogativam volunt Acacio Episcopo Constantinopolitano comparari, quia Episcopus fuerit Regiæ Civitatis. Numquid apud Ravennam, apud Mediolanum, apud Syrmium, apud Treviros multis temporibus non constitit Im-*

(a) Quien. *T. I, colum. 92, §. X.* Sequioris ævi schismatici eo dementiæ venerunt, ut Romano Pontifici primas denegandas scripserint, quod Roma vetus caput Orbis esse desiisset, prærogativa ista ad Urbem suam regiam translata, quæ Imperii metropolis esset. Ita plane disputabant Doxopatrius Nilus, & ante illos Anna Comnena *lib. I Alexiados pag. 31*, quibus tamen cordatiores alii adstipulati non sunt. Macarius Ancyranus, quem Leo Allatius citat (*lib. I de Consens. cap. 18, Num. XX.*) *hoc præ aliis quatuor Sedibus Patriarchalibus Constantinopolitanæ solius privilegium fuisse* ait, *ut aliarum Sedium appellationes obtineret*, καθὸ καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης ὀνομάζεται ὁ ταύτης ἐπίσκοπος, *quippe cujus Episcopus Patriarcha æcumenicus nuncupetur*.

§. XI. Photius schismaticorum princeps posterioribus istis præluserat quum Michaelis & Basilii Imperatoris nomine adversus Nicolaum Papam, Romanamque Ecclesiam scripserat, quemadmodum Pontifex idem Nicolaus perhibet in epistola 10, *quæ Hincmaro Remensi & Episcopis in Regno Caroli constitutis* inscribitur. *Sed quid mirum, quod hæc ipsi prætendunt* (Græci scilicet) *quum etiam glorientur & perhibeant, quando de Romana Urbe Imperatores Constantinopolim sunt translati, tunc & Primatum Romanæ Sedis ad Constantinopolitanam Ecclesiam transmigrasse, & cum dignitatibus regiis etiam Ecclesiæ Romanæ jura translata fuisse; ita ut ejusdem invasor Ecclesiæ, Photius etiam ipse, se in Scriptis suis Archiepiscopum, atque UNIVERSALEM Papam appellet.*

Imperator? Numquid harum Urbium Sacerdotes ultra mensuram sibi antiquitus deputatam quidpiam suis dignitatibus usurparunt?

§. III. Neque vero Patriarchales Cathedræ ideo Romæ, Alexandriæ, Antiochiæ fixæ atque locatæ fuerunt, quod necesse esset, ut hæ Urbes quantum super cæteras civili Majestate eminerent, tantum etiam Ecclesiastica dignitate aliis antecellerent. Alia mens, aliud consilium, aliud propositum Majoribus nostris fuit. (Vid. infra Quæst. X.) Cum crucis vexilla non in obscuris locis, sed in insignioribus Urbibus tollenda essent, ut toto terrarum orbe aspectabilia fierent, utque, ubi impietas & error plurimas radices egerant, ibi etiam Religio, & veritas potissimum triumpharet, hinc factum est, ut in iis Urbibus, quæ, & latissime dominabantur, & vitiorum omnium sentinæ erant, Apostoli primas Ecclesias fundarent (*b*). Enim vero, si me audis, earum Ecclesiarum, quæ particulares vocantur, omnium prima constituta fuit Antiochena, quam Petrus fundavit anno (*c*) 37, eique Syriam omnem, Phœniciamque, atque Ciliciam subjecit (*d*); ita ut eæ omnes Ecclesiæ, quæ postea in Agro Antiocheno, Syrio, Phœnicio, ac Cilicensi vel a Petro ipso, vel ab aliis Apostolis, vel ab Apostolorum discipulis constitutæ sunt, nihil aliud sint, quam particulæ Antiochenæ Ecclesiæ, ac quædam veluti coloniæ ab ea deductæ.

§. IV.

(b) Thomass. *de V. & N. E. D. p.* 1, *l.* 1, *c.* 7, num. 10, Euseb. *Præp. Evang. l.* 3, *p.* 138. *Dum potentiam verbi respicio, ut ab agrestibus Jesu Discipulis numerosissimæ Ecclesiæ constitutæ sint, non in quibusdam obscuris locis, sed in clarissimis civitatibus, in ipsa inquam aliarum Urbium Regina Romana urbe, in Alexandrina, in Antiochensi, cogor fateri non aliter audax adeo facinus ipsos obtinuisse, quam diviniore quadam, longeque humanam superante potentia, ejus qui dixerat, Docere omnes gentes, &c. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque &c. Hæ sunt, hæ magnæ profecto causæ, ut in præclarissimis Imperii Græci Romanique urbibus primæ collocarentur Sedes, & throni consurgerent Ecclesiarum: nimirum ubi plurimum potuerat superbia, & impietas, ibi crux Christi, ibi humilitas, ibi paupertatis amor, & veritas his inimica triumpharet.*

(c) Auctor Chronici Alexandrini p. 230. *Quarto post Domini in Cœlos assumptionem anno Petrus Apostolus Hierosolymis Antiochiam magnam profectus verbum Dei docuit, & Episcopali Ecclesia instituta illic Sedem suam posuit.*

Vid. etiam Sand. H. *A. pag.* 88, & *Dissertat. pag.* 1.

(d) Antiochenam Ecclesiam Syriam omnem, atque Ciliciam complexam primo fuisse, indicat Epistola Synodica Apostolorum scripta Antiochenæ, atque ad eam missa per Judam cognomento Barsabam, & Silam viros primarios cum hac inscriptione: *Ad fratres ex gentibus Antiochiæ in Syria, & Cilicia.* Hæc epistola data ed anno Christi 51; atque ejus mentio fit in Act. Apostol. XV, 22. *Tum placuit Apostolis, & senioribus cum omni Ecclesia eligere viros ex eis, & mittere ANTIOCHIAM cum Paulo, & Barnaba Judam, qui cognominabatur Barsabas, & Silam viros primos in fratribus, scribentes per manus eorum: APOSTOLI ET SENIORES FRATRES HIS, QUI SUNT ANTIOCHIÆ ET CILICIÆ FRATRIBUS SALUTEM.*

Vid. Quiennium O. C. T. II, pag. 679, §. 12.

§. IV. Qui Hierosolymitanam Ecclesiam omnium primam extitisse contendunt, næ prima rerum ecclesiasticarum elementa docendi adhuc sunt. Nam cum Ecclesiæ tunc fundari dicantur, cum Christianorum cœtubus sacrorum Præsides præficiuntur, cumque ii, qui sub Christi adscensum Hierosolymis rei Christianæ præerant, ipsi essent Apostoli, qui non tam Hierosolymitanam, quam Universam Ecclesiam regebant, a quibus postea in diversas Regiones abeuntibus Jacobus Hierosolymis relictus est, qui ibi Christianam fidem prædicaret, atque cum res Christiana ita tulisset, Ecclesiam etiam fundaret, h. e. illorum Christianorum, quorum plures etiam a Petro, aliisque Apostolis Christiana Religione initiati jam fuerant, cœtui sacrorum ministros præficeret; quod deinceps a Jacobo factum fuit; quo fit, Hierosolymitanam Ecclesiam Antiochena aliquot annis esse natu minorem.

§. V. Neque ii plus sapiunt, qui ante Antiochenam, in Judæa, Samaria, & Galilæa, ac præsertim Liddæ, Saronæ, Ioppe a Petro institutas Ecclesias fuisse suspicantur (*e*). Licet enim in sacris litteris legatur, multa Petrum in hisce locis miracula edidisse, plures etiam ad Christi fidem pertraxisse, tamen nec cœtus Christianorum ibi Petrus collegisse, nec sacrorum Præsides dicitur ordinasse.

QU. IV.

(e) Mamach. *O. & A. C. T. II, p. 22.* Joppe etsi prædicatum fuit a Petro Apostolo Evangelium, erantque proinde jam usque a primo sæculo, qui nostris sacris, mysteriisque initiati essent, tamen quos ante quintum sæculum urbs illa Præsules, qui Ecclesiam gubernarent, habuerit, ignoramus. Rama præterea est oppidum, quod post Raphia dictum est. In eo, quod aliis item Palæstinæ civitatibus, ut Saripheæ, & Eleuteropoli evenit, quamquam est verisimile fuisse a Christi Servatoris discipulis promulgatam Christianam Religionem, quæ tamen nostrorum hominum institutio fuerit, & quibus illi Episcopis uterentur, ignotum est.

Vid. Quien. *T. III O. C. colum. 627.* Samariæ incolæ permulti baptizati a Philippo Diacono, confirmatique a Petro, & Joanne Apostolis fuerunt. Qui illius initio Episcopi fuerint, a nemine, quod sciamus, proditum memoriæ est. Quod idem fere est de Hiericuntinis, Libiadensibus, Sicamazensibus, Azotiis, Gerariis, Minoidensibus, Zabulonitis, & Archelaiditis Episcopis dicendum. V. Lequien. *l. c. Colum. 651.* Idem *l. o. pag. 12.* Cæsarea, quæ ante Herodis Magni tempora *Turris Stratonis* vocabatur, fueratque jam sedes Præsidum Romanorum, Metropolis Judææ Provinciæ constituta est. Aberat ea Hierosolymis millia passuum LXXIII, incolasque Apostolorum tempore habebat, qui Christiana instituta consectarentur. Sed quis Ecclesiæ primus Episcopus fuerit, non satis constat. Nam quod aliqui tradiderunt, Zachæum Publicanum, de quo supra demonstratum est, primum Cæsareensium Antistitem fuisse, probatis monumentis statui nullo modo potest. Simile autem est hujus, quod scriptum a nonnullis est de Cornelio Centurione. Hunc enim, ut est a Petro Apostolo baptizatus, militia se abdicasse, functumque Cæsareæ Episcopatu fuisse, nemo usquam veterum, cujus aliqua sit auctoritas monumentis mandavit litterarum. Nec vero certiora sunt, quæ de Theophilo primo, deque secundo Zachæo Constitutionum Apostolicarum Auctor, & Prædestinatus a Sirmondo vulgatus tradiderunt.

QU. IV.

Quidnam de Patriarcharum origine sentiunt Protestantes?

§. I. ALii alia sentiunt, sicuti eorum est mos. Basnagius *Hist. pag.* 307, Beveregius *Not. in can. II Concilii Constantinopolitani pag.* 95, Caveùs *Ant. Ch. Gov. c.* 2, & 4, Patriarcharum originem a Concilio Constantinopolitano auspicantur, atque hunc canonem in medium protulerunt: (a) *Qui sunt, supra Diœcesim Episcopi nequaquam ad Ecclesias, quæ sunt extra præfixos terminos accedant, nec eas hac præsumptione confundant; sed JUXTA CANONES* (b) *Alexandrinus Antistes quæ sunt in Ægypto regat solummodo; & Orientis Episcopi Orientem tantum gubernent, servatis privilegiis, quæ NICÆNIS CA-*

(a) Selv. *Inst. Antiq. Ch. l.* 1, *c.* 17, §. 2. Cur canon iste ederetur, illud potissimum in causa fuit, quod plures Episcopi φιλαδελφίας memores, necessitate ita postulante, extra proprium territorium Episcopali potestate usi fuerint. Petrus Alexandrinus aliquot Episcopos Constantinopolim miserat, ut ibi Maximum Cynicum Episcopum consecrarent: Gregorius Presbyter *in Vit. S. Gregor. Naz.* Luciferus Calaritanus Paulinum Antiochenum Episcopum ordinaverat. Hieronym. *in Chronic. an.* 363. Meletius Antiochenus in ipsa imperiali Urbe plures Episcopalis potestatis actus exercuerat, Theodoret. *l. V, c.* 6, 7. Fortassis Patres Constantinopolitani Athanasium quoque, & Eusebium Samosatensem præ oculis habuerunt, qui ex exilio reduces in diversis Civitatibus, quas peragrarunt, licet ad proprias ipsorum Diœceses non pertinerent, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos ordinarunt. Illud igitur Constantinopolitanos Patres eo canone præ oculis habuisse omnino dicendum est, ut nimirum nimiæ Episcoporum confidentiæ, ac libertati frena injicerent, ne extra propriæ Diœcesis limites Episcopali potestate uti vellent. Quod quidem ex altera Canonis parte, sive Canone III manifestius elucet, ubi hæc habentur: *Non vocati autem Episcopi ultra suam Diœcesim non accedant propter ordinationes faciendas, vel propter alias dispensationes ecclesiasticas*: tum *Can.* 3, *vel* 4, de Maximo Cynico in hunc modum sancitur: *De Maximo Cynico, & ejus inordinata constitutione, quæ Constantinopoli facta est, placuit neque Maximum Episcopum esse, vel fuisse, nec eos, qui ab ipso in quolibet gradu Clerici sunt ordinati*. Igitur in Synodo Constantinopolitana Patriarchæ primum instituti non sunt, at dumtaxat eorumdem potestas certis limitibus fuit distinctius, exactiusque circumscripta.

(b) Natal. Alexand. verba illa *secundum Canones* significare *secundum mores Ecclesiarum* multis probat exemplis. Ecce tibi (inquit) non unum exemplum. Synodus Nicæna *can.* 13 hæc habet de his, qui ad exitum veniunt: *LEX antiqua servabitur, ita ut si quis egreditur e corpore, ultimo, & necessario Viatico minime privetur*. Ancyrana Synodus can. 21: *PRIOREM definitionem præcepisse, ut mulieres, quæ fornicatæ fœtus in utero perimerent, usque ad exitum vitæ ab Ecclesia removerentur*. Ubi quæso vel in Apostolicis Canonibus, vel in aliqua vetustiore Synodo has regulas reperies? His verbis Patres, quæ apud suam Ecclesiam in usu erat, *consuetudinem* significarunt, non Canones aliquos Apostolicos.

CANONIBUS Ecclesiæ Antiochenæ tributa sunt, (Can. 2. Conc. Const. ex Dionys. Exig.) Sed hic Canon ad antiquos mores provocat, Nicænasque regulas citat. Non nova igitur per hunc Canonem in Ecclesiam invecta fuit disciplina, sed vetus tantum instaurata, atque antiqua Pratriarcharum jura intra antiquos terminos consistere jussa. Sed parum refert, inquies, utrum Constantinopolitani, an Nicæni Canones hujusce novitatis molitores, effectoresque extiterint; semper verum erit, Patriarchalem dignitatem cum Ecclesia minime natam altamque fuisse. At quis tibi hactenus concessit, Patriarchas in Concilio Nicæno ortum suum habuisse? Nec, si a Constantinopolitana Synodo Nicæni Patres Patriarchalium jurium testes nominati sunt, ideo etiam architecti habiti fuerunt. Verum ipsum Nicænum Canonem expendamus (c). *ANTIQUI MORES serventur per Ægyptum*

(c) Selvag. *l. c.* Constat diu ante Concilium Nicænum Episcopum Alexandrinum plures suæ potestati subjectas rexisse provincias. Istuc probat Canon ipse Nicænus, quo statuitur: *Antiqui mores serventur &c.* Profecto illud *antiqui mores* τὰ παλαιὰ ἔθη non recentem, at vero antiquam sin minus institutionem, inductam saltem in Ecclesiam consuetudinem insinuat. Idem quoque indicant plura, quæ afferri possent antiquissima Ecclesiastica monumenta, ex quibus manifesto evincitur, ea potestate diu ante Synodi Nicænæ tempora Episcopos Alexandrinum, & Antiochenum revera fuisse usos. Unum, & alterum proferre liceat. Epiphanius de Meletio schismatis Meletiani ante Concilium Nicænum auctore loquens *hær. 69, n. 3, Is ipse Meletius* (inquit) *Archiepiscopus in Ægypto & Alexandro subjectus rem omnem* (de Ario) *ad Alexandrini Episcopi aures detulit*. Et de eodem Meletio *hæres. 68, n. 1*, scribit. *Idem quoque Meletius cæteris Ægypti Episcopis antecellens secundum a Petro dignitatis locum obtinebat, utpote illius adjutor, sed eidem tamen subjectus, & ad ipsum de causis ecclesiasticis referens: hic enim mos est Alexandrinorum Episcoporum, ut per totam Ægyptum, Thebaidem, Mareotidem, & Pentapolim administrent ecclesiastica negotia.* Hic observandum Meletium ab Epiphanio dici *ÆGYPTI ARCHIEPISCOPUM, AC CÆTERIS ÆGYPTI EPISCOPIS ANTECELLENTEM*. Synesius quoque *epist. 66* ad Theophilum, Ptolemaidos Episcopatum *ECCLESIAM METROPOLITICAM* vocat. Igitur singulis Ægypti provinciis singuli præerant Metropolitæ, qui, uti eorum quisque] suæ ipsius provinciæ Episcopis præerat, ita Episcopo Alexandrino subjecti erant. Quam ob rem Episcopus Alexandrinus non Metropoliticam modo, quod Espenius contendit, verum & Patriarchicam in omnes Ægypti Provincias etiam ante Synodum Nicænam potestatem exercebat, cum Archiepiscopos, sive Metropolitas suæ ditioni habuerit subjectos. Sæculo III, cum aliquot Episcopi Lybiæ superioris Sabelliano ψευδοδόγματι adhæsissent, nonne ab hæresi recesserunt, Dionysio potissimum Alexandrino agente, *ad cujus curam*, uti scribit Athanasius (*de sent. Dion.*) *Ecclesiæ illi pertinebant?* Et ille ipse Meletius nonne a Petro Episcopo Alexandrino in Synodo Diœcesana Alexandrina damnatus fuerat? (Athanas. *Apol. contr. Arian.*) Igitur Patriarchica potestas Synodo Nicæna antiquior est.

Dupinus *Bibl. Vol. II, pag. 553*, ed. An. 1692. Canon ille Nicænus VI magnis Sedibus conservat privilegia sua, hoc est jus quod habebant in multas provincias, quod postea *JUS PATRIARCHICUM*, seu *EXARCHICUM* vocitarunt. Hoc sensu comparationem instituit Ecclesiæ Romanæ cum Alexandrina, utraque tamquam Ecclesia Patriarchali spectata.

Idem *de Antiq. eccl. Discipl. Diss. 1, Sect. XI, pag. 37, seq.* PRTRIARCHÆ iidem olim fuerunt ac Exarchi, seu Primates Provinciarum, atque hoc sensu antiquissima est illorum institutio. De his loquitur Concilium Nicænum *cap. 6.*

(d)

ptum, Lybiam & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quia & Urbis Romæ parilis mos est (d). *Similiter & apud Antiochiam cæterasque Provincias suis privilegia serventur Ecclesiis.* Qui adultam Patriarcharum ætatem in hoc canone invenire possint, scio; qui vero natalem eorum diem reperire queant, prorsus non video. Adeo enim abest, ut Nicæni Patres hoc Canone aliquid de pristinis Ecclesiarum juribus novandum putarint, ut quinimmo novitatem omnem repudiandam, vetustatemque suo loco conservandam esse voluerint.

§. II. Atque hoc sane intellexisse videntur Spalatensis *de Rep. p.* 1, *l.* 3, *c.* 12, *n.* 21, Binghamus *l.* 2, *c.* 17, §. 8, atque Moshemius *Inst. Eccl. Hist. Sæc. II, p.* 2, *c.* 2, §. 2, 3, qui ante Nicæni quidem Concilii tempora, longe tamen post Apostolorum ætatem Ecclesiam Patriarchas enixam fuisse, contendunt. Itaque Patriarcharum ortum ad secundum, & tertium sæculum protrudunt. Sed doceant necesse est, quo anno, quo die, quove in Concilio ii procreati, quibus seminibus, quibusque in præcordiis concepti, qua graviditate, quove partu editi, atque in lucem suscepti fuerunt; alias sinant nos cum Augustino clamare: *Quod Universa tenet Ecclesia, nec a Conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.* (*lib.* 4 *de Bapt. cont. Donatist.*)

§. III. Verum operæ pretium est audire, quas cantilenas nobis insusurret Moshemius? „ Sui juris (ait „ ille *l. c.*) omnes adhuc erant per „ magnam sæculi secundi partem Ec„ clesiæ, nullaque consociatione, aut „ fœdere inter se junctæ. Quilibet „ cœtus parva quædam erat Civitas „ suis

(d) Berard. in Gratiani Canones *part.* *I*, *c.* 7, *pag.* 72. Canonem hunc nemo non videt ob Meletii schisma editum fuisse. Cum enim ipse contempta Alexandrini, cui suberat, Patriarchæ auctoritate, Episcopos solus ordinasset, opus fuit ita decernere ad sartam tectamque servandam uniuscujusque Archipræsulis potestatem, ut & Patriarcha Alexandrinus ab Episcopis suæ Jurisdictioni subjectis honoraretur, & generatim ne quis sine auctoritate Patriarchæ quempiam Episcopum constitueret. Hæc germana Nicæni Canonis interpretatio, a qua longe, & toto cœlo distant quicumque ex hæreticis recentioribus adversus Romanam Pontificis Maximi Sedem scripsere. Ajunt illi, hoc canone Primatum Romanæ Ecclesiæ prorsus fuisse improbatum, dum non alia auctoritas Romanæ Urbis Episcopo asseritur, quam Alexandrino, aut Antiocheno, aut aliarum Provinciarum Episcopo competat; ut quemadmodum Antiochenus, aut Alexandrinus Episcopus, aut quicumque Metropolitanus nullam etiam majorem explicare Jurisdictionem possunt, quam in Provincia eidem peculiariter assignata; ita quoque Romani Pontificis auctoritas solis Romanæ Provinciæ, aut Romani Patriarchatus finibus circumscribatur. Non erat hæc Nicænorum Patrum mens, qui ad exemplum Romani Episcopi, ad quem Diœceseos suæ Episcopos ordinare pertinebat, voluerunt quidem ab aliis Metropolitanis ordinandos esse Episcopos suffraganeos: minime tamen voluerunt Romano Episcopo æquam cum omnibus Metropolitis, nec majorem auctoritatem afferere. Quid enim? Num si ego e. g. dixero, unumquemque Episcopum posse in sua Diœcesi convocare Concilium ex Clericis suis, quemadmodum & Metropolitani facere possunt in Diœcesi sua, num æqualem exinde Episcopis simplicibus, ac Metropolitis auctoritatem tribuero? Diversa omnino sunt isthæc, & ab iis, qui ratione uti malunt, penitus observanda. Vid. *Ibid.*

Jus Patriarchicum. C

„ suis se legibus gubernans a populo „ aut rogatis, aut probatis. At paullulum eveniebat, ut omnes Christianorum societates in una provincia habitantes in unam quodammodo Civitatem seu societatem majorem coirent, atque statis temporibus, more Rerumpublicarum fœderatarum conventus celebrarent, in quibus de communi totius Civitatis salute deliberaretur. Nascebatur hoc institutum inter Græcos, apud quos fœdera ejusmodi plurium Civitatum, & orti hinc conventus delectorum earum dudum usitati fuerant, procedente vero tempore, perspecta rei utilitate per Universam Ecclesiam manabat. Conventus, in quibus multarum Ecclesiarum legati in commune consulebant, Græco vocabulo *Synodi;* latino *Concilia* dicebantur; leges vero in illis latæ *Canones*, idest regulæ vocabantur. Hæc Concilia, quorum nullum ante sæculi hujus medium vestigium apparet, totam ferme formam Ecclesiæ mutabant. Nam per ea primum antiquis Populi Christiani juribus detrahebatur, Episcoporum autem auctoritati, ac dignitati haud parum accedebat, qui cum primum non diffiterentur, se Ecclesiarum suarum legatos esse, verbisque populi agere, paullatim majora sibi arrogabant, & potestatem sibi a Christo datam esse perhibebant, populo Christiano leges fidei, vitæque dictandi. Denique quæ primis temporibus obtinebat, summa Episcoporum omnium paritas, & æqualitas, per hæc Concilia sensim tollebatur. Necesse enim erat, ut uni ex Episcopis provinciæ qui fœdere juncti erant, potestatis & juris aliquid supra cæteros in conventibus istis tribueretur: ex quo jura *METROPOLITANORUM* nata sunt. Postremo cum mos habendorum Conciliorum per Universum orbem terrarum pervasisset, & Universa Ecclesia ingentis Reipublicæ ex multis minoribus compositæ formam adepta esset, certa ei capita in singulis terrarum orbis partibus præficienda erant, quæ totam molem quodammodo continerent. Hinc *PATRIARCHÆ*, & ad extremum Patriarcharum princeps Episcopus Romanus. “

§. IV. Quot verba, tot mendacia. Ain igitur, Ecclesias singulas principio suis legibus, suis consiliis stetisse, nec nisi altero Christiani nominis sæculo vertente fœderatas fuisse; eos, qui nunc nobis Episcopi habentur, & sunt, tunc nonnisi suarum Ecclesiarum legatos extitisse; atque ex hisce legationibus primum Episcoporum, deinde Metropolitarum, tum Patriarcharum, denique Pontificis Maximi auctoritatem ortam esse. At quas nobis edis rei hujus probationes? Quæ testimonia? Quæ monumenta? Quod tu verbo asseris, nos verbo negamus. At hoc commune singularum fœdus undenam Sæculo II ortum suum duxit? Communi repente omnium consensu ictum vis? Miror profecto, quonam pacto fieri potuerit, ut omnes omnino Ecclesiæ tum Orientales, tum Occidentales sua sponte, unanimi consensu, uno eodemque tempore novum hoc institutum amplecterentur, in suorum legatorum arbitrium, potestatemque venirent, seseque aliis Ecclesiis in servitutem traderent, sine ulla, qua ad id compellerentur, auctoritate, sine ulla alicujus Ecclesiæ contradictione, sine ullo populorum motu ac tumultu. *Ipsa quippe mutatio consuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate*

per-

perturbat. (S. Augustinus *Ep.* 54, *c.* 5) Sensim hoc institutum invectum autumas? At immensum temporis spatium huic in omnes tum Orientis tum Occidentis Ecclesias propagationi concedas necesse est. Quas vero Ecclesias aliis exemplo suo præeuntes proponis? Num Asianas? num Ponticas? num Thracicas? num Ægyptiacas? At ubi hujusce rei tantæ, ac memoria dignissimæ ullum apud antiquos Scriptores vestigium? quis vero hæc ante sequiorem hanc ætatem inaudita sine ullo teste narranti credat? Scite Baronius: *Quod a recentiore Auctore de rebus antiquis sine vetustioris testimonio profertur, contemnitur*. (*ad an.* 1, §. 12.) Quamobrem totam hanc Moshemii narratiunculam infra Romanenses fabulas amandamus, atque Ecclesiarum, Episcoporum, Metropolitarum, Patriarcharumque structuram collocationemque ex Apostolica traditione repetendam esse omni asseveratione affirmamus. Docet enim S. Irenæus *l.* 3 *adversus hæres. c.* 3, cui succinit Augustinus *l. c.* cum vetus aliquis mos in aliqua Ecclesia ab aliquo ex Apostolis constituta, cujus legitima successio intermissa nunquam fuerit, communiter servatur, nec ejus consuetudinis auctor apparet, docet, inquam, pro certo habendum, morem illum in ea Ecclesia constanter, ac perpetuo obtinuisse, nec nisi ex Apostolica traditione profluxisse. Cum igitur Romæ semper, Alexandriæ usque ad medium circiter sæculum VIII, Antiochiæ vero usque ad annum sexcentesimum octogesimum quintum, quo a Saracenis occupata fuit, & legitima Episcoporum successio, & Patriarchalia jura nunquam non perseveraverint, nec ostendi possit ab aliquo Concilio aut Pontifice antea introducta fuisse, nullus, nisi me fallit Irenæi, & Augustini doctrina, relinquitur dubitandi locus, quin Patriarchalia jura ab Apostolica institutione manaverint.



Q U. V.

Constantinopolitanæ Ecclesiæ undenam Patriarchalia jura obvenerunt?

§. I. **E**X Ecclesiis Ephesina, Cæsareensi, Heracleensi, quæ sin minus nomine, re certe Patriarchales fuerunt.

§. II. Concilium Nicænum in eo Canone, qui ad Patriarchalium Ecclesiarum fines regundos latus est, hæc habet: *Antiqui mores serventur per Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quia & Urbis Romæ Episcopo parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, CÆTERASQUE PROVINCIAS suis privilegia serventur Ecclesiis.* (*Can.*16.) Patet hinc, præter Romanum, Alexandrinum, Antiochenum, alios itidem extitisse Patriarchatus, qui complexu suo CÆTERAS HASCE PROVINCIAS a Concilio memoratas, cingerent, ac coercerent.

§. III. Qui vero alii Patriarchatus fuerunt? Eos si non omnes, aliquot certe Synodus Constantinopolitana I, Nicæni Concilii optima sane interpres satis aperte nobis indicat hisce verbis. *Juxta Canones* (Nicænos) *Alexandrinus Antistes, quæ sunt in Ægypto regat solummodo; & Orientis Episcopi Orientem tantum gubernent, servatis privilegiis, quæ Nicænis Canonibus Ecclesiæ Antiochenæ tributa sunt. ASIANÆ QUOQUE DIOECESEOS Episcopi ea solummodo, quæ sunt in ASIANA DIOECESI dispensent; nec non & PONTI EPISCOPI ea tantum, quæ sunt in PONTO;* & *THRACIARUM, quæ in THRACIA* sunt *gubernent.* (*Can.* 2.) Hi igitur alii Patriarchatus erant etiam Diœceses Asiana, Pontica, & Thracica, Diœceses inquam, & Diœceses inquiunt Costantinopolitani Patres, quo nomine iis temporibus omnium illarum Provinciarum tractus comprehendebantur, qui aut Vicario Præfecturæ (*a*) Prætorianæ, aut Patriarchæ parebant.

Por-

(a) Joannes Cabassutius *de Provinciis Ecclesiasticis*: Summa olim Præfecti prætorio potestas, quæ arma simul & jura complectebatur, fuerat jam inde a Regno Tiberii Cæsaris penes unum. Sed ex quo insidias Perennis Præfecti prætorio Commodus Imperator evasit, cœpit ea potestas (ne foret nimia, ipsosque Præfectos ad Imperii ambitionem sollicitaret) inter duos æmulos dividi, teste Herodiano *lib* 1. Postmodum Constantinus Magnus eam potestatem, dignitatemque inter quatuor Præfectos partitus est, singulisque proprias attribuit distinctas regiones. Quorum primus Orientem regebat, eique subdebantur Provinciæ Ægypti, Lybiæ, Pentapoleos, Syrtes, Asia, Cappadocia, Cilicia, Cyria, Armenia, Thracia, Mysia inferior, Cyprus cum reliquis Orientis plagis. Sequebatur Præfectus Illyrici, cui parebat Illyricum, Dacia, Tribali, Pannonia, Mysia superior, Macedonia, Thessalia, Græcia, Peloponnesus, Creta, & insulæ circumfusæ. Tertius accedebat Italiæ Præfectus, qui præerat Italiæ, Siciliæ,

Porro Prætoriana Orientis Præfectura in quinque Diœceses tributa erat, scilicet in Ægyptiacam, Orientalem, Asianam, Ponticam, & Thracicam, quarum singulis singuli præerant Vicarii. Ægypti, & Orientis Urbes principes erant Alexandria, & Antiochia: Asiæ, Ponti, & Thraciæ capita erant aut certe Urbes celeberrimæ Ephesus, Cæsarea, & Heraclea. (Vid. infra Q. VIII.) Verosimile autem est, Apostolos, quemadmodum Antiochiam, & Alexandriam, (Vid. supra Q. I, §. 3, Q. II, §. 3.) ita etiam Ephesum, Cæsaream, & Heracleam primum cogitasse, ibique doctrinam prius Evangelicam sparsisse, ex iisque dein Urbibus, tanquam ex fonte rivulos in omnes Asiæ, Ponti, & Thraciæ regiones illam derivasse. De Epheso certa res est. Nam cum Ephesina Ecclesia prima fundata fuisset, Timotheus ibi relictus fuit, ut Asiæ Ecclesias constitueret, quarum pleræque deinde a S. Joanne Apostolo, dum Ephesi degebat, institutæ, auctæ atque firmatæ fuerunt.

§. IV. Quamobrem nemini dubium esse potest, quin Nicæni, & Constantinopolitani Patres laudatis Canonibus Asiaticam, Ponticam, & Thracicam Diœceses in eodem loco, ac Ægyptiacam, & Orientalem habendas esse, & Ecclesias Ephesinam, Cæsareensem, Heracleensem omnium Asiæ, Ponti, & Thraciæ Ecclesiarum matres in Patriarchalium numero non secus ac Alexandrinam, & Antiochenam censendas esse adijudicaverint. Quod si postea Episcopi Alexandrinus, & Antiochenus Patriarchæ appellati sunt, Ephesinus autem, Cæsareensis, Heracleensis Exarchi (*b*), isthuc nostra nihil refert; non enim de nomine, sed de re laboramus. Illud etiam parvi pendo, quod dici solet, res Asiæ, Ponti, & Thraciæ non tam ab Exarchis, quam ab suis Synodis gubernatas fuisse; nam antiquitus in omnium Ecclesiarum more positum fuit, ut neque Episcopus absque Presbyterorum consilio, neque Archiepiscopi, Primates, Patriarchæ absque Episcoporum consensu ad grave aliquod negotium aggrederentur. (*c*) Quamobrem Synodus Antiochena statuit *can. 9*: *Ne Metropolitanus*, loqui-

liæ, Africæ, & circumjacentibus insulis. Quarto loco erat Galliarum Præfectus, cui obtemperabat Gallia, Hispania, Britannia, & insulæ adjacentes, ut scribit Zosimus *lib. 2*.

Quatuor istæ singulæ Præfecturæ in plures dispertiebantur Diœceses, quæ a Præfectorum Vicariis regebantur; unde Vicariæ quoque dicebantur, etiam plures regiones, ac provincias complectentes, ut videre est libro Notitiæ utriusque Imperii, quem eruditis commentariis Pancirolus illustravit.

(*b*) Lequien. *T. I*, *colum. 7*, §. *XIV*, *O. Christ.* Certum videtur Patriarcharum nomine *act. II* indigitatos esse præcipuos illos Christiani orbis Primates, quos eadem Synodus canonibus suis 9, & 17, *Exarchos* appellavit Diœcesium. Ac certe non ita pridem Domnus Antiochenus ipse Patriarcha, in actis Concilii quod Antiochiæ celebratum erat, cujus acta recitantur action. XIV ejusdem Chalcedonensis Synodi, *Exarchus Orientalis Diœcesis* vocatur.

(*c*) Lequien. *T. I*, *colum. 113*, §. 4. Illi ordinandorum Metropolitarum per Diœcesim omnem Patriarchæ juri successit aliud, ut ad Constantinopolitanam Sedem undique ob gravia quæque negotia recursus fieret; quæ quidem pro vetere, institutoque ab Apostolis more, non nisi coacta Synodo expendebantur aut finiebantur.

Idem *l. c. colum. 120*, §. 17. Quamlibet præcipua quæque negotia Ecclesiarum Constantinopolitanæ Diœcesis ad Patriarcham referentur; ea tamen, ut jam dictum

quitur] de [Metropolitanis majoribus, seu Patriarchis, (vid. infra Qu. XXIII, N. c.) *sine reliquorum sententia quidquam adgrediatur*.

§. V. Verum hæ Ecclesiæ Ephesina, Cæsareensis, Heracleensis & nobilitate, & antiquitate, & re vere Patriarchales, Constantinopolitanæ Ecclesiæ magnitudine, atque onere obrui, opprimique visæ sunt. Longum esset enumerare technas, dolos, machinas, fallacias, præstigiasque omnes, quibus Constantinopolitani usi sunt, ut amplissimas illas, & nobilissimas Ecclesias in servitutem adducerent (d). Adi sis Quesnellium Diss. I *de vita & rebus*

ctum est, non ipse solus adhibito quorumdam consilio finiebat, sed Synodo vocata Metropolitanorum, nec non Episcoporum, si qui forte in urbe agerent.

Idem *T. II, colum.* 352, §. 36. Magnam fuisse interim in Ecclesia Alexandrina Presbyterii Ecclesiæ auctoritatem, ex hoc colligere quis possit, quod Archiepiscopus litteras suo eorumque nomine ipso quoque sæculo sexto inscribere pergeret. Enim vero conficta epistola extat tamquam a S. Dionysio Alexandrino ad Paulum Samosatenum scripta, qua impietas illius sic arguitur, ut hæreticum dogma aliud simul statuatur, scilicet Domini corpus nulli labi & corruptelæ obnoxium ante resurrectionem ipsam fuisse. Quam epistolam ab Ægyptio quopiam de Aphthartodocetarum, seu Incorrupticolarum secta composita fuisse in fine dissertationis Damascenicæ secundæ ostendi, immo ab ipsomet Gajano Alexandrino eorum antesignano: quum vero ad normam litterarum Alexandrini Patriarchæ adornata sit, inscriptionem istam præfert. *Διονύσιος κ. τ. ε. Dionysius & compresbyteri Ecclesiæ Alexandrinæ in Domino salutem*. Quod argumento est, Alexandrinos Antistites Ecclesiæ negotia non alio modo gessisse, nisi collatis Compresbyterorum suorum suffragiis.

(d) Thomass. *de V. & N. E. D. p. I, l. I, c. X.* Byzantii, quæ postea Constantinopolis fuit, Episcopus Heracleensis in Thracia Metropolitani suffraganeus ab initio fuit, ut superbienti Acacio jure objicit Gelasius: (*Epistola XIII.*) *An Sedem Apostolicam congruebat, parœciæ Heracleensis Ecclesiæ, idest Constantinopolitani Pontificis judicium expectare?* Huic tum Urbi, tum Ecclesiæ ingens facta est accessio honoris, & præcellentiæ illuc translata Imperii sede, & novæ Romæ appellatione invecta. Hinc illud Decretum Constantinopolitani I Concilii: (*can.* III.) *Constantinopolitanus Episcopus habeat Primatus honorem post Romanum Episcopum eo quod sit nova Roma*. Quo Canone Constantinopolitanus Episcopus non Patriarcha, non Exarchus, immo ne Metropolitanus quidem constituebatur, honorificentiore tantum donabatur sedendi loco. Quippe in actis deinceps publicis omnibus Heracleæ semper Episcopus inter Metropolitas numeratur. Hunc Canonem repudiavit Occidens, teste locupletissimo Gregorio Papa. (*l. 6, epist.* 31.) *Romana Ecclesia eosdem Canones, vel gesta illius Synodi hactenus non habet, nec recipit. In hoc autem eamdem Synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum*. Emicat autem prorsus ex Historiæ serie, & ex Regiæ hujus Urbis Episcoporum deinceps gestis, Canonis hujus verba eos in rem suam ita interpretatos esse, ut eorum obtentu vel cupiditati suæ velificari possent, vel Ecclesiarum necessitatibus ex charitate servire. Quamquam enim nihil magis adversetur charitati, quam cupiditas; cum illi individua comes hæreat humilitas, animique moderatio, & quies, huic audax, & temeraria semper superbia: utriusque tamen agendi ratio in speciem simillima est. Ergo non ad solam honoris, & consessus prærogativam Canone isto nitebantur Costantinopolitani Episcopi, ipsam plerumque Jurisdictionem latius propagabant, non solum ultra Metropolitanis, sed etiam ultra Exarchis præscriptos limites: tum illis, tum his infra se depressis, & causis, judiciisque eorum propriis ad se revocatis. Nectarius, qui hac ipsa in Synodo Episcopalem ejusdem Urbis adeptus est Sedem, non nominis, non consessus gloriolam hoc se Canone consecutum ratus, sed insignem, & convenientem Regiæ Civita-

rebus gestis S. Leonis, Petrum de Marca *Diss. III, de Constant. Patriarch. Institut.* Lequiennium *O. Ch. T. I, Cap. II*, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, X, XI, XII, XIII. Qui, qua via Constantinopolitana Ecclesia ab inferiore

vitatis Antistiti potestatem: aliquanto post, nempe anno 394, patefecit, quid sibi animi esset. In Synodo enim Constantinopoli habita litem diremit inter Agapium, & Gabadium concertantes de Episcopatu Bostrensi in Arabia, adeoque ad Patriarchæ Antiocheni jus spectante. Præerat Nectarius Synodo, & superiore loco eminebat, etsi adessent Teophylus Alexandrinus, Flavianus Antiochenus, Helladius Cæsareensis, aliique Episcopi complures. Extant huiusce Synodi acta apud Balsamonem. Meminit Sozomenus litterarum Ambrosii, quibus Nectarium excitabat ad depositionem Gerontii, qui Clericus primum Mediolanensis, tum Nicomediæ Episcopus Ecclesiæ suæ offendiculo, & pudori erat. Nicomedia Provinciæ Bithyniæ erat Ponticæ Diœceseos. Nectario successit Chrysostomus. Hic profectus in Asiam non modo Gerontium loco movit, quod non potuerat Nectarius, sed in Asiana Diœcesi Episcopos exauctoraverat sexdecim. Accusatus Chrysostomus, quod aliorum invaderet Provincias, Episcoposque ordinaret aliis Metropolitanis obnoxios, respondit, venisse Constantinopolim privatas ob causas, ex Diœcesibus Asiæ, Ponti, & Thraciæ Episcopos duos supra viginti, ibi affuisse Concilio, cui is præerat; horum ab uno oblatum ei esse libellum adversus Episcopum Ephesinum, cui ordinationes omnes hæ simoniacæ impingebantur; delegatos abs se fuisse tres Episcopos, qui in hæc inquirerent; interim fato suo excessisse Ephesinum; illico Episcopos Provinciæ, & Clerum Civitatis misisse, qui se invitarent, ut convolaret Ephesum, impendentemque Ecclesiæ ruinam amoliretur; denique perfecta a se esse omnia in Concilio ex vicinarum Provinciarum Episcopis adunato; potuisse autem se juxta receptum prioribus sæculis, & approbatum a sacris Canonibus morem vocari ab Ephesinis, quippe qui & Episcopus esset vicinus, & magnæ auctoritatis. Habent hæc quidem plurimum momenti ad defensionem Chrysostomi, non multum autem, ut Episcopo Constantinopolitano arrogetur jus istiusmodi in alienas Diœceses. Fatetur Palladius, quos in aliorum locum Episcopos ordinarat Chrysostomus, eos depositos deinde esse. Arsacius successit Chrysostomo, & Arsacio Atticus, qui a Theodosio Juniore expressit legem, quæ juberet, *Ne quis Episcopus designetur absque sententia, & auctoritate Concilii Constantinopolitani*. Narrat Socrates ab Attico donatum esse Sylvanum Episcopatu Philippopolis in Thracia, & ab eodem post triennium translatum fuisse in Troadem Phrygiam, cum Troadis cives Constantinopolim advolassent Episcopum petituri. Occurrit in Codice Theodosiano lex alia, quæ Illyricum Episcopo Constantinopolitano subjicit, quod Constantinopolis Romæ veteris prærogativa lætetur. Missa facio nonnulla alia, quæ in alios Atticus usurpavit. Attico successit Sisinius, Sisinio Nestorius, Nestorio Maximianus, Maximiano Proclus, qui omnes hujusce usurpatæ Jurisdictionis exempla ediderunt; sed præcipue Constantinopolitani Episcopi hanc Jurisdictionem explicabant in Exarchos Thraciæ, Ponti, & Asiæ, quia & viciniores erant, & infirmiores. Nec ab usurpationibus Episcopi Constantinopolitani immunes erant Majorum etiam Diœceseon Patriarchæ. Nam præter exempla a nobis superius indicata, alia nobis suppetunt, in Procli successore Flaviano, qui Ibæ Edesseni in Syria Diœcesis Antiochenæ Episcopi causam dijudicavit, & in Anatolio Flaviani successore, qui Berythensem Ecclesiam Diœceseos Antiochenæ Metropolitica dignitate auxit, & jure donavit. Mitto alia quamplurima. Hæc documenta sunt nequaquam ambigua, Episcopos, Clericosque Constantinopolitanos nova, & antea inaudita auctoritatis, & Jurisdictionis incrementa superstruxisse Canoni illi Synodi Constantinopolitanæ, & prærogativæ honoris post antiquam Romam. Etsi enim his verbis nihil clare, nihil peculiariter exprimeretur novi juris, tanto magis iis poterant, quæcumque

riore ad superiorem locum evolaverit, quibusque gradibus ad primos honores, dignitates, & imperia obrepserit, nobis ob oculos ponunt. Sa-

tis

---

que libuisset, obumbrari. Cum res ita se habuissent a Concilii Constantinopolitani I temporibus usque ad Chalcedonensem Synodum, cum Dioscorus in Chalcedonensi Synodo ita dejectus fuisset, ut necdum quisquam in ejus Sedem subrogaretur, cum Episcopatus Ephesini incubatores una damnationis sententia perculsi fuissent, cum Antiochenus Episcopus permolestis esset implicatus negotiis, cum denique Hierosolymitanus Episcopus ardua cum primis agitasset consilia de amplificanda dignitate sua, minime mirum est, si tam opportuna rerum temporumque commissura obrepserit Concilio Chalcedonensi Anatolius, extorseritque ea privilegia, quæ raro, quæ callide quæ furtim tantum usurpaverant ejus in Constantinopolitana Sede Prædecessores. Canone hujus Concilii 9 statutum est, ut *Si Episcopus adversum Metropolitanum, vel Clericus habeat querelam, petat aut Primatem Diœcesis, aut Sedem Regiæ Urbis Constantinopolitanæ, & apud ipsum judicetur.* Eadem optandi, alternandique libertas rursum indulgetur canone 17. Canone demum 28 statutum est, ut Episcopus Constantinopolitanus ordinaret Metropolitanos Thraciæ, Asiæ, & Ponti, examinata, & confirmata eorum electione, permissaque Metropolitanis ordinatione Episcoporum suæ cuique provinciæ. Quod ergo multoties tentatum est & extra ordinem, hic pro jure, & quidem pro jure ordinario statutum est. Denique hoc Canone data est facultas Episcopo Constantinopolitano ordinandi, emittendique Episcopos in nationes barbaras. Quo munere jam functus fuerat Chrysostomus in Gothos. Abierant legati Pontificii, cum hi Canones conditi sunt. Ubi resciverunt, intercesserunt, contestatique sunt, Canonem III Concilii Constantinopolitani I codici Canonum nunquam insertum fuisse; si quo istiusmodi jure gauderent Episcopi Constantinopolitani suffragante id genus Canone, minime opus fuisse novum ea de re condere Canonem: sin minus, nihil esse novandum: *Si his temporibus hoc beneficio usi sunt, quid nunc requirunt? si numquam usi sunt, quare requirunt?* Nec eo contenti Legati, speciale etiam protulere mandatum Papæ, quo jubebantur vetare, vetandoque irritare, quidquid novæ rei molirentur Episcopi, quæ vel detrimento esse posset Apostolicæ Sedi, & Ecclesiis aliis in alias incremento. Datæ sunt ad Pontificem a Concilio Chalcedonensi litteræ tum officiosissimæ, tum reverentiæ, & singularis observantiæ testimoniis refertæ, Ecclesiæ, Conciliique caput ubi ille prædicatur. *Tu sicut membris caput præeras.* Oratur, Primatus sui radio ut Ecclesiam Constantinopolitanam illustret: *Lucente apud vos Apostolico radio, & usque ad Constantinopolitanam Ecclesiam illum spargentes, eo quod absque invidia consueveritis vestrorum bonorum participatione ditare domesticos.* Quod ad Episcopum Constantinopolitanum attinebat, pristinam tantum consuetudinem, & vetustam possessionem confirmatam esse. (Id verumquidem; sed possessioni tum frequenter, tum justissime repugnatum fuerat: ut usurpatio ea potius dicenda esset.) Postremo indulsisse Concilium non tam gratiæ, & compendio Episcopi Constantinopolitani, quam Provinciarum, ubi non poterant nisi turbulentissimæ, & tumultuosissimæ Ordinationes celebrari. Hæc tunc fuere rationum momenta, quibus Canonis hujus a Pontifice confirmationem expostulant. Nec enim dubium esse poterat, quin esset necessaria Capitis auctoritas, & assensio, ut tantum mutationis inveheretur in principalium Ecclesiæ membrorum dispositionem. *Rogamus, tuis decretis nostrum honora judicium; & sicut nos Capiti in bonis adjecimus consonantiam: sic & summitas tua filiis, quod decet, adimpleat.* Morem illis minime gessit Summus Pontifex, nec confirmavit nisi ea, quæ sex Actionibus peracta fuerant, quæque ad fidem pertinebant. Quinimmo rescripsit Marciano Imperatori, & Anatolio Archiepiscopo, non passurum se unquam, ut labefactaretur ordo Majorum Sedium a Nicæna Synodo confirmatus, aut ut Alexandrinus secundo, Antiochenus tertio honoris

gradu

tis erit hic monere, Constantinopolitanos Episcopos viribus, opibusque valentes, Imperatorum favore ac præsidio fretos ornamentis, insignibus, ac juribus Ephesinos, Cæsareenses, Heracleenses dispoliasse, ex eorumque spo-

gradu dejicerentur: Canonem Constantinopolitanum nunquam primæ Sedi significatum fuisse, adeoque nec ab ea approbatum; atque quod ab initio non valuerat, non posse tractu temporis convalescere. (*epist.* 53, 54.) Improvida Imperatoris, & Anatolii consilia fregit constantia Leonis; ab inceptis ergo illi omnimo destiterunt, ut docet nos Leonis *Epist.* 71, & gratias agit Imperatori Leo, quod sua illi grata fuisset constantia, quodque sua singulis Ecclesiis privilegia servari vellet. (*epist.* 53.) Meminit horum omnium Gelasius in Epist. sua ad Episcopos Dardaniæ, (*epist.* 13.) nec silet retractatam tam ab Anatolio, quam a Marciano priorem sententiam. Sed postea contentiones recruduerunt, ac præcipue inter Gregorium Magnum, & Joannem Jejuniatorem, nec unquam cessatum, donec Innocentius in Concilio Lateranensi, Constantinopolitano Episcopo & primum post Romanum Pontificem locum, & Patriarchalia omnia jura concessit.

Berard. *ad Gratiani Canones p. I, c. XXII*. Hinc motæ controversiæ plures, quæ ad ipsos Pontifices Maximos deductæ in causa fuerunt, ut illi ea tantumodo hujus Concilii acta probaverint, quæ ad fidem Catholicam adversus hæreses definiendam pertinerent, cætera vero despexerint, quasi nulla Ecclesiarum utilitate suadente, & præter Pontificis Maximi sententiam, ac mandatum peracta. Revera ab initio, ubi convocatum Concilium fuit, unica tantum proposita fuerat dirimenda fidei causa, atque hinc factum est, ut post Actionem sextam Episcopi dimitti se postulaverint, quasi absoluta fidei causa, ac proinde etiam perfecto Concilio. Hinc propterea factum est, ut deinceps Acta hujus Concilii Chalcedonensis in ea parte, quæ Actionem sextam subsequitur, retractata fuerint, atque etiam revocata in Concilio Constantinopolitano II, seu Generali V, quæ sub nomine trium Capitulorum veniebant. Præterea Episcopi quamplures Acta hujus Concilii ad Ecclesias suas de more deferentes, nonnisi sex Actiones tulerunt exemplo Talasii Metropolitæ Cæsareæ Cappadocum, qui rediens Chalcedone ad Ecclesiam suam non tulit nisi Actiones sex, quemadmodum testatus deinde fuit ejusdem Successor Alypius. Deinde Pontifices Maximi in suis Constitutionibus alia ex Chalcedonensi Concilio probare noluerunt, nisi quæ edita fuerant in sex prioribus Actionibus, sive quæ ad fidei definitiones spectabant; quemadmodum patet ex *epist.* 6 Leonis Magni ad Synodum Chalcedonensem scripta, item ex *epist.* 55 ad Pulcheriam Augustam; & Pelagius Papa in *epist.* 3 ad Episcopos Istriæ ita scribit: *Vigilanti ergo cura respicite, quæ in sexta illius Actione sanctæ Fidei confessio consummatur, moxque in septima ad institutionem jam fidelium regula Canonum figitur, ulterioribus vero Actionibus nihil de causa fidei, sed sola negotia privata versantur*. Ex his facile apparet, quæ debeat esse de Actibus Chalcedonensis Concilii sententia. Etenim quotiescumque agatur aut de divinæ Incarnationis mysterio, cujus fides in eodem Concilio explicata est, aut de caussis cum eadem fide connexis, qualis erat causa Eutychis, & Dioscoris, nullum dubium erit, Synodica hujus Concilii Acta vim generalis legis Ecclesiasticæ obtinere. Fuerunt hæc capita Pontificia auctoritate præeunte discussa, eadem interveniente definita, eadem demum ratihabente confirmata. Ast ubi sextam ejusdem Concilii Actionem excedimus, similis sane non erit cæterorum statutorum auctoritas. Pertinent potius hæc ad privatorum causas, quæ ab initio convocationis Concilii Pontifici Maximo propositæ non fuerant, quæ deinde apud omnes probari non potuerunt, immo etiam in subsequente Generali Concilio Constantinopolitano retractari debuerunt. Quod etiam magis magisque dicendum est de triginta illis Canonibus solius Anatolii Constantinopolitani furtiva quadam obreptione constitutis post recessum Legatorum Pontificiorum, quibus po-

postea & Legati ipsi, & iidem Pontifices Maximi restiterunt, præsertim si mentio fit de Canone 28, ex quo luculentius Episcopi ambitus apparebat. Scilicet Canones isti nec in ipso Concilio editi sunt, nec ecclesiastica postmodum auctoritate firmati. Immo suspicantur eruditi, illos editos omnes ab Anatolio solo, privatim forte consciis tantummodo uno, aut altero ex ejus fautoribus, & deinde propositos integros cæteris Episcopis post discessum Legatorum, ut ab omnibus, quos dissoluto Concilio facile allicere poterat, probarentur. Quis enim sibi facile persuadere potest, uno, eodemque die celebratam fuisse Actionem quartamdecimam, in qua post discussiones aliquot causarum, dissolutum Concilium est, deinde vero adhuc tantum temporis remansisse, ut Episcopi in Conventu remanentes novam Actionem haberent, ibidemque triginta Canones novo studio, & novis rerum discussionibus elucubrarent, quod sane non modicum tempus exigebat, neque poterat unius, aut alterius horæ spatio confici? Quamobrem admodum verisimile est, Anatolium ipsum fuisse Canonum illorum Auctorem, qui per dolum, & fraudem dein eos Episcopis abituris, & rerum pertractatarum gravitate fessis probandos obtulerit. Quæ si vera sunt, quemadmodum arbitror, nulla propemodum esse debebit Canonum istorum auctoritas, qui a doloso Episcopo clanculum, & furtim prodierunt, item clam fuerunt a seditiosis ut plurimum Episcopis confirmati, & quorum aliquibus Legati Pontificii postea restiterunt, immo etiam ex quibus pax ecclesiastica disrupta est, atque orta fuit occasio, unde hoc Concilium Chalcedonense integre non probaretur Pontificum Maximorum auctoritate. Nihilo tamen minus non iverim inficias, quosdam ex dictis Canonibus vim maximam obtinuisse apud viros ecclesiasticos, quod quidem non statim ab initio contigit, sed tumdemum, cum in aliis Conciliis confirmati fuerunt, aut etiam in publicas Canonum Collectiones relati: aut apparuit in illis aliorum veterum Canonum disciplinam in aliis etiam Conciliis stabilitam. Plures ex Collectoribus præsertim latinis omiserunt tres Canones posteriores, ex eo quod dicti *can.* 28 sententia latinis omnibus displicuerit. Præterea observandum est, in hisce Canonibus aliqua contineri, quæ ad præcedentes ejusdem Concilii actiones pertinent, quod forte ex industria Anatolius fecit, ut facilius Episcoporum apud se remanentium suffragia captaret. Atque in hisce, ubi prioribus Actionibus conformes sunt, major sane prudentiorum judicio agnoscetur auctoritas.

Van. Espen *Jur. Eccl. Univer. part. V, pag.* 96. Edit. Lovan. 1732. Can. 28. *Sanctorum Patrum Decreta ubique sequentes, & Canonem, qui nuper lectus est centum, & quinquaginta Dei amantissimorum Episcoporum agnoscentes, eadem quoque & nos decernimus ac statuimus de Privilegiis Sanctissimæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ novæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ Throno æqualia privilegia tribuerunt, recte judicantes, Urbem, quæ & Imperio, & Senatu honorata est, & æqualibus cum antiquissima Regina Roma privilegiis fruatur etiam in rebus ecclesiasticis, non secus ac illam extolli, ac magnifieri secundam post illam existentem: ut & Ponticæ, & Asianæ, & Thraciæ Diœcesis Metropolitani soli, præterea Episcopi prædictarum Diœcesium, quæ sunt inter barbaros a prædicto Throno sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ ordinentur: unoquoque scilicet prædictarum Diœcesium Metropolitano cum Provinciæ Episcopis, Provinciæ Episcopos ordinante, quemadmodum divinis Canonibus est traditum. Ordinari autem, sicut dictum est, prædictarum Ecclesiarum Metropolitanos a Constantinopolitano Archiepiscopo, convenientibus de more factis electionibus, & ad ipsum relatis.* Hic est ille canon, cui nunquam suum voluit præbere assensum S. Leo; & cui in ipsa Synodo omnibus viribus, omnique studio sese opposuere S. Leonis Legati. Quid tandem hac sua oppositione apud Orientales evicerit S. Leo non ita constat. Liberatus Diaconus *in Breviario c.* 13, de hoc canone loquens ait: *Et licet Sedes Apostolica nunc usque contradicat, quod a Synodo firmatum est Imperatoris patrocinio permanet quodammodo.* His non obscure innuitur, ea, quæ hoc Canone sancita sunt in gratiam Episcopi Constantinopolitani, Imperatoris patrocinio exe-

spoliis sibi torquem, & cognomen & rem induisse (*e*).

§. VI.

---

executionem obtinuisse: sed quodammodo, idest, non per omnia, ut Synodo placuerat. Quænam vero Canon in gratiam Episcopi Constantinopolitani decernat, nequaquam est obscurum; ac in primis renovat, confirmatque honoris prærogativas ipsi per Canonem III Constantinopolitanum delatas. Deinde ipsi asserit Jus Patriarchicum in tres Diœceses Pontum, Asiam, & Thraciam, vi cujus earum Diœcesium Metropolitanorum ordinatio ad ipsum spectet; quod licet jam ante favore Imperatorum, & conveniencia Episcoporum esset assecutus, hactenus tamen nullo positivo, ac Conciliari Decreto firmatum fuerat. Sed dicet aliquis: Videtur Canon innuere prærogativam Ecclesiæ Romanæ profluxisse ex eo, quod Roma olim imperaret, sive esset Sedes Imperialis, eoque titulo aliis Ecclesiis a Patribus prælatam fuisse, atque ita Patres Chalcedonenses, qui hunc Canonem probarunt, videntur censuisse, Primatum Romani Pontificis Urbis dignitati, & amplitudini potius quam Christi institutioni adscribendum. Absit, ut hoc Patribus illis affricemus, neque enim de Primatu Episcopi Romani loquitur Canon, sed de quibusdam privilegiis ab ipso Primatu distinctis, neque illi necessario connexis, sed quæ partim ab Ecclesia, partim a Principum cognitione, & Urbis amplitudiue Episcopo Romano delata sunt. Hac enim via successu temporis multa Ecclesiæ Romanæ Privilegia obtigisse nemo inficiabitur: Atqui de his dumtaxat Canonem loqui verba ipsa sat insinuant: *Etenim antiquæ Romæ Throno, quod Urbs illa imperaret, jure Patres privilegia tribuerunt*. Hæcque sunt *PRIVILEGIA*, non autem ipse *PRIMATUS*, jure divino Romano Episcopo competens, quæ Episcopo Constantinopolitano tamquam *novæ Romæ* communicanda Patres censuerunt: ut proinde sine fundamento Sectarii contra Primatum Episcopi Romani hunc Canonem urgeant.

(e) Vid. Moshem. *pag*. 629, §. 5. Magnus Pontifex hic auctoritate in gente afflicta & ob suam ignorantiam superstitione devincta valet. Nec enim tantum Concilia cogit, & cum illis res & controversias sacras moderatur, & dirimit, verum etiam jus dicit, sciente Imperatore, civilesque causas cognoscit. Fulcit hanc ejus potestatem partim Imperatoris auctoritas, partim jus, quo fruitur, communione sacrorum repugnantes privandi: quam pœnam Greci maximopere timent. Vivit autem maxime ex tributis, quæ Ecclesiis ejus ditioni subjectis pro necessitate & statu rerum nunc majora, nunc minora imperantur.

Idem §. 6. Religionis suæ fundamenta Græci, præter libros divinos, septem prima Concilia, quæ *Œcumenica seu generalia* dicuntur, agnoscunt. Diuturna vero consuetudine receptum est, ut nemo sibi privatus potestatem sumat et exponendi & interpretandi, sed omnes quod a Pontifice, sociisque ejus sancitum est, divinum & inviolabile putent. Summa religionis totius, quam recentiores Græci pro sua haberi volunt, comprehenditur in *Orthodoxa confessione Catholicæ, atque Apostolicæ Ecclesiæ Orientalis*, quam Petrus Mogilaus Antistes Kioviensis, in Concilio Kioviæ coacto composuit: postea Parthenius, Pontifex Constantinopolitanus A. MDCXLIII, omnesque cum illo Patriarchæ, Græce ex Rutherio conversam approbavit & publice recepit, Panagiota denique, interpres Imperatoris Turcici, vir opulentus, sumtu suo Græce & Latine formis describi & magna commendatione Nectarii, Antistitis Hierosolymitani, addita, gratis inter Græcos distribui curavit.

Idem *pag*. 805, §. 1. Multa forte contigerunt scitu nec injucunda, nec inutilia inter Christianos Græcos & in Orientis provinciis degentes. Sed perraro perferuntur ad nos, quæ his gentibus eveniunt, rarissime pura, nec vel partium studio, vel vulgi fabulis maculata. Haud igitur longis esse nobis hic licebit. Qualis superiore Sæculo Græcorum status erat, miser, afflictus, rudis, rebus ad rerum divinarum solidam notitiam necessariis destitutus, talis & hac ætate extitit. Hec tamen in universum tantum accipienda sunt. Quis enim ita desipiat, ut neget, in immensa hominum multitudine, quorum aliqui ad Siculos, Venetos, Romanos, Anglos, Batavos, Germanos proficiscuntur, multi mercaturam feliciter fa-

 ciunt,

§. VI. Hanc impotentiam, insolentiam, arrogantiamque ægre tulerunt aliæ Ecclesiæ, & adversus effrenatam hanc violentiam octingentos & amplius annos pugnatum est; donec tandem post varios casus, (*f*) post tot discrimina rerum Innocentius III, anno 1215, in Concilio Lateranensi IV, pacis causa Canonem III Constantinopolitanum anni 381, nec non Canonem XXVIII Chalcedonensem anni 451 ratos habuit, & usurpatum ad id

ciunt, quidam gravissimis negotiis in aula Tucica admoventur, vivere passim quosdam nec inopes, nec hebetes, nec litterarum prorsus expertes, nec gratia destitutos, nec denique superstititione, vitiis & flagitiis obrutos? Vetus illud Latinorum odium nullo studio & labore ex gentis animis extrahi, immo ne temperari quidem in illis potuit, Romani licet Pontifices & qui magni ab illis numero ad Græcos missi sunt, nec ingeniis, nec opibus pepercerint, quo propitiam & benevolam sibi eam redderent. Colligunt Latinorum doctores in nonnullis Arcipelagi insulis parvos quodam & pauperes cœtus: plura moliendi potestatem nec Græci nec Græcorum Domini Turcæ concedunt.

Idem §. 2. Urbano VIII rem Romanam gubernante, magna spes invaserat Latinorum animos, fore, ut Græcis & Orientalibus facilioribus in posterum uterentur. Ipse Pontifex vix aliquid diligentius tractabat, quam arduum illud consilium, Christianos in Oriente degentes, maxime Græcos, ditioni Romanæ subjiciendi, virosque litterarum & sententiarum Græcarum & Orientalium peritissimos in auxilium vocabat, quo planissimum & brevissimum iter ad tanti negotii exitum sibi designarent. Horum sapientissimi censebant, relinquenda esse his Christianis fere omnia, quæ Latinorum Doctores ferri posse antea negaverant, tam vetera instituta, quam dogmata: instituta quidem ad ipsam haud pertinere religionem; dogmata vero eo modo accipienda, & interpretanda esse, ut a Latinorum opinionibus & ritibus proxime distare videantur: multo enim placabiliores fore, si cognoscerent, Romanos sese dudum fuisse, neque flagitare Pontifices, ut Majorum præcepta deserant, sed ut ea recte intelligant. Hinc eruditi illi libri, at fide parum proba exarati Leonis Alatii, Jo. Morini, Clem. Galani, Luc. Holstenii, Abrah. Echellensis, & aliorum, quibus sibi demonstrandum sumebant, nihil aut parum inter religionem Græcorûm, Armenorum, Nestorianorum & Latinorum, si peregrina quædam vocabula, & ritus nonnullos demas, interesse. Obsistebat huic conatui Græcos Romanis jungendi nemo magis, quam Cyrillus Lucaris, Antistes Constantinopolitanus, vir doctus, qui magnam Europæ partem peragraverat. Is enim aperte, & apertius, quam prudentiæ lex ferebat, significabat, propendere sese animo in Anglorum, & Batavorum de re divina sententias, & veteris Græcorum religionis emendationem meditari. Tantum hostem Jesuitæ, Legati Gallici auctoritate & perfidorum quorundam Græcorum flagitiis adjuti, diu variis modis constantissime oppugnabant, postremo superabant. Læsæ nempe majestatis & proditæ reipublicæ eum apud Imperatorem Turcarum accusari curabant: quo nomine A. MDCXXXVIII laqueo suffocabatur. Succedebat ei is, qui potissimum Jesuitis in opprimendo tanto viro socium sese præbuerat, Cyrillus Berrhoensis, maligni & violenti homo ingenii; qui quoniam ad Latinorum castra transierat, Græcorum & Latinorum consociatio non amplius dubia videbatur. Sed infelix viri fatum magnam hanc spem opinione citius interimebat. Peribat anno & quod excurrit elapso familiaris hic Pontificis Romani eodem supplicio, quo antea hostis ejus: Ecclesiæ vero Græcæ præficiebatur Parthenius, Latinis more gentis infensus. Post hoc tempus nulla sese commoda occasio Romanis obtulit Græcorum Antistites vel aggrediendi, vel in suas partes trahendi.

(f) Vid. Mamach. *T.* 2, *pag.* 173. Sæculo IX Photii scelestissimi hominis artibus

id temporis primum locum post Romanum Episcopum Constantinopolitano adjudicavit, simulque Patriarchalem Jurisdictionem in Diœceses Thraciæ, Ponti, & Asiæ illi attribuit. Ex quo factum est, ut Patriarchalia Ecclesiarum Ephesinæ, Cæsareensis, Heracleensis jura nunquam sane extincta, sed solum translata in unam Constantinopolitanam Ecclesiam coaluerint. Hinc igitur Constantinopolitanus Antistes trium Patriarchalium Ecclesiarum ornamentis, insignibus, juribusque oneratus & onustus, omnium

tibus fuit Ignatius Patriarcha dignitate spoliatus. Episcopi, qui virtute præstabant, ac potissimum Romani Pontifices, qui tantum scelus ferendum non putarant, Ignatii patrocinium susceperunt. Sed hos quamquam initio nihil profecerant, propterea quod Photius gratia apud Imperatorem plurimum valeret, tamen id demum impetrasse, ut a Basilio successore Imperii Patriarchatus Ignatio restitueretur. Ubi is decessit, accitum Constantinopolim Photium ab Imperatore, dictumque iterum Patriarcham fuisse. Romanum Pontificem, qui ne schisma, quod conflatum ante aliquot annos a Photio fuerat, renovaretur, Orientalemque ab Occidentali Ecclesia perpetuo discinderet, metuebat, passum ægre tandem fuisse, ut ille, qui jam cum nostris de religione sentire affirmabat, tam insignem Ecclesiam administraret. Exinde Patriarchas Constantinopolitanos, qui primi omnium haberi optabant, minus Romanis Pontificibus tribuisse, quam canones, ac divina omnium Ecclesiarum traditio posceret. Sæculo XI Michaelem Cerularium, qui majora concupiscere cœperat, acerrimum Sedi Apostolicæ bellum indixisse. Etsi autem data sæpe a Pontificibus opera est, ut Græci ad sanitatem reverterentur, ob eamque rem Legati ad Imperatores missi, & Concilia celebrata fuerunt, impetratum tamen est nunquam, ut illi diu conjuncti nobiscum essent societate communionis. Interea apud eos Dominicanos, & Franciscanos versari consuesse, curasseque, ut tandem aliquando errare desinerent. Demum Constantinopolitanos, cum obfirmati in errore essent, a Turcis subactos, durissima pressos fuisse servitute. Nunc ita esse illos animis comparatos, ut Turcis parere, atque servire, quam cum Latinis fateri Romanum Pontificem Ecclesiarum omnium Caput, & Doctorem esse, Spiritumque Sanctum ex Patre, Filioque procedere. Atque illis a Sultano Muhamedanorum Patriarcham dari. Quod si plus pecuniæ quisquam obtulerit, hunc continuo Patriarcham ab Turca dici, dejecto de gradu Patriarchæ eo, qui ante dignitate potiebatur. Antistiti ei sacrorum, quisquis tandem ille sit, summam a Græcis tribui auctoritatem. Itaque fas illi esse matrimonia solvere, Canones, ut placuerit, explicare, omnia denique pro suo jure agere. Præter Græcos Armenii quoque Monophysitæ urbem incolunt, & Præsulem habent, quem Patriarcham vocant. Hujus dolis, atque artibus Armenii Orthodoxi maximis interdum incommodis premuntur. Atque is eo modo deligitur, quo deligi Græcorum Patriarcham diximus. Latinis in urbe ædes habere non licet. Hi omnes *in suburbio*, quod *Galata*, sive *Pera* dicitur, quasi πέραν κόλπου *trans sinum*, degunt. Præfectus iis Episcopus a Sacra Congregatione de Propaganda Fide est, qui vices Patriarchæ sui ritus agat. Extant ibidem Cœnobia *Dominicanorum*, *Franciscanorum Conventualium*, *Reformatorum*, *Capucinorum*, & *Jesuitarum*.

Consule Procopium *lib. I de Ædificiis cap. I, seq. pag.* 5, edit. an. 1663, & e novis Cangium *Constantinopolis Christiana l. III, pag.* 5, *seq.* & Bandurium *Commentar. in Antiq. Constantinopolit. pag.* 744, *seq. tom. II, edit.* an. 1711.

De his rebus recte, accurateque agit Bruynius *t. I Voyage au Levant, pag.* 304, edit. an. 1725. Reliquos Scriptores permultos, qui de statu Constantinopolitanorum hodierno agunt, recenset Fabricius *l. V, cap. V, pag. 691, seqq. t. VI, Bibliotecæ Græcæ*. Quo etiam volumine Catalo-

nium modo, Thracicarum, Pontica-rum, & Asiaticarum Provinciarum Patriarcha habetur, & est. Nam Patriarchalia illa jura, licet dominum mutaverint, tamen pristinam suam vim adhuc ea retinere non est dubitandum, cum eadem semper & in vetere, & in novo domino permaneant; nec quæ prædia possessorem mutant, idcirco eadem, & ejusdem naturæ esse desinunt.



QU. VI-

---

talogum Auctorum dedit, qui de Antiquitatibus, rebusque Constantinopolitanorum scripserunt.

Urbanus Cerrius Sacræ Congregationis de Propaganda fide a Secretis Innocentio XI P. M. hæc refert: „ Costantinopoli .... „ è piena di grandissimo popolo di tutte „ le nazioni, e religiosi. I Latini però „ non arrivano a mille, per lo più mer- „ canti, che abitano in Galata, o Pe- „ ra. Tra questi hanno le abitazioni gli „ Ambasciatori, o Residenti de' Principi „ Cristiani. Vi mantiene la Congregazio- „ ne un Vescovo col titolo di Vicario „ Patriarcale, ch' era Mr. Ridolfi della „ Marca, Minore Conventuale, che per „ le sue indisposizioni avendo ottenuto li- „ cenza di ritornare in Italia, è morto „ prima, che gli arrivasse il successore, „ qual' è il P. Gasperini della Provincia „ di Fano, stato già Provinciale in quel „ Convento, e Soggetto assai a proposito „ per tal ministero, per quanto ne ha „ data relazione il P. Lauria, qual è già „ partito per la sua residenza. Vi sono „ molte Chiese, e la Repubblica di Ve- „ nezia ha, pochi anni sono, impetrato „ licenza di rifare la Chiesa di S. Fran- „ cesco .... Fa ivi il detto Vicario le „ sue funzioni Episcopali, e sopraintende „ a' Religiosi, che sono Curati per l' am- „ ministrazione de' Sacramenti ai Latini, „ e schiavi, che stanno ne' bagni. Altro „ bene non è permesso dalla tirannide del „ Turco e dalla pertinacia de' Greci, il „ cui Patriarcato è divenuto venale, e il „ gran Signore elegge, e depone i Patriar- „ chi di Costantinopoli tuttochè viventi: „ provano in somma que' Greci una schia- „ vitudine incredibile dopo d' essersi alie- „ nati dalla Chiesa Romana collo Schis- „ ma ..... Onde contuttochè nel Conci- „ lio Fiorentino se ne stabilisse poi la „ unione, dalla malizia, e ostinazione de' „ Greci non fu mantenuta, oltre che da- „ gli istessi Turchi adesso sarà sempre „ impedita. "

Historiam Patriarcharum Constantinopolitanorum dedit non ita pridem Guill. Cuperus, quæ in Actis Sanctorum mensis Augusti legitur *Tom. I, p. 1, pag. 257.*

QU. VI.

Præter Romanam, Constantinopolitanam, Alexandrinam, Antiochenam sunt ne aliæ Patriarchales Ecclesiæ?

§. I. INter Patriarchales Ecclesias recensetur etiam Hierosolymitana. Recte ne an secus, disquiramus.

§. II. Serius quam vulgo creditur, instituta fuit Ecclesia Hierosolymitana. Neque vero hæc Ecclesia, quam Hierosolymis fundavit Jacobus Apostolus, hoc est Presbyteris instruxit, confundenda est cum illa, quæ, nulla adhuc divisione facta, ante omnem Ecclesiarum fundationem congregabatur in Cœnaculo Domus Mariæ Matris Joannis cognomento Marci, ubi multa peracta sunt mysteria, quæque ex omnibus Apostolis, ac Christi discipulis collecta non uni Hierosolymitanæ, sed Universæ rei Christianæ incubabat, quæque Apostolorum profectione in omnes terrarum partes dispersa est.

§. III. Alia est omnino Hierosolymitana Ecclesia, de qua nunc sermonem instituimus. Universalis illa, hæc particularis. Hanc enim Apostolorum, antequam Hierosolymis excederent, aratris jam subactam post illorum discessum Jacobus Apostolus, cui Judæa obtigerat, sevit, educavitque. Unde enim illi Presbyteri, qui anno 51 in Conventu Hierosolytano sese nobis in conspectum dant? (*Act. XV.*) A quo creati? Non ex numero discipulorum ii fuerunt; nam post illatam Stephano necem omnes Christi discipuli præter Apostolos Hierosolymam reliquerunt, & in diversa abierunt. (*Act. VIII.*) Neque ex Diaconorum numero; nam hi quoque Samariam, Phœniciamque concesserant. (Vid. supra L. I, Qu. III, prope finem.) Unde igitur illi? nisi ex Jacobo Apostolo, cum Ecclesiam Hierosolymitanam fundavit: Fundare enim Ecclesias nihil aliud esse, quam constituere per Civitates Presbyteros docemur a D. Paulo *ad Tit. I*, 5, & a D. Luca *Act. XIV*, 22.

§. IV. Quod si a me quæras, quo tempore hi Presbyteri a Jacobo creati, atque adeo Hierosolymitana Ecclesia constituta, intra illud tempus (*a*) id contigisse dicam, quod Provinciarum sortitionem (an. 44.) & Hie-

(a) Sandinus *Hist. Apost. pag.* 34. Anno Christi quarto & quadragesimo Apostolos Provincias sortitos fuisse censet Baronius ad annum eundem §. 13, & 20. Illud videtur pro certo habendum, Apostolos haud ita multo post baptizatum a Petro Centurionem Cornelium (quod contigit an. 41.) ex Judæorum Regione profectos ethnicis evangelium prædicare cœpisse. Tunc enim per visum lintei omne animantium genus complectentis ter cœlo demissi, jussus est Petrus, ac proinde cæteri Apostoli cœlestem Christi doctrinam etiam cum gentibus communicare. Susceperunt igitur, ut verbis Magni Leoni utar *Evangelio imbuendum mundum di stri-*

& Hierosolymitanum Concilium (an. 51.) interjacet. Nam neque ante istud temporis eorum Presbyterorum ulla nobis mentio uspiam occurrit, (sine Presbyteris autem formari Ecclesiæ non poterant) nec ante Provinciarum distributionem ullum Apostolum præter Petrum Apostolorum Principem divinitus constitutum, Ecclesiarum fundationes adgressum esse putandum est, nec ab ullo alio antea fundatas fuisse alicubi legitur.

§. V. Verum quam certum est, neminem aliorum Apostolorum ullas ante Provinciarum sortitionem instituisse Ecclesias, tam verum est, Petrum Apostolorum Principem aliquot antea annos Antiochenam posuisse Ecclesiam, (an. 37.) eamque totius Syriæ, ac Ciliciæ finibus circumdedisse (Vid. supra Q. II, §. 3.), proindeque omnem Palæstinam, & Judæam, quæ intra Syriæ fines sita erat, illi subjecisse. Cum igitur Jacobus Apostolus Hierosolymitanam, aliasque Judææ Ecclesias instituit, filias Antiochenæ Ecclesiæ procreavit, nec a veritate abhorret, Cæsareensem primogenitam fuisse. Nam si Apostoli, ut supra dictum est, Urbes provinciarum principes omnium primas & fide collustrari, & Ecclesiis decorari, firmarique voluerunt, nil prohibet, quin dicamus, cum Cæsarea totius Judææ (*b*) Urbs princeps esset, Cæsareensem Ecclesiam a Jacobo ante Hierosolymitanam, aut, ut nonnulli volunt, a Petro (*c*) ante Provinciarum divisionem fuisse constitutam. Ita sane statuendum est, præcipue cum jam inde a primis Christiani nominis temporibus videamus Hierosolymitanam Ecclesiam in Cæsareensis, & Antiochenæ perinde ac in Matris & Aviæ potestate fuisse. Nec, cum Antiocheni de rebus suis ad Concilium Hierosolymitanum (*Act. XV.*) retulerunt, (relaturi etiam ad Cæsareense, si Petrus

---

stributis sibi terrarum partibus, vel sortito, ut Socrati, aliisque placuit, vel potius signo voluntatem Spiritus Sancti indicante. Spiritus enim Sanctus, ut ait Hieronymus (*in Esaiam extremo cap. 34.*) *congregavit eos, deditque eis sortes atque divisit*.

(b) Mamach. *lib.* 2, *pag.* 127. Consulendi Strabo *l.* 16, *pag.* 1100, *Tom.* 2, Edit. novæ, Plinius *l.* 5, *c.* 3, *p.* 567, edit. Hard. an. 1685, Josephus *l.* 1 *de Bello c.* 21, *pag.* 106, *Tom.* 2. *Opp.* edit. Haver. Ethnica autem potius, quam Judæa condita, seu priore restituta ab Herode Cæsarea fuit. Itaque cum bellum Judaicum ferveret, Cæsareenses ethnici impetum in cives Hebræos facto, hos omnes interfecerunt. Qua de re adeundus Josephus *l.* 2, *c.* 18. Ante excidium Hierosolymorum Præsides Judææ Provinciæ Cæsareæ agebant. Tacitus *l.* 2 *Hist. cap.* 79. *Haud dubia*, inquit, *destinatione discessere Mucianus Antiochiam, Vespasianus Cæsaream. Illa Syriæ, hæc Judaæ caput est*. (Vid. *Act* 24, *c.* 1, *& seq. &* 25, *c.* 1.) multoque magis Cæsarea Metropolis post eversam urbem Hierosolymam fuit. Ergo Ammianus Marcellinus *l.* 14, *c.* 8, *p.* 43, edit. anni 1681, (vixit autem is Historicus IV Sæculo) ultimæ Syriarum Palæstinæ Urbes numerans, primam omnium Cæsaream ponit. Coloniam vero dictam Cæsaream fuisse constat ex numis, exque testimoniis veterum, quæ recenset Cellarius *l.* 3, *c.* 13, *Geograph. antiq. pag.* 441, *Tom.* 2, edit an. 1732. Dubium autem nullum est, quin Cæsareenses Episcopi diu Metropolitico jure usi sint, sibi subjectos habuerint Episcopos Hierosolymitas. Vid. Carolum a Sancto Paulo *Geog. Sacræ l.* 12, *pag.* 299, *& seq.* edit. an. 1704.

(c) Quien. *T. III. colum.* 534, Beda, Ado, Usuardus in suis Martyrologiis scribunt, *Cornelium Centurionem cohortis quæ dicitur Italica* a S. Petro Cæsareæ baptizatum cum tota sua familia *Act. X*, ordina-

trus non Hierosolymis sed Cæsareæ tunc fuisset) tunc Hierosolymitana Ecclesia magis præposita erat Antiochenæ, quam Tridentina Aquilejensi, quum Tridenti Generale habebatur Concilium. Quod si autem una cum Petro & Presbyteri Ecclesiæ Hierosolymitanæ convenerunt, ut Antiochenorum causam cognoscerent; nil inde auctoritatis accessit Ecclesiæ Hierosolymitanæ; tali enim honore dignati essent etiam Presbyteri e. g. Cæsareenses, si Petrus concionem illam Cæsareæ indixisset. (Vid. supra L. I, Q. XVII, §. 3.)

§. VI. Consideranti igitur Hierosolymitanæ Ecclesiæ originem, illiusque initia repetenti nihil mihi tale occurrit, seseque ostendit, quod illius non dicam Patriarchalia, sed ne Metropolitica quidem jura valeat indicare. Quare valeant ii, (*d*) qui in stante Hierosolyma Patriarchalem Sedem inveniunt, in eversa Episcopalem requirunt; perinde ac si Christianæ Ecclesiæ parietibus, tectis, ac muris constarent, non vero Christianis, sacrorumque ministris, atque æditui s. Proditum nimirum memoriæ est (Euseb. *l.* 3 *H. E. c.* 5, Epiphan. *hær.* 7, *Nazar. & l. de pond. & mens.*) Christianos omnes, qui Hierosolymam incolebant, divino Oraculo admonitos, antequam Urbs excinderetur, & suorum civium sanguine nataret, Pellam profugisse (*e*), atque ex hostium ferro, ac manibus elapsos esse, & non multo post suas sedes repetiisse reduces (*f*), tantumque abest, ut Hierosolymitanæ Ecclesiæ interitus cum Hiero-

---

natum postmodum fuisse Cæsareæ Episcopum. Idem quoque legitur in Martyrologio Romano ad diem 2 Februarii. *Apud Cæsaream, Sancti Cornelii Centurionis, quem B. Petrus baptizavit, & apud eamdem urbem honore sublimavit.*

(d) Quiennius *Or. Christ. T. III. col.* 106, §. 8.

(e) Bossuet *Disc. sopra la Storia Univers. pag.* 283, edit. Venez. 1723. Ubbidirono alle parole del lor Signore i Cristiani. Benchè ve ne fossero delle migliaja in Gerusalemme e nella Giudea, non leggesi nè presso Gioseffo, nè in altre Storie, che se ne sia trovato alcuno nella Città allorchè fu presa. Per lo contrario è cosa costante nella Storia Ecclesiastica, e in tutti i monumenti de' nostri Antenati, che eglino si ricoverarono nel picciol Borgo di Pella in un Paese montuoso vicino al Deserto ne' confini della Giudea, e dell' Arabia. Da questo si può conoscere, quanto precisamente fossero stati avvertiti, e non v'ha cosa più rimarchevole, quanto questa separazione degli Ebrei al Cristianesimo convertiti, gli uni restati in Gerusalemme per soggiacere alla pena della loro incredulità, e gli altri ritirati, come Lot uscì di Sodoma, in una picciola Città, nella quale consideravano tremanti gli effetti della divina vendetta, dalla quale Iddio avea voluto sottrarli.

Euseb. *l.* 3, *c.* 11. Post Martyrium Jacobi, & continuo subsecutam Hierosolymorum expugnationem, fama est, Apostolos, cæterosque domini discipulos, qui adhuc superstites agebant, ex variis locis in unum convenisse, & .... in commune consuluisse, quis in Jacobi locum succedere mereretur. Omnes itaque uno consensu Simonem filium Cleophæ... Episcopali Sede dignum judicaverunt.

(f) Quien. *T. III, colum.* 104, §. 6. Scribit Epiphanius *libro de Ponderibus, & mensuris, n.* 15, quod ex Origene desumptum censent quidam eruditi, Judæos qui fidem Christi amplexi fuerant, reversos esse ad Hierosolymorum rudera, post hujus urbis excidium, totalemque sub Vespasiano, & Tito eversionem, ibique vitæ sanctimonia ita claruisse, ut inde motus Aquilas Ponticus Christianæ Religioni nomen dederit: in qua tamen non perseveravit, factus postea Judæus. Paullo supra *n.* 14, dixerat idem Epiphanius, *parvam quamdam Ecclesiam a Christianis in eo loco constitu-*

rosolymorum Urbis exitio implicitus fuerit, atque conjunctus, ut quinimmo ex Urbis calamitate illius Ecclesiæ opes maxime creverint; (g) & licet Hadriano rerum potiente Urbs illa reædificata, & loco (paullulum tamen, nec extra illius Ecclesiæ fines) mota, & novo Eliæ nomine vocata, & capite, & civium numero diminuta fuit, tamen illius Ecclesiæ Episcoporum filum (*h*) non est abruptum, nec Christianorum numerus ibi penitus

tam fuisse, in quam discipuli, postea quam Salvator in Cœlum ex Oliveti monte sublevatus est, sese recipientes, cœnaculum conscenderunt. Erat illa quadam in Sionis parte constructa, quæ civitati superfuerat cum Sionis propinquis aliquot ædificiis, ac septem Synagogis, quæ in eodem monte solæ velut tuguria perstiterant. Non me fugit hanc Epiphanii narrationem morosis quibusdam criticis non arridere, non tamen explodendam puto, utpote quam, non solum Josephi historia non destruit; sed insuper Eusebius videtur confirmare. Ait siquidem *lib.* 4 *hist. eccl. cap.* 22, ex Hegesippo, Ecclesiam Hierosolymitanam, *hactenus virginem vocatam* (temporibus Simeonis Jacobi successoris) *propterea quod vanis sermonibus nondum corrupta fuerat.* Et *Thebutim primum fuisse qui indigne ferens, quod minime creatus esset Episcopus, eam occulte vitiare sit aggressus.* Supra dixerat *ibid. cap.* 5, *se ex veterum scriptorum monumentis didicisse, ad illam usque obsidionem Judæorum quæ Imperatore Hadriano contigit, quindecim Episcopos continua successione illi Ecclesiæ præfuisse, quos omnes origine Hebræos extitisse memorant, & Christi fidem sincere & ex animo suscepisse, adeo ut ab illis qui judicium ferre de ejusmodi rebus poterant, Episcopali munere dignissimi censerentur.*

(g) Mamach. *Orig. & Antiq. l.* 2, *T.* 2, *pag* 8. Ex qua re conjectura intelligere possumus, fuisse permultos, qui cum exitum habere, quæ Jesus diu antea, quam evenissent, futura prædixerat, viderent, divinitus datam esse quam ille docuerat, religionem colligerent, crevisseque proinde in Palæstina Christianorum numerum. Interea Simeon Cleophæ filius Episcopus dictus est, qui restitutis aliqua ex parte Hierosolymis, eo cum sociis Religionis revertit, curavitque ut latius nostra institutio propagaretur. Eusebius *l.* 3, *c.* 35. *Innumerabilibus existentibus, qui ex circumcisione tunc temporis in Christum crediderant.*

(h) Post martyrium Jacobi Episcopus Ecclesiæ Hierosolymitanæ fuit Simeon, Simeoni successit Judas cognomento Justus, sequuti deinde sunt Zachæus, Tobias, Beniaminus, Joannes, Matthias, Philippus, Seneca, Justus, Levi, Ephesimus, Josephus, & Judas, qui ad ætatem Hadriani Augusti vitam produxit; huic successit Marcus ex parentibus Græcis natus, sequuti sunt Cassianus, Publius, Maximus, Julianus, Cajus, Symmacus, Cajus alter, Capito, Maximus alter, Antoninus, Valens, Diolichianus, Narcissus, Dius, Germanion, Gordius, Narcissus alter, Alexander, Mazabanes, Hymenæus, Zabdas, Hermon, Macarius, qui ad tempora usque Nicæni Concilii vixit. Vid. Euseb. *l.* 3, *c.* 32, 35, *l.* 4, *c.* 5, *c.* 7, *l.* 5, *c.* 12, 25, 10, *lib.* 6, *c.* 11, *lib.* 7, *c.* 5. Vid. Theodor. *l.* 1 H. *c* 5, Bolandianos *Act. SS. Tom.* 3, Mensis Maji, *pag.* 11, Hist. Patr. Hier. *nu.* 16, *pag.* 13, *num.* 20, *& seq.*

Eliensis Ecclesiæ Hierosolymitanæ ab Apostolis fundatæ locum tenens ipsa quoque Apostolica habita fuit. Eusebius *l.* 7 *H. E. c.* 32. Hermonem ait Hierosolymorum *apostolicam cathedram, quæ illic etiamnum servatur obtinuisse.* Sozomenus *lib.* 4 *hist. cap.* 254, narrat Cyrillum Hierosolymitanum in Synodo Antiochena anno Christi 360, ab Acacio Cæsareensi Ariano destitutum, cum variis de causis, tum præsertim, quod *postquam Hierosolymorum constitutus Episcopus fuerat, cum Acacio, tamquam Apostolicæ Sedis Antistes, de jure metropolitico contenderet.* Elienses scilicet Præsules se Jacobi Apostoli Sedem occupare jactabant: & ipse Eusebius scribit *lib.* 7 *hist. eccl. c.* 19, Jacobi, qui primus a Christo, & rursus ab Apostolis Epi-

tus extinctus, nec sacrorum, fidei, Religionis Christianæ fundamenta deleta fuerunt, (*i*)

§. VII. Quæ cum ita sint, longe a veritate aberrant illi, qui putant in Hierosolymitanæ Urbis interitu Hierosolymitanam Ecclesiam interiisse, cum Eliensi Urbe ad pristinam Hierosolymorum fortunam, & gloriam assurrexisse. Non Urbis vicissitudines, sed alii fuere gradus, quibus Hierosolymitana Ecclesia ad amplissimam dignitatem ascendit. Primum honoris gradum adepta est in Concilio Nicæno (*Can.* 7.) in quo inter omnes Palæstinæ Ecclesias post Cæsareensem, principem locum tenuit. Ad altiorem gradum obrepere pedibus, manibusque conata est in Concilio Ephesino I, & ut jugum Cæsareense excuteret, ac tres Palæstinas suo pedo subjiceret, omni ope, & opere enixa fuit, idque postea a Theodosio juniore est eblandita. Supremum tandem suæ dignitatis gradum assecuta est in Concilio Chalcedonensi, in quo Hierosolymitanus Episcopus trium Palæstinarum Patriarcha, ut paci consuleretur, fuit renuntiatus. (*k*)

§. VIII. Verum cum illæ unæ Ecclesiæ, quæ aliarum procreatrices fuerunt, nec ipsæ ab aliis sunt ortæ, aut in aliarum agro locatæ, vere Patriarchales dicendæ sint, vides, qualis tandem sit Patriarchatus Ecclesiæ Hierosolymitanæ post Antiochenam, & Cæ-

---

Episcopus est factus Hierosolymorum, quem fratrem Domini cognominatum divinæ paginæ ferunt, cathedram Pontificalem multo honore servatam a fidelibus ad sua usque tempora.

(i) Doceat nos Quiennius, a quo novi Christiani Elienses a Gentilitate conversi fuerint, a quo nova hæc Eliensis Ecclesia fuerit instituta; aliter nobiscum fateatur, Christianos, qui in Eliensi Civitate, Judæis expulsis, remanserunt, fuisse membra veteris Ecclesiæ Hierosolymitanæ, & Marcum de gente Græcorum Eliæ Episcopum Judæ de Judæorum gente Episcopo successorem datum fuisse.

(k) Quiennius *T. III*, *pag. III.* Hierosolymitano Patriarchatui erigendo prælusisse visi sunt eodem sæculo IV Macarius, Cyrillus, & Joannes Eliæ Episcopi, occasione accepta ex Ariana hæresi, cui impense favebant Eusebius & Acacius Cæsareenses: quorum enim illi communionem aversabantur, horum nolebant auctoritati subjici: unde & contendere cœperunt suam Ecclesiam esse *Apostolicam*, cæterarumque totius Palæstinæ matrem, utpote quæ ipsa esset Hierosolyma sub nomine *Eliæ* restaurata. Juvenalis deinde, Joannis post Praylium paucorum annorum Antistitem successor, petiit in Synodo Ephesina anno 431, & viginti ab hinc annis in Chalcedonensi assequutus est, ut Sedes sua Hierosolymorum Palæstinæ, olim uni, sed nunc in tres Palæstinas divisæ, quarum metropoles erant, primæ quidem *Cæsarea*, secundæ vero *Scythopolis*, tertiæ demum *Petra*, jus diceret. Is inde dicendus venit novæ Urbis Hierosolymorum primus Patriarcha, qui scilicet istius Sedis jure toti Palæstinæ, *Judæam*, *Samariam*, & utramque *Galilæam* olim complectenti præfuerit.

Hujusmodi Patriarcharum, Saracenis Palæstinas devastantibus sæculo VII, interrupta fuit series, post Sophronii obitum, per LX & amplius annos. Verum interim Ecclesia Romana varios commisit Episcopos, inter quos noti sunt Stephanus Dororum, Joannes Philadelphiæ, qui ipsius vice toti huic regioni prospicerent.

Capta Hierosolyma a Latinis an. 1099, illique præposito ejusdem ritus Patriarcha, Imperatores Byzantini, non tamen ante annum 1142, Patriarchas Hierosolymitanos sui ritus nominarunt, qui Costantinopoli morabantur quandiu Hierosolyma Latinis paruit; in eam autem urbem regressi sunt postquam hæc iterum in Saracenorum de-

& Cæsareensem genitæ, & intra illarum fines collocatæ. Ego certe, si verum est, Nomina tamquam rerum notas esse debere, Ecclesiam Hierosolymitanam ab verarum Ecclesiarum Patriarchalium albo eradendam, illiusque Ecclesiæ Antistites non in eorum, qui ingenui nati sunt, sed in eorum, qui liberi sunt manumissi, Patriarcharum grege annumerandos esse, verasque Patriarchales Ecclesias post Romanam, Constantinopolitanam, Alexandrinam, Antiochenam in αὐτοκεφάλοις quærendas esse existimarim.



Q. U.

devenit potestatem anno 1187: sed illuc schisma Byzantinum invexere, quo nunc, non secus ac cæteræ Sedes Patriarchales, laborat.

Urbanus Cerrius lib. quem Innocentio XI P. M. obtulit, inscripto, *Instruzione dello stato della Sacra Congregazione de propaganda fide*, ad cap. cujus hæc est inscriptio: *della Terra santa*, sic habet. „ Nella Palestina, o Terra santa non vi sono „ ministri della Congregazione, ma Con„ venti di Minori Osservanti, uno in Ge„ rusalemme di 40 Frati, uno in Betlem„ me, e un altro in Nazaret di minor „ numero, sotto l' obbedienza del Guar„ diano di Gerusalemme, quali servono al „ S. Sepolcro, e sebbene di questo San„ tuario ultimamente sono stati spogliati „ dai Greci, che con danaro hanno dal „ Gran Visir spuntato un tal possesso, non„ dimeno adesso s' intende, che detti Pa„ dri possano ricuperarlo mediante la in„ tercessione de' Principi Cristiani mossi dal„ le caldissime istanze fatte loro con repli„ cati Brevi della santa memoria di Cle„ mente X, e di una gran somma di da„ nari raccolta da detti Padri nella Cri„ stianità. Il paese è pieno di Greci, Ar„ meni, Cofti, e altri scismatici Orienta„ li, quali anche hanno la custodia distin„ ta di alcuni luoghi santi. I Latini sono „ pochi, e la maggior parte forestieri, e „ pellegrini. " Servatur hoc idem opusculum MS. in Bibliotecha Casanatensi Miscell. XIV, nosque hæc excerpsimus ex pag. 89. Versum etiam in Gallicum sermonem fuit, publicatumque Amstelodami an. 1716 a Richardo Steelo.

Q U. VII.

Αυτοκέφαλοι Autocephali in Patriarcharum ne album referendi?

§. I. CHristi præceptum, quo jussi sunt Apostoli *prædicare Evangelium omni creaturæ* (*Marci XVI*, 15) non unius Romani longe, lateque patentis Imperii regionibus concludebatur, sed ad omnes orbis terrarum partes pertinebat. Quamobrem Matthæus Parthos, Persas, Medos, Seras, Hircanos, Bactrianos (S. Paulinus *Carm.* 27, S. Ambrosius *in Ps.* 45.), Philippus Scythas, Sogdianos, Colchosque (Euseb. *l.* 3 *H. E. c.* 1.), Thomas Indos (Euseb. *l.* 5 *H. E. c.* 10, Hieronym. *de Scriptor. Eccles. c.* 36.), Matthias Æthiopas (S. Hieronym. *de Scriptor. Eccl. pag.* 268, *Niceph. l.* 11, *c.* 40.) Evangelicæ doctrinæ rore perfuderunt, divinæque veritatis imbribus irrigarunt.

§. II. Jam vero eæ Ecclesiæ, quæ apud Persas, Scythas, Indos, Æthiopas ab Apostolis constitutæ fuerunt, quonam in Patriarchatu includi vis? Num in Romano? At hæ Ecclesiæ neque ab ullo Romano Episcopo, sed ab ipsis Apostolis fundatæ, neque in Romanæ Ecclesiæ agro positæ sunt. (Vid. infra Q. VIII.) Num in Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno? At hi omnes Patriarchatus Romani Imperii regionibus terminabantur, (Vid. infra Q. VIII.) Armenia autem Magna, Persis, Scythia, Æthiopia extra Romani Imperii fines sitæ erant, atque ipsos illos Apostolos Armeni Parentes esse dicunt suos, Persæ suos vendicant, Scythæ repetunt, Æthiopes suos esse confirmant.

§. III. Quis igitur illarum Ecclesiarum Patriarcha? Nullus omnino; *Autocephalæ* enim sunt. At si Patriarchales fasces sunt expediendi, quis eos distringet? Summus Pontifex. Pontificios do, at Patriarchales quis? Nam cum Romana Ecclesia eas nec in alvo gestaverit, nec enixa fuerit, & nihilo plus aluerit, quam Alexandrinam, & Antiochenam, cur plus juris in illas, quam in istas habitura esset, equidem non video. Nil igitur aliud restat, quam ut hasce Autocephalas Ecclesias, si non nomine, jure saltem Patriarchico donemus. Quid ni autem? Si Patriarchales Ecclesiæ eæ habendæ sunt, quæ nec ex aliarum ventre exierint, nec in aliarum solo satæ, Axumitana certe Ecclesia, Tomitana, Artaxatatensis, Seleuciensis, ut de aliis sileam, quæ ab Apostolo Matthia, Philippo, Thoma, Matthæo in Æthiopia, Scythia, Indiis, Assyria extra Romani fines positæ fuerunt, Patriarchalibus erunt annumerandæ. Quid quod Antistites Artaxatatenses, & Seleucienses (*a*) plures Metropolitas, Episcoposque crea-

(a) Quien. *T. II*, *colum.* 1089, §. 24, 31, 32.

creare, iisque præesse, ac jura dicere soliti nunquam non fuerunt?

§. IV. At Patriarchæ nunquam dicti. Si non Patriarchæ, dicti tamen sunt CATHOLICI, quod sane nomen grandius tonat, quam Patriarchæ, idemque sonat, ac UNIVERSALIS (*b*), quod cognomen cum sibi induisset Patriarcha Constantinopolitanus, in ambitionis, temeritatisque reprehensionem incurrit (*c*). Sed non omnes appellati CATHOLICI; sunt etiam qui ARCHIEPISCOPI, sunt etiam qui EPISCOPI tantum dicti sunt. Quid tum? etiam Alexandrinus, & Antiochenus primis Ecclesiæ temporibus nonnisi EPISCOPI vocati sunt, deinde ARCHIEPISCOPI, nec nisi Sæculo V Patriarchæ titulo aucti, licet prius rem ipsam possederint. (Vid. supra Quæst. I, §. 1.)

§. V. At Axumitanus nullos Metropolitas, Tomitanus ne ullos quidem, queis præsit, Episcopos habet (*d*). Quid inde? Nonne etiam Alexandrinus usque ad annum 187 non solum Metropolitis caruit, sed etiam Episcopis? (Vid. supra Q. I, §. 4.) Nam ut Patriarchales Ecclesiæ habeantur & sint, satis est, ut nullas ipsæ Matres, Filias autem aut habeant, aut quominus habeant, non prohibeantur. Nec Antiochena, nec Romana ipsa Ecclesia principio statim filias habuerunt; verum cum filias procreare, & nobilitare prohibitæ non essent, idem jus, quod postea eduxere quam filias susceperunt, in vagina reconditum etiam antea habebant. Qua legum vi Axumitanus a jubendo Metropolitas, Tomi-

(b) Gratis asserit Quiemius, cum *Or. Chr. T. II, Colum.* 684, §. 20, ait, *Vocem* καθολικὰ *Procuratorem tantum generalem, Censoremque & lustratorem Græcis significare, pro quo etiam* ἔξαρχον *dixere, ut proinde non suapte auctoritate, sed Superioris dumtaxat, ministerium suum ageret*. Ostensum supra a nobis est EXARCHI nomen idem significasse ac PATRIARCHÆ, quod dicendum esse & de nomine CATHOLICI monet nos Otto Frisingensis *L. VII, c.* 32, ubi inquit: *Ea tempestate legati Armeniorum Episcoporum, eorumque Metropolitani, quem ipsi CATHOLICUM, idest UNIVERSALEM propter infinitum, idest amplius quam mille Episcoporum sub se habentem numerum, vocant, legati ab ultimo pene Oriente Summum Pontificem adeunt etc.*

Vid. de Marca *in Diss. p.* 12, §. 26. Catholici nuncupati sunt ad significandam eorum auctoritatem, quæ non una provincia coercita erat, sed per plures provincias porrigebatur, quarum universitati hi Archiepiscopi præerant. Hanc nominis istius nomenclaturam insinuant Procopius *libro secundo de bello Persico*, ubi ait, Christianos in Perside degentes Episcopum, quem colunt, Catholicum vocare; quoniam, unius cum sit, universis tamen regionibus illis præsit.

(c) Vid. Quien. *T. I, colum.* 69, §. 4, Thomass. *T. I, pag.* 40, §. 3.

Sandin. *V. P. pag.* 167. S. Gregorius Magnus Joannem *Jejunatorem* Episcopum Constantinopolitanum quod Patriarchæ *Œcumenici* titulum usurparet, acriter reprehendit, ejusque audaciam ac temeritatem non solum scripto, sed etiam exemplo increpavit. Nam rejecto *superstitioso Universalis vocabulo*, se in epistolis *Servum Servorum Dei* omnium primus inscripsit. Cyriacum quoque, qui Jejunatori successerat, ejusque vestigia ingressus *Œcumenici* nomen affectabat, in ordinem redigendum curavit.

(d) Sozomenus *lib. VI, cap. XXI, hæc habet*: Hæc autem provincia Metropolim habet Tomes. . . Porro vetus illic consuetudo etiamnum manet, ut totius provinciæ Ecclesias unus tantum regat Episcopus.

De Marca *in Dissert. de Primat.* §. 28. Ad hoc usque sæculum Abuna Pontifex Abyssinorum ab Episcopo Alexandriæ ordinatur, nullique sunt in Æthiopia Metropolitæ, sed tantum Episcopi.

Tonitanus a fundandis Ecclesiis deterriti unquam fuerunt? Quod si suas Dioeceses sine Metropolitis, sine Episcopis per se ipsos regere satius duxerunt, idem certe jus habuere, quod habituri fuissent, si adjutrice Metropolitarum, atque Episcoporum opera usi essent, inclusum fortasse in tabulis, & in vagina reconditum, sed semper idem jus. Si Imperator exercitum ducens nullos Centuriones, nullos Tribunos cohortibus, ac turmis praeficere, sed unus omnibus & equitibus & peditibus praeesse, unus omnibus adesse vellet, num minus esset Imperator? Num Centurionibus, & Tribunis, si quos ipse sibi adjungi vellet, imperandi potestate minor, eo quod iis hactenus carere voluerit?

§. VI. Atqui Assyrius ab Antiocheno, Armenus primum a Caesareensi deinde a Constantinopolitano, Aethiops ab Alexandrino consecrabantur. Quid ergo? etiam Romanus consecratur ab Hostiensi, Constantinopolitanus ab Heracleensi, & plus vice simplici etiam ab Alexandrino consecratus fuit (e). Doceas oportet, quo jure consecrabantur. Num ordinario, num extraordinario, num voluntate, an necessitate. Nam de Armenia haec habet Photius Patriarcha Constantinopolitanus, juriumque Constantinopolitanorum tenacissimus: *Scire oportet hanc Provinciam* (Armeniam) *esse sui juris, minimeque subditam Apostolicae Sedi Constantinopolitanae, sed honorari tamen intuitu Sancti Gregorii Episcopi, & praeesse ducentis Urbibus & castris.* Honoris igitur gratia id factum fuit, nulla qua ad id compellerentur necessitate, atque ex Gregorii Armenii, & Leontii Caesareensis compacto (f). Arabicos Canones, qui de Catholico Aethiope haec habent: *Non jus habeat constituendi Archiepiscopos, ut habet Patriarchae honorem, & potestatem* (g), minime moror, fide enim laborant, & communi eruditorum sententia exploduntur.

§. VII.

(e) V. Quien. T. I, colum. 14, §. 3. Demophilo Byzantinae Ecclesiae incubante, circa annum Christi 379, quo Valens Imp. periit, Gregorius Nazianzenus Theologus, Basilio Magno suadente, Constantinopolim venit, Arianae labis, qua urbis illa tota fere laborabat, exstinguendae causa; ubi, quum multos ad Catholicam fidem revocasset, Petrus Alexandriae hoc est secundae Sedis Pontifex, illum non multo post huicce renascenti Ecclesiae praeficere non dubitavit, quemadmodum Theologus ipse testatur in carmine de vita sua.

Qui Petrus ipse Praesulum ille arbiter,
Prius quidem nos litteris clarissimis
Fuco palam vacuis, litterae ipsae ut fidem
Facient; sacrato collocaverit throno.

Post biennium vero Petrus, mutata sententia, Heronem Cynicum qui Maximi nomen sumpsit, Constantinopolim misit, cum Aegyptiorum frumentariae classis turma, quem illius Urbis a tribus Aegyptiis Episcopis Episcopum curavit ordinari.

(f) Quien. *T. I, colum.* 1355, §. 7.

(g) Vid. Quien. T. II. *colum.* 1082, §. *XII.* Extat Canonum, ecclesiasticarumque sanctionum Arabice scriptarum inconcinna satis congeries. Canones istos tamquam a Magna Synodo Nicaena profectos, Orientales omnes Christiani, Melchitae, Jacobitae, Nestoriani amplexi sunt, utque tales haberentur, in causa fuere, vera sacri hujus Concilii decreta quae iis tum praemissa, tum subinde admixta sunt. Sic enim vero in Occidente olim quoque contigit, ac Romae, ut canones Sardicenses tanquam Nicaenae Synodi haberentur, quia viginti Nicaenis assuti erant. Nemo autem eruditorum ambigit hodie quin canones illi

§. VII. Cum igitur hi Autocephali iisdem omnibus juribus fruantur, quibus Patriarchæ, quid vetat, nos in Patriarcharum censum illos deferre? Atque hæc de iis omnibus Autocephalis dicta sint, qui in nullius Patriarchæ potestate sunt, quique ingenui nati. Nam qui liberi manumissi sunt, ut Bulgari, & Rutheni (*b*), quique alicui Patriarchæ, sed nulli Archiepiscopo subsunt, in majorum Patriarcharum societatem minime includimus. Sed de his alio loco.



QU.

li Arabici recentioris ætatis sint; cujus vero, operosum fuerit definire. Hos Assemanus Maronita a S. Marutha Martyropolitano in Syriacum idioma conversos scribit, ac si primum Græce prodierint. Vir tamen Orientalis Ecclesiæ rerum peritissimus Eusebius Renaudotius *in historia Patriarcharum Alexandrinorum*, mihi auctor est ex quibusdam Syriacæ illorum canonum collectionis partibus apparere translationem istam longe recentiorem esse, utpote elaboratam circa annum 988 Græcorum, Christi 685, ubi observat etiam vetustissimas translationes, tum Syriacas, tum Arabicas Seleuciæ & Ctesiphontis meminisse propter prærogativam honoris, & jurisdictionis, „ quæ illarum urbium E„ piscopo attributa erat, *Catholici* nempe „ appellatione donato. Subdit vero recen„ tiores alias, Arabicas scilicet, Bag„ dadum nominare, præsertim quæ a Ne„ storianis factæ sunt, quia eorum Primas „ sive Catholicus illic Sedem habebat: cæ„ terum Jacobitarum versiones Tacritam „ substituere, quia Sedes fuit illius eorum „ Primatis, quem pro Catholico *Maphria*„ *num* appellant."

Quod canones illos in numerosa quadam Synodo, ad quam Patriarchæ omnes convenerint, esse constitutos jactant, id vanum figmentum est, nisi forsan Synodum innuant Constantinopolitanam Joannis Jejunatoris Patriarchæ in causa Gregorii Antiocheni, Tiberio II Imper. in qua præter illos duos, Alexandrinus quoque, & Hierosolymitanus sederant. Tunc vero Seleuciensis Catholicus, Nestoriana a multo jam tempore hæresi suscepta, Antiocheni throni communionem abjecerat.

(*b*) Vid. Quien. *T. I, colum.* 1290. Nicol. Bergium *de Eccl. Moscovit. Part. I, sect. I, c. XVIII*, *Moshem. Inst. H. E. Sec. XVI, sect. III, part. I, cap.* 2, §. *IX.*

QU. VIII.

Per numeros recense Ecclesias omnes quæ in Patriarchalium censum sunt deferendæ.

§. I. EM multis obstructam difficultatibus, atque obscuritatis plenissimam petis. Peragrandæ enim sunt Regiones a nobis longissime dissitæ, obeundæ Barbarorum provinciæ, eæque Ecclesiæ invisendæ, quarum memoriam pene omnem temporum, atque locorum obruit longinquitas. Binghamus ipse in antiquitatum Christianarum studiis diu multumque versatus, atque omnigena Ecclesiasticarum rerum doctrina excultus, cum ad Barbarorum Ecclesias ventum est, hunc locum tamquam sirtes, & scopulos silentio est prætervectus. (*L. IX, C. 1*, §. 20.) At cum nihil sit tam abditum, tam reconditum, tamque retrusum, quod acris pervestigatio in apricum proferre non possit, non omnem profecto operam conterere nobis videmur, si hisce latebris effodiendis nostrum laborem insumamus.

§. II. Quoniam vero, ut optime ait Tullius, omnis quæ suscipitur de re aliqua disputatio, debet a definitione proficisci, videndum primo est, quid tibi velis, cum Patriarchalem Ecclesiam dicis. Nam illas ego Patriarchales Ecclesias voco, quæ a nulla alia Ecclesia ortæ, proindeque Apostolicæ (*a*) sunt, quæque in aliarum Ecclesiarum prædio minime fundatæ, quæque Filias aut susceperint, aut a suscipiendis minime prohibitæ fuerint. Tria igitur, si me audis, requiruntur, ut aliqua Ecclesia inter Patriarchales censeri possit. I, Ut nullam aliam illa Ecclesiam parentem habuerit. II, Ut aliarum ipsa Ecclesiarum procreatrix extiterit, aut saltem esse potuerit. III, Ut locus, in quo hæc Ecclesia fundata est, ab nulla alia antea fuerit occupatus. Nam Ecclesiæ e. g. Laodiceæ, Philadelphiæ &c., licet Apostolicæ, tamen cum in fundo Ecclesiæ Ephesinæ locatæ fuerint, in Ecclesiæ Ephesinæ ditionem concessere.

§. III. Hac definitione duce, ac comite, cum immensos terrarum tractus, quos complectitur Ecclesia, animo, & cogitatione percurro, singulasque Ecclesias, quæ priscis floruere temporibus, ratione ac mente perlustro, equidem duodenas reperio, quæ Patriarchalium nomine dignæ esse

(a) Nicolaus I ad Bulgaros c. 92. Desideratis nosse, quot sint veraciter Patriarchæ? Veraciter illi habendi sunt Patriarchæ, qui Sedes Apostolicas per successiones Pontificum obtinent, idest, qui illis præsunt Ecclesiis, quas Apostoli instituisse probantur &c.

se videntur. Ecce illas tibi. I, Romana, II, Alexandrina. III, Antiochena, IV, Ephesina. V, Cæsareensis. VI, Heracleensis. VII, Seleuciensis. VIII, Artaxatatensis. IX, Auxumitana. X, Tomitana, XI, Albanopolitana, XII, Salaminensis. De singulis dicendum est.

I.

§. IV. Ad Romanam quod attinet, cujus potissimum causa hic a nobis institutus Liber est, hæc quoniam longiorem a nobis sibi deposcit orationem, diem huic dabimus laxiorem.

I I.

§. V. Alexandrinam Ecclesiam vulgo fertur a Divo Marco fuisse fundatam. Sit ita sane; non admodum repugno. Verum hic ego non tam quærendum puto, qui Alexandrinam Ecclesiam ædificarit, quam quinam Apostolorum Alexandrinam Diœcesim in Apostolica Orbis terrarum partitione suis jam limitibus definitam sortitus sit, eduxeritque, eductamque cœlesti doctrina perfuderit, divinoque imbre irrigarit. Atque hæc sane gloria non alii, quam Simoni Zeloti tribuenda est, si quidem verum est, quod scribit Nicephorus *l. 2., c. 40*, Græcique omnes in suis Menæis confirmant, Africam, Ægyptum, Cyrenem, & Lybiam omnem Christi præceptis a Simone imbutas fuisse. Neque Augustinus *in Lib. de Unitate Eccl. c. 15*, §. 17, hac de re subdubitasse dicendus est, cum Donatistis contendentibus, Africam post mortem Apostolorum cœlestem veritatem cognovisse, id negare non ausit; nam non de interioribus Africæ Regionibus ibi sermo erat, cujusmodi sunt Ægyptus, Lybia, & Pentapolis, sed tantum de Africa proconsulari, quæ ad occidentale Romanorum imperium pertinebat, quamque ab Romana Ecclesia collustratam fuisse, Innocentius I *in ep. 25 ad Decent. Eugub.* scriptum reliquit. Quemadmodum igitur Asia Joanni, ita Africa obtigit Simoni, & quemadmodum Timotheus Pauli Discipulus in Ephesino agro colendo sese Joanni præbuit adjutorem, ita Marcus Petri discipulus in Ægyptiaco solo serendo Simoni fuit adjumento; ejusque apud Alexandrinos Ecclesiæ fundamenta jecit, quæ ab Simone Apostolo digna habita est, ut omnium Ægyptiacarum mater esset Ecclesiarum.

I I I.

§. VI. Antiochenam Ecclesiam ab ipso Apostolorum Principe Petro institutam fuisse communis fert traditio, & licet a Paulo, Barnaba, Joanne, aliisque Apostolis ante eorum profectionem exculta fuerit; tamen post Apostolorum in Diversa abitionem unum Jacobum Alphæi invenio, qui in Judæa, aliisque Syriæ provinciis Christi fidem, & doctrinam evulgarit, suoque sanguine obsignarit. Nam Jacobus Zebedæi ante Apostolorum discessum (an. 44.) jussu Herodis Agrippæ Regis Judæorum gladio Hierosolymis (an. 42.) cæsus fuit, ut in Actis Apostolorum *XII*, 2. Vero igitur simile est in Apostolica Regionum descriptione Syriam, Phœniciam, atque Ciliciam Jacobo minori obvenisse, eumdemque opus, ædificiumque ab Apostolis inchoatum, & ad magnam altitudinem jam eductum

ctam absolvisse, exædificasse, Antiochenamque Syrarum Ecclesiarum omnium principem ordinariæ suæ potestatis hæredem jussisse ex asse.

IV.

§. VII. Asia Hellespontum, Phrygiam, Lydiam, Cariam, Lyciam, Pisidiam, Pamphiliam, Lycaoniam, insulasque Cycladas gremio suo excipiens Joanni obvenit, a quo Ephesina Ecclesia omnium prima fundata fuit. (Hierony. *de Script. Eccl. c. 9*, Tertullianus *l. 4 adversus Marcion, c. 5.*) Neque vero iis assentior, qui Eusebii *l. 3 H. E. c. 4*, testimonio freti Ephesinam Ecclesiam a Paulo Apostolo constitutam, ac Timotheum Ephesino Episcopatu initiatum fuisse contendunt. Nam Timotheus non proprius Ephesiorum, sed communis totius Christianæ Reipublicæ Episcopus fuit, atque omnium Ecclesiarum. (Vid. supra L. I, qu. XLII, §. 4.) Ac quemadmodum Paulus, qui, utpote extraordinarius Christi Apostolus, in Provinciarum sortitione nullam ipse certam partem tulerat, Regiones omnes obiit, cunctas terras prædicatione lustravit, &, ut ait Chrysostomus *in ep. ad Roman. hom. 9*, Phœniciam, & Syriam, & Ciliciam, & Cappadociam, & Saracenos, Persas, & Armenos, reliquosque Barbaros, atque, ut inquit Theodoretus, Parthiam, Asiam, & Thraciam, nec non, ut Paulus ipse testatur, Antiochiam Pisidiæ, Iconium, Listrenses, Thessalonicenses, Corinthios, Cyprios, Galatas, Macedonas, Philippenses, Cretenses, Romanos, Christianæ Fidei rudimentis informavit, ita etiam Timotheus Paulo semper affuit, & non modo in Ephesinæ Ecclesiæ cura gerenda, sed etiam in Macedonibus erudiendis, (*Act. XIX, 22.*) in Judæa lustranda, (*Act. XXVI, 4.*) in Romanis invisendis (*Ep. ad Philip. & Coloss.*) Pauli laborum, curarum, ac ministerii socius, comes, atque adjutor fuit. Non igitur Timotheus Ephesinæ Ecclesiæ Episcopus a Paulo constitutus, verum ab Joanne Apostolo (*b*) Joannes alter Christi discipulus Episcopatu Ephesino fuit initiatus, qui postea in ordinariam Apostolicam hæreditatem venit.

V.

§. VIII. Ponticam Diœcesim Judæ Thaddæo attributam fuisse, ab eoque veræ fidei luminibus, pietatis, sanctitatisque vestigiis impressam fuisse tradunt Walafridus Strabo, & Tillemontius *Tom. I Mon. Eccles. pag. 402, & seq.* Hæc sinu suo coercebat Cappadociam, Armeniam Minorem, Galatiam, Paphlagoniam, Honoriadem, atque Bithyniam. Uti vero Petrus jure sui principatus, Paulus extraordinario omnes orbis terrarum oras prædica-

(b) Ex Constitutionibus, quæ Apostolorum dicuntur, atque antiquissimæ sunt, (*l. 8, c. 46.*) *Joannes Ephesi Episcopus ab Evangelista Joanne ordinatus fuit.* Hic Joannes Domini quondam Discipulus fuit unus ex septuaginta, quem *Joannem* Presbyterum cognominabant. Hujus Joannis Auditor Papias Hieropolitanus fuit, qui traditiones ab eo acceptas enarrationibus quibusdam alienis infarciit, Eusebio teste, (*l. 3 H. E. c. 8.*) ubi & illius sepulcrum, velut & Evangelistæ Joannis Ephesi extare ait.

dicatione lustrabant, Ecclesiisque ditabant, ita etiam Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Bithyniæ populis acceptam a Christo doctrinam tradiderunt; Christianamque rem auxerunt, amplificaruntque. Cæsareensis Ecclesia Ponticarum omnium Ecclesiarum Mater ac Princeps, quæ ante Pauli adventum multa Christianorum sobole læta jam erat, (*Act. XVIII, 22.*) in Thaddæi exinde locum hæres successit.

VI.

§. IX. Thracicam Regionem ab Istro ad Ægæum usque Mare protensam Andreæ Apostolo evenisse, illiusque prædicationi patientem aurem commodasse, magna argumentorum vi contendunt Hippolitus a Fabricio laudatus *Salut. Luc. Evang. c. 5, pag. 90*, Nicephorus Constantinopolitanus *in Chron.* Nicephorus Callistus *l. 2, c. 39*, Codinus *in Origin. Constantinopolitan.*, quibuscum concinunt Græcorum Menæa, ipsumque Martyrologium Romanum ad diem 30. Novembris. Paulus Apostolus quemadmodum ab aliis gentibus, ita & a Thracibus non sivit partes desiderari suas. Heracleensis Ecclesia Thraciearum omnium prima ortum suum habuit, ipsumque Apostolum parentem suum vocat, eaque, Andrea sua legatione, & fato functo, Apostolicarum rerum potita fuit.

VII.

§. X. Hactenus per Romani Imperii tractus expatiati sumus, nunc in Barbarorum oris peregrinandum nobis est; ac primum quidem ad Parthos iter nostrum flectamus. Parthiam, Persidemque in Matthæi fidem, ac clientelam concessisse, ab eoque fidei morumque salubritatem obibisse, S. Paulinus *carm. 27*, S. Ambrosius *in Ps. 45*, & ligata & soluta oratione prodiderunt: Petrus etiam Apostolorum Princeps, ac Paulus extraordinarius Apostolus suam simbolam contulere. De Paulo nobis fidem facit Theodoretus *in Ep. ad Rom. c. 15.* De Petro nosmet dubitare non sinit ipse Petrus, qui scribens ad Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ & Bithyniæ electos advenas, *Salutat vos*, inquit, *Ecclesia, quæ est in Babylone collecta*. (*Ep. III, Cap. V, 13.*) Male Catholicorum causæ consulunt ii, qui nomine Babylonis Romam intelligi volunt, exemploque suo hæreticos docent, quæcumque sacrarum litterarum verba, clara licet & perspicua, ad quamcumque sententiam posse detorqueri. Quid enim vetat, magnam Seluciam, seu Babylonem (*c*) urbem pulcherrimam, ornatissimam, potentissimam, haud ulli fere secundam, Pauli Apostoli, atque Matthæi illuminatam doctrina, Natha-

(c) Quien. *T. II, pag. 1094*, §. 34. Diœcesis Chaldæorum caput, urbemque primariam diximus fuisse Seleuciam, quæ quoniam proxima Ctesiphonti erat, in urbem unam duplicem ambæ veluti coaluerunt; quam cum Califæ Arabes obtinuissent, *Al-Modain* vocitaverunt, qua voce duæ urbes significantur. Babylone scilicet vastata & in solitudinem redacta, Seleucus Nicanor, qui post Alexandri Magni fatum, Orientalem tractum ditionis suæ fecit, ex illius ruderibus in confluente Euphratis, quem fossa deduxerat, & Tygris, civitatem amplissimam condidit, suoque de nomine *Seluciam* nuncupavit. Hanc Strabo Antiochia magnitudine aliquan-

thanaelis Christi discipuli disciplina irroratam, suam habuisse Ecclesiam, eamque florentissimam, planeque dignam, quæ a Principe Apostolorum viseretur. Neque vero ut nobis probares Petrum fuisse Romæ, necesse erat, ut Seleuciam seu Babylonem hoc spoliares honore. Nonne Scriptorum omnium consensus, ac perpetua temporum & locorum traditio satis erat, ut pro certo habeamus, Petrum & Romam venisse, & pro Christi fide mortem ibi oppetiisse, quin Babyloniensibus sua spolia detraheres, verborumque significationi vim afferres? Stat igitur sententia, Seleuciensem, seu Babyloniensem, seu Bagdacensem Ecclesiam esse Apostolicam, eamque, cum & princeps & mater omnium Chaldæarum fuerit Ecclesiarum, vere esse Patriarchalem. (Vid. quæ supra diximus qu. VII, §. 6.)

VIII.

§. XI. Armenia Major sita est ultra Euphratem. A septentrione habet Moschicos montes, & Cyrum flumen, a meridie Taurum, ab occasu Euphratem, ab oriente Hyrcanum & Caspium mare. Hanc Regionem ad Christi cultum informandam in sese recepit Thomas Apostolus, (Vide Theodoretum *Serm.*

---

quantum superiorem fuisse tradit, Plinius. Babyloniam quoque dictam. Apud nonnullos auctores *Coche* nominatur, in quibus Ammianus Marcellinus, cui Zosimus concinit *lib. 3, cap. 29*, qui *Zochasam*, Ζωχάσην scripsit. Quocirca Eutropius *lib. 9, cap. 12*, *Cochen* & Ctesiphontem amplissimas civitates, post Persas prœlio victos occupatas scribens, *Seleuciam* significavit. Quamquam Stephanus Byzantinus *Cochen* a Seleucia diserte distinxit, cui vicus est vel oppidum a Tygri fluvio remotum. ἐκέλευσε τῆ Σελευκείας, ὁ πρὸς τῷ Τίγριδι εἰς κώμην, καὶ ᾗ τινι Κωχὴ ὄνομα. Ex quo apparet, Seleuciam ab illis auctoribus *Cochen* fuisse nominatam ab illo veteri oppido juxta quod Seleucia a Seleuco structa erat, vel quod in amplissimam illam Seleuciæ urbem crevit. Indigenis Chaldæis *Salec* & *Kircha* dicebatur, idest *Seleucia*, & per antonomasiam *civitas*. A Persis vero, qui illam occuparunt Guedeser, Γυεδσείρ dicebatur, Theophane teste, ad annum 17 Heraclii Imperatoris.

§. 35. Quum Seleucia ad Occidentale latus Tygris posita esset, ad Orientale paullo infra stabat urbs ista altera *Ctesiphon*, quam Strabo vicum maximum dicit, in quo ipsius ævo Parthorum Reges hyemabant, Seleuciæ parcentes, ne a Scythica & militari natione nimium opprimerentur. Hic vicus, ait, civitatis magnitudinem & potentiam habebat, adeo ut apparatum omnem reciperet. Hoc oppidum, ait etiam Plinius, ad Seleuciam exhauriendam juxta tertium ab ea lapidem in Chalenitide condidere, quod nunc est Regni Caput; quia scilicet cum Seleucia novis accretionibus coaluerat. Ammiano autem *lib. 23, cap. 7*, Ctesiphon a *Vardane* vel *Bartane Persarum rege primum instituta est*, sive facta civitas, quam Pacorus Parthorum princeps multitudine, & mœnibus amplificaverat; quo proinde fiebat, ut ambæ urbes, quemadmodum prædixi, una veluti civitas duplex haberetur, quæ ex consequenti *Al-Modain* ab Arabibus voce duali dicta fuit.

§. 36. Post vero Almansor de Abbasidarum genere Califa urbem alteram haud procul ædificans, quam *Bagdadum* & *Medinat-Assalam*, idest civitatem pacis nominavit, Seleuciam & Ctesiphontem dirui jussit. In hanc porro urbem Chaldæorum Catholicus transiit, extructo ibidem monasterio; quod *Catholici monasterium* vocitant: ita tamen ut stante adhuc Ecclesia Cochæ, Sedes illic Patriarchalis manserit, in quam Catholicus quilibet prisco more statim ab ordinatione sua deducitur, illius imponendus throno.

Serm. IX de Legib. adver. Gentil.) in eaque uberrima Christianæ Religionis semina jecit, ex quibus plurima jam Christianorum soboles sese effuderat, excreveratque. At nescio quo fato postea tanta in iis Regionibus Christianorum vastitas ac solitudo facta fuit, ut necesse fuerit traduces Christianæ fidei surculos ex proximiore Cæsareensi Ecclesia decerpi, ipsamque Episcopalem dignitatem in Armenios agros inde derivari. Nolim tamen ideo putes, Artaxatatensem (*d*) Ecclesiam Thomæ Apostolatus hæredem pristina suæ nativitatis jura amisisse; licet enim decubuerant, nunquam tamen penitus occubuerunt (*e*). Nec qui jacentem hominem semivivum spirantemque excitat, confirmat, & ad pristinam sanitatem revocat, licet maximum beneficium contulisse putandus sit, ejus tamen bonorum, ac jurium dominus unquam evadit. (Vide supra Q. VII. §. 6.)

IX.

§. XII. Quæ sors Matthiæ Apostolatum dedit, eadem & Æthiopiam Apostolico munere obeundam, suoque sanguine rigandam tradidit. (Vide Sophron. apud S. Hieronym. *de Scriptor. Eccles. pag.* 268, & Nicephor. *l. II, c.* 40, Florentinum *in Martyrol. p.* 176. *seq. &* 158, *seq. &* 1668, Tillemont. *T. I Mon. Eccl. Hist. pag.* 391, & 432, edit. Paris.) Hæc ab Occasu ad Atlantem montem, ab Oriente usque in Ægypti fines sese fundit, a Meridie Oceano, a Septentrione Nilo flumine terminatur. Præcipua Æthiopum Urbs Axuma, vel Auxuma dicta est. In hanc urbem primo Christi fidem illatam, ex eaque ad alios Æthiopiæ po-

(d) Quien. *T. I, pag.* 1361, §. 20. Armeniorum olim Ecclesiæ metropolim fuisse ferunt, Galano teste, civitatem *Vagarsciabat*, quam aliam ipsi videri fuisse dixit præter *Artaxata* vel *Artaxiasata*, quæ Regni ipsius Caput extitit. In illa Urbe *Vagarsciabat* monasterium *Eschmiazin* nuncupatum extructum est, quod Catholici Armeniæ hodieque Sedes est. Quamquam non tacendum est, a Joanne Curopalata in Contantino Monomacho Imp. ut & proinde Cedreno, *Tibium* sive *Tiben*, vel *Thevin* totius gentis primariam dici, τῇ πόλει τῷ τιβίῳ, ἥτις ἐστὶ τοῦ παντὸς ἔθνους. Nisi forte *Vagarsciabat* mutato nomine *Tiben* subinde appellata sit: quod tamen ægre concessero; quando Galanus utramque diserte nimis ex Armenorum monumentis distinguit; sed *Vagarsciabat* successu & iniquitate temporum deserta, *Tiben* regionis caput evasisse. Plane Urbs Vagarsciabat non superest hodie, nec profecto Tiben, quæ in recentiori Uscani notitia non memoratur, sed *Eschmiazin* illud cœnobium tribus Ecclesiis constans, quod a S. Gregorio Illuminatore suo primitus conditum tradunt. Illud duobus ad summum leucis ab urbe Erivan distat.

§. 21. Atqui Monasterium Eschmiazin in ipsomet extructum esse loco ajunt, in quo Tiridatis Regis domus olim extabat, ejusque nomen Armenica dialecto idem sonat, quod *unigeniti descensio*, sive *manifestatio*; quia in Ecclesiæ majoris suprema parte, in qua altare positum est, Christus Salvator S. Doctori Gregorio sese videndum præbuit, quemadmodum sibi a majoribus traditum narrant.

(e) Mamach. *T. II, pag.* 108, §. I. Licet Schroederus neget mortuis magnis viris, qui primi omnium Armeniis, quis Christus esset, quaque virtute excelleret, nuntiarunt, locum ullum in ea Regione reperisse, in quo diu possent consistere, tamen delatam penitus in Armenia Religionem fuisse, nullus ut ibi esset Christianorum, numquam concedam. Tertullian. enim *l. adv. Judæos*, *c.* 7, suo tempore in ea regione Christianos vixisse scribit.

(f)

populos manasse verosimile est, quoniam scimus, Apostolos insigniores urbes, (f) tamquam majora Orbis terrarum Theatra & ad Christi doctrinam evulgandam, & ad suum Christo sanguinem largiendum delegisse. Ita sane in tanta antiquorum monumentorum inopia juvat nos opinari, præcipue eum videamus Auxumitanam Ecclesiam aliarum omnium Æthiopicarum Ecclesiarum clavum usque tenuisse, tantamque semper auctoritatem præsetulisse, quanta decet eam, ad quam Matthiæ Apostolatus jure successionis pervenerit.

§. XIII. Verum Apostolici seminis vis, defuncto Apostolo, ejusque discipulis, jacere atque arescere visa fuit, quam Pantenus (g) Philosophus Christianus secundo sæculo jacentem, arescentemque cœlesti rore madefecit, ac Frumentius (h) Alexandrinæ Ecclesiæ alumnus sæculo IV herbescentem ex eo elicuit viriditatem.

§. XIV. Quod de Artaxatatensi, idem & de Auxumitana Ecclesia dicendum est, nimirum hanc etiam, licet Alexandrinæ Ecclesiæ ope caput erexerit, & ad pristinam Episcopalem dignitatem assurrexerit, tamen semper suis legibus, suisque stetisse Præsidibus. (Vid. supra Q. VII, §. 5.)

X.

§. XV. Scythia in orientem porrecta includitur ab uno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis, a tergo

---

(f) Selvag. T. I, *pag.* 161. Cum Apostoli Orbem universum ita inter se divisissent, uti singulis singulæ adsignarentur nationes; profecto nihil ipsis ad Christianam religionem facilius, feliciusque propagandam opportuius visum est, quam, ut in civitate principe, sive Metropoli fidei semina insererentur, ut, quum ibi, Deo incrementum dante, radices egissent, sic paulatim, veluti ex stirpe palmites producuntur, & gemmæ erumpunt, vicina quæque oppida, & circumjectæ gentes inde fidei lumen participarent. Ad rem Chrysostomus: (*Hom. XXXVII in Cap. XXVII Actor.*) *Ad majores aguntur civitates* Apostoli *sermone inde* quasi ex aliquo fonte ad vicinos emanaturo.

(g) Mamach. *T. II*, *pag.* 469, N. 4: Eusebius Cæsareensis *l. V*, *cap. X Hist. Eccl. p.* 223, edit. Cantabrig. de Panteno agens: Tantum, inquit, animi ardorem erga verbum Dei idem vir ostendisse perhibetur, ut Orientis nationibus Evangelii Christi prædicator extiterit, ad ipsam usque Indiam progressus. Quippe complures erant etiam tum Evangelistæ Sermonis Dei, qui divina quadam æmulatione succensi, Apostolorum exemplo studium suum conferre ad ædificationem fidei, & ad incrementum verbi Divini properabant. Ex quorum numero Pantenus ad Indos usque penetrasse dicitur, ibique Evangelium Matthæi, quod adventum ipsius jam prævenerat, apud quosdam Christi notitia imbutos reperisse.

(h) Vide Athanasium *Apolog. ad Constantium, tom. I opp. par. II*, *pag.* 315, edit. Montfauconianæ, Rufinum *lib.* 1 *Hist. Eccl. cap. IX*, *pag.* 224, edit. Frobenianæ an. 1523, Theodoritum *l.* 1, *cap. XXIII*, *pag.* 54, edit. Cantabrig. Socratem *lib.* 1, *cap. XIX*, *pag.* 49, & Sozomenum *l. II*, *c. XXIV*, *pag.* 76, *seq.* edit. Cantab. Martyrologium Romanum *ad d. XXVII Octob.* & Menæa Græcorum *ad d. XXX Nov.* Confer præterea, si placet; e novis Henricum Valesium *ad Socr.* loc. mox. indicatum, Jobum Lodulphum *l. III Hist. Æthiop. cap. VII*, *num.* 17, & Commentar. *in eand. Historiam pag.* 280, Tillemontium *tom. VII*, *pag.* 284, edit. Pariis. anno 1706, & *tom. VIII*, *pag.* 13, edit. an. 1707, Godifridum Hermantium *in Athanas. vita lib. III*, *cap. IX*, *pag.* 234, edit. an. 1671, & Montfauconum *in vita Athan. pag. XV*, *tom.* I *opp.* ejusdem Sancti edit. an. 1698.

go Asia, & Phasi flumine. Ejus longitudo mille & amplius occupat milliaria Germanica, supra sexaginta latitudo. Universam Scythiam ab Apostolis ab invicem discessuris Philippo concreditam fuisse, ab eoque ad verum Dei cultum evocatam Martyrologiorum scriptores tradiderunt. (Vid. Euseb. *l.* 3, *cap.* 1, *pag.* 87, edit. Cantab.) Urbs Scytharum princeps *Tomos* vocatur; quæ jam inde a primis Ecclesiæ temporibus plurimo Martyrum sanguine rubuit, ac florentissima claruit Ecclesia. De Scythia hæc habet Sozomenus *l.* 6, *c.* 21. *Ea multas urbes habet, & oppida, & castella, quorum Metropolis est Tomi, seu Tomis magna & felix Civitas ad mare posita in sinistro latere iis, qui ad Pontum Euxinum navigant. Ad hoc usque tempus vetus consuetudo viget, ut unus illarum Ecclesiarum sit Episcopus.* Et *l.* 7, *c.* 19. *In Scythia quamvis multæ urbes sint, unus tamen est omnium Episcopus.* Id ipsum confirmat Theodoretus *l.* 4, *c.* 25, ubi ait: *Vetranio vir omnium virtutum genere exornatus, qui totius* Scythiæ *Episcopatum gerebat.* Quinimmo Nicetus Choniates *l.* 5 *Thesaur. Fid. c.* 5, sæculo decimotertio exeunte hunc quoque morem apud Scythas viguisse testatur.

§. XVI. Quamquam vero hæc ita sint, nullosque, queis imperet, Episcopos habeat Tomitanus Episcopus, tamen non est, cur Tomitanam Ecclesiam e Patriarchalium censu eradamus. (Vid. supra Q. VII, §. 5.) Nam cum Apostolica ea sit, Sanctumque Philippum suum conditorem repetat, cumque in solo ab nulla alia Ecclesia antea occupato, sed in Philippi Apostoli parentis sui parte sita fuerit, ut prægrandem Christianorum lucrum faceret, aliasque, si e re sua fuisset, Ecclesias progigneret, sat habuit, ut Patriarchali censui censeri posset. Quod si postea ab Heracleensibus in servitutem adducta est, non genus, sed fortuna ejus Patriarchali desit dignitati.

XI.

§. XVII. In Iberiam Albaniamque Asianam sibi sorte decretam profectum fuisse Bartholomæum Apostolum, eamque Christi doctrina expoliisse, atque Albanopoli, (*i*) quæ Urbs illius Regionis caput est, vitam suam posuisse, traditum est a Sophronio, Theodoro Studita, Niceta, aliisque. Verum Iberis Albanisque idem accidit, quod Parthis, Indis, aliisque barbaris populis, quorum efferati mores omnem respuunt Religionem, ut Christianæ fidei lumen, Apostolis eorumque Auditoribus fato functis, obscurari, attenuari, ac prope jam evanescere visum sit: nec nisi sub initium sæculi IV, ab Cæsareensibus excitum, experrectumque convaluit; quo quidem tempore Apostolica Albanopolitana Ecclesia caput extulit, atque ad primævam dignitatis revixit amplitudinem. Quod sane beneficium Cæsareensi Ecclesiæ acceptum referatur, per me licet, dummodo libertatis non constet impendio (*k*). (Vide supra q. VII, §. 6.)

XII.

(i) Οὐρβανόπολιν vocat Nicetas *pag.* 396, & Pseudo-Dorothæus Κορβανόπολιν. Videsis Tilemontium *T. I Mon. fidei*, *pag.* 397, & *seq.* edit. Ven.

(k) Brerewood *Scrutin. linguar. c. VIII, p.* 147. Non subsunt (Georgiani) Constantinopolitano, sed proprium metropolitam, cui XVIII Episcopi parent, quique in mona-

XII.

§. XVIII. Sed jam e scrupulosis barbarorum cotibus enavigemus, atque ad Romani Imperii littora cursum orationis nostræ reflectamus, ad amœnamque Cypri insulam appellamus.

§. XIX. Divus Lucas, *Act. XIII, 4, 5, 6*, narrat, Barnabam socio sibi adjuncto Joanne, cui Marco cognomen, Cyprum navigasse, ac Salaminam, Paphumque venisse, ibique Christi Doctrinam propagasse. Martyrologia ad III Idus Junias testantur, Barnabam in Cypro suum pro Christo sanguinem profudisse; ibique sepultum memorant recentioris ævi Scriptores. Certe Corpus ejus in Cypro repertum est anno 488, gerens in pectore sacrum & divinum Evangelium Matthæi ipsius Barnabæ digitis scriptum. (Nicephor. *l. 16 H. E. c. 37, t. 2.*) Bollandiana Acta (*l*) ferunt ad diem XI Juniam, Salaminensem Ecclesiam a Barnaba Apostolo institutam fuisse, eamque omnium Cypriarum Ecclesiarum & Principem & Matrem extitisse. Sed nescio quo fato (*m*) sub Ecclesiæ Antiochenæ imperium ditionem-

---

nasterio S. Catharinæ in monte Sinai habitat, habent. Chytræus *de statu ecclesiæ &c.*

(l) Quien. T. *II. pag.* 1039. Inter acta SS. quæ Bollandi Continuatores ediderunt, ad diem XI Junii Acta prostant S. Barnabæ ejusdem Joannis Marci nomine inscripta, quæ ex Cypriorum Ecclesiæ monumentis, vel ore acceptis traditionibus concinnata putanda sunt, in quibus Apostolum in secundo illo suo in Insulam patriam suam adventu in loco, qui *Cromyaciates* dicebatur, ubi certe *Cromyon* promontorium extabat, Timonem & Aristonem, homines sacro ministerio addictos, *ἱεροδούλοις* reperisse; tum deinde in Castello Lampadisto Heracleorum, quem olim ipse cum Paulo Citii viderat, quemque Paulus S. donatum Spiritu, Heraclidem nominandum duxerat. Hunc porro tunc uterque Apostolus primum insulæ Episcopum crearunt, unaque Ecclesiam assignaverunt, quæ in Spelunca Tamaso urbi vicina conveniret. Hinc utique est quod *Heraclides* in Actis S. Auxibii Solensis *Tamasi Archiepiscopus* appellatur. Dum vero Barnabas insulam vicinasque circum alias una cum Marco socio lustraret, Salaminam veniens, Heraclidem ibidem nactus, eum adhortatus est, ut Christum contento studio prædicans, Ecclesias passim constitueret, & in illis Dei ministros, ut par erat, crearet, Tum his aliisque Apostolus ordinatis, aliquanto post a Judæis Salaminensibus apprehensus, ut iisdem in Actis fertur, atque in campum fune ad collum alligato tractus, vivicomburio martyr obiit. Cujus ossium cineres, quos Judæi cum massa plumbea linteo involutos in mare projicere decreverant, a discipulis duobus Timone & Aristone noctu correpti, in specu quadam sepulti sunt.

Hæc quidem leguntur in illis S. Barnabæ Actis quæ mihi, etsi non genuina, at saltem eo vetusta satis videntur, quod martyrii S. Apostoli genus aliud assignant, ab eo quod Alexander monachus in sua S. Barnabæ Apostoli laudatione recitat. Hic nempe illum a Judæis lapidibus appetitum interiisse asserit, non igne consumptum, quin & corpus ejus integrum, *τὸ πᾶν σῶμα*, ab Anthemio Salaminensi Archiepiscopo repertum, unaque codicem Evangelii secundum Matthæum, qui pectori illius appositus erat, Theodoro lectore teste in excerptis *l. 2 historiæ* ipsius *Ecclesiasticæ*, *ἔχων ἐπὶ τῶ στήθει τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον*. Id, quod omnes ab illo Anthemii tempore scriptores perinde tradiderunt.

(m) Quien. *l. c.* Cyprus insula in notitiis Imperii Romani a tempore Hadriani Imper. tum deinceps Constantini ejusque successorum, diœcesis Orientis censita fuit, civilis scilicet. Eam proinde ob cau-

nemque ceciderit. Hoc unum scio, Rheginum Salaminensem seu Constantiensem Episcopum anno 431, in Ephesina Synodo Sess. VII, sese suamque Ecclesiam in pristinam libertatem proclamasse, atque Antiochenum jugum

causam Antiocheni Præsules sæculo quinto tentaverunt, ut Salaminensis sive Constantiensis metropolis totaque regio, ordinationi suæ subderetur. Quum enim Constantiæ metropolitæ duo Troilus & Theodorus nonnullorum negotiorum causa in Syriam navigassent, Antiochiamque venissent, Antiocheni, clerici utique cum Archiepiscopo suo, vi etiam gravi impacta illos cogere voluerunt, ut se Sedi ipsorum obnoxios profiterentur. Theodoro deinde Constantiensi defuncto, apud Dionysium Orientis ducem (Præfectum utique) qui res Syriæ moderabatur, egerunt, ut operam conferret suam, quo insula ista ipsis demum subdita fieret. Dionysius ubi Theodosii Junioris Imperatoris iussu Œcumenica Synodus Ephesum vocata est, Theodoro Cypri Præsidi litteris datis injunxit, ut insulæ Episcopos Ephesum cum aliis pergere curaret, ubi causam suam coram Patribus dicerent. Ad Synodum igitur accesserunt Rheginus, qui in Constantiæ metropolitam nuper provectus erat, Evagrius quoque Solensis, & Zenon Curii. Nullus vero interim adfuit qui Antiochenæ Sedis jura, si qua in Cyprum essent, tutaretur: quum Joannes Antiochenus Præsul cum Orientalibus suis se in totum, Nestorii gratia, a Concilio segregasset. Rheginus vero nihilominus vadimonium nequaquam putavit deferendum, quin *act.* 7 ejusdem Synodi, una cum Evagrio Solensi & Zenone Curiensi Dionysii Præfecti litteras protulit, postulavitque ut sicut initio, a temporibus Apostolorum constitutionibusque & canonibus sanctissimæ & magnæ Synodi Nicænæ, illæsa, & superior insidiis & potentia permansit sua Cypriorum Synodus, ita & nunc per ipsorum incorruptam & justissimam sententiam, nec non constitutionem justitia sibi fieret. *Neque enim*, ait Zenon Curii, *a sanctis Apostolis ostendere possunt quod Antiochenus adfuerit, vel ordinaverit, vel communicaverit unquam insulæ ordinationis gratiam, nec alius quisquam, neque in metropoli, neque in alia civitate, sed Synodus nostræ provinciæ congregata constituebat metropolitanum*. Quamobrem obsecrabant, ut sancta Synodus ipsis annuens, stabiliret, *ut vetus mos sicut hactenus robur habuit, ita & nunc habeat, & nullam novitatem in sua provincia fieri sinat*. His sancta Synodus auditis, a piissimis Episcopis doceri postulavit, num Troilus ille sanctæ memoriæ Episcopus, vel ejus decessor sanctæ memoriæ Sabinus, aut qui ante illos sedebat venerabilis Epiphanius in aliqua alia Synodo ordinati essent. Quos cum Zeno, ut & eos qui ante illos Episcopi fuerunt, omnes orthodoxi, ab his qui in Cypro erant constitutos esse non ab Antiocheno, ullove alio pacto dixisset, Sancta Synodus decretum hoc tulit, *Ut si non est vetus mos, quod Episcopus Antiochenus ordinet in Cypro, sicut libellis & propriis vocibus docuerunt religiosissimi viri, qui ad sanctam Synodum accesserunt, habeant jus suum intactum, qui sanctis Cypri Ecclesiis præsunt*, ἕξουσι τὸ ἀνεπηρέαστον, καὶ ἀβίαστον οἱ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τῶν κατὰ τὴν Κύπρον προεστῶτες, *secundum sanctorum Patrum canones, veteremque consuetudinem. Id quod in aliis etiam diœcesibus & provinciis omnibus servari jubent, ut nullus piissimorum Episcoporum aliam provinciam occupet, quæ antea, vel ab initio, sub sua vel antecessorum suorum potestate non fuerit: sed si quis occupaverit, vel per vim sibi subegerit, ipsam restituat ne canones prætereantur*, μηδὲ ἐν ἱερουργίας προσχήματι ἐξουσίας κοσμικῆς τῦφος παρεισδύηται, μηδὲ λάθωμεν τὴν ἐλευθερίαν κατὰ μικρὸν ἀπολέσαντες, ἣν ἡμῖν ἐδωρήσατο τῷ ἰδίῳ αἵματι ὁ κύριος ὑμῶν Ιησοῦς Χριστὸς, ὁ πάντων ἀνθρώπων ἐλευθερωτής. *Neve sub sacerdotii prætextu mundanæ potestatis fastus irrepat, ne clam paulatim libertas amittatur, quam nobis donavit sanguine suo Dominus noster Jesus Christi omnium hominum liberator*.

Hac igitur sanctione Cypri Ecclesia immunis in posterum mansit a superioris alte-

gum excussisse; (*n*) illudque etiam habeo, Anthemium Rhegini successorem, Zenone Imperante, Cypriarum omnium Ecclesiarum Præsidem declaratum fuisse, cum in Salaminensis Ecclesiæ ruderibus S. Barnabæ Apostoli corpus repertum fuit, atque hinc una voce clamatum, Salaminensem Ecclesiam Apostolicam esse, & Apostolatus juribus frui debere. Quæ quidem omnia monent, prædicant, atque denuntiant, ut Salaminensem seu Constantiensem Ecclesiam in Patriarchalium album referamus.

§. XX. Patriarchalibus Ecclesiis omnibus censitis, singulisque singulorum Apostolorum & Filiis & hæredibus jam declaratis, juverit modo in singulis hisce Ecclesiis Patriarcharum seriem contexere, quamdamque veluti successionis Arborem omnium inspectantium oculis exhibere, atque ita singulorum Patriarcharum in singulorum Apostolorum locum successionem tamquam in tabula bene picta, atque adeo in meridiana luce collocare.

§. XXI. Neque abs re erit, ipsam etiam Ecclesiarum propaginem, seu γενεαλογίαν *genealogiam*, quadam quasi pictura exprimere, ut non solum mente perspicere, sed oculis ipsis contueri omnes possint, cunctas alias Ecclesias Patriarchalium esse alummas, ab iis ortas, earum lacte enutritas, earum fundo, ac bonis dotatas.

PA-

terius præter Constantiensem sive Salaminensem Archiepiscopum suum potestate. Ea vero lis, qua Antiochenus Patriarcha subdere sibi illam molitus erat, finita in totum non est, nisi Zenone Imperatore. Cum enim Petrus Cnapheus sive Fullo Antiochenam Sedem secunda vice pervaderet, agere iterum cœpit, ut Cyprum Insulam ditionis suæ faceret. Ejus conatibus obstitit Anthemius Constantiensis, divinique numinis providentia factum est ut Beati Barnabæ corpus, quod sub arbore siliqua humatum haud procul Constantia jacebat, eodem tempore reperiretur. Tum Constantinopolim ad Zenonem Imperatorem profectus, inde argumentum sumpsit, ut Ecclesiam suam vere Apostolicam esse monstraret, adeoque sui omnino juris & αὐτοκέφαλον. Quæ quidem illius Ecclesiæ libertas Imperatoris quoque edicto sancita fuit.

(n) Binghamus T. I, *pag.* 268. Theodorus Balsamon his αὐτοκεφάλοις Metropolitanos Bulgariæ, Cypri, & Iberiæ adnumerat. Et hæc observatio utique vera est de duobus posterioribus, qui tantum Metropolitani fuerunt, neque tamen ab ulla Patriarchali aut alia quapiam potestate superiore dependerunt. Quamvis enim Episcopus Antiochenus Episcopos Cypri ordinandi jus sibi competere, in Concilio Ephesino dictitaret, Concilium tamen causa audita jus illud quæsitum ei abjudicabat, facto decreto, quod, cum Episcopo *Antiocheno* nunquam mos fuerit Episcopos *Cypri* ordinare, Episcopi *Cyprii* jus suum sartum tectum retinere, & secundum canonem & morem antiquum ipsi Episcopos inter se ordinare debeant. Et hoc deinde in Concilio *Trullano* repetitum & confirmatum fuit, & id quidem, posteaquam Cypri incolæ ob barbarorum incursiones in aliam regionem erant ejecti.



I.

PATRIARCHATUS ROMANUS

S. PETRUS APOSTOLUS.

1. S. Clemens I.
2. S. Cletus.
3. S. Anacletus.
4. S. Evariſtus.
5. S. Alexander I.
6. S. Sixtus I.
7. S. Teleſphorus.
8. S. Hyginus.
9. S. Pius I.
10. S. Anicetus.
11. S. Soter.
12. S. Eleutherus.
13. S. Victor I.
14. S. Zephyrinus.
15. S. Calliſtus I.
16. S. Urbanus I.
17. S. Pontianus.
18. S. Antherus.
19. S. Fabianus.
20. S. Cornelius.
21. S. Lucius I.
22. S. Stephanus I.
23. S. Sixtus II.
24. S. Dionyſius.
25. S. Felix I.
26. S. Eutychianus.
27. S. Cajus.
28. S. Marcellinus.
29. S. Marcellus I.
30. S. Euſebius.
31. S. Melchiades.
32. S. Sylveſter I.
33. S. Marcus.
34. S. Julius I.
35. Liberius.
36. S. Felix II.
37. S. Damaſus I.
38. S. Siricius.
39. S. Anaſtas. I.
40. S. Innocentius I.
41. S. Zoſimus.
42. S. Bonifacius I.
43. S. Cœleſtinus I.
44. S. Sixtus III.
45. S. Leo I. Magnus.
46. S. Hilarius.
47. S. Simplicius.
48. S. Felix III.
49. S. Gelaſius I.
50. S. Anaſtaſius II.
51. S. Symmachus.
52. S. Hormiſdas.
53. S. Joannes I.
54. S. Felix IV.
55. S. Bonifacius II.
56. Joannes II.
57. S. Agapetus I.
58. S. Silverius.
59. Vigilius.
60. S. Pelagius.
61. Joannes III.
62. S. Benedict. I.
63. Pelagius II.
64. S. Gregorius Mag.
65. Sabinianus.
66. Bonifacius III.
67. S. Bonifacius IV.
68. S. Deusdedit.
69. Bonifacius V.
70. Honorius I.
71. Severinus.
72. Joannes IV.
73. Theodorus I.
74. S. Martinus I.

75.

75. S. Eugenius I.
76. S. Vitalianus.
77. Adeodatus.
78. Donus I.
79. S. Agatho.
80. S. Leo II.
81. Benedictus II.
82. Joannes V.
83. Conon.
84. S. Sergius I.
85. Joannes VI.
86. Joannes VII.
87. Sisinnius.
88. Constantinus.
89. S. Gregorius II.
90. S. Gregorius III.
91. S. Zacharias.
92. Stephanus II.
93. Stephanus III.
94. S. Paulus I.
95. Stephanus IV.
96. Hadrianus I.
95. S. Leo III.
98. Stephanus V.
99. S. Paschalis I.
100. Eugenius II.
101. Valentinus.
102. Gregorius IV.
103. Sergius II.
104. S. Leo IV.
105. Benedictus III.
106. S. Nicolaus I.
107. Hadrianus II.
108. Joannes VIII.
109. Marinus I.
110. Hadrianus III.
111. Stephanus VI.
112. Formosus.
113. Bonifacius VI.
114. Stephanus VII.
115. Romanus.
116. Theodorus II.
117. Joannes IX.
118. Benedictus VI.
119. Leo V.
120. Christophorus.
121. Sergius III.
122. Landus.
123. Joannes X.
124. Leo VI.
125 Stephanus VIII.
126. Joannes XI.
127. Leo VII.
128. Stephanus IX.
129. Marinus II.
130. Agapetus II.
131. Joannes XII.
132. Benedictus V.
133. Joannes XIII.
134. Benedictus VI.
135. Donus II.
136. Benedictus VII.
137. Joannes XIV.
138. Joannes XV.
139. Joannes XVI.
140. Gregorius V.
141. Silvester II.
142. Joan. XVII.
143. Joannes XVIII.
144. Sergius IV.
145. Benedictus VIII.
146. Joannes XIX.
147. Benedictus IX.
148. Gregorius VI.
149. Clemens II.
150. Damasus II.
151. S. Leo IX.
152. Victor II.
153. Stephanus X.
154. Nicolaus II.
155. Alexander II.
156. S. Gregorius VII.
157. Victor III.
158. Urbanus II.
159. Paschalis II.
160. Gelasius II.
161. Callixtus II.
162. Honorius II.
163. Innocentius II.
164. Cœlestinus II.
165. Lucius II.
166. Eugenius III.

167.

167. Anaſtaſius IV.
168. Hadrianus IV.
169. Alexander III.
170. Lucius III.
171. Urbanus III.
172. Gregorius VIII.
173. Clemens III.
174. Cœleſtinus III.
175. Innocentius III.
176. Honorius III.
177. Gregorius IX.
178. Cœleſtinus IV.
179. Innocentius IV.
180. Alexander IV.
181. Urbanus IV.
182. Clemens IV.
183. Gregorius X.
184. Innocentius V.
185. Hadrianus V.
186. Joannes XX.
187. Nicolaus III.
188. Martinus IV.
189. Honorius IV.
190. Nicolaus IV.
191. S. Cœleſt. V.
192. Bonifacius VIII.
193. S. Benedictus XI.
194. Clemens V.
195. Joannes XXI aut XXII.
196. Benedict. XII.
197. Clemens VI.
198. Innocentius VI.
199. Urbanus V.
200. Gregorius XI.
201. Urbanus VI.
202. Bonifacius IX.
203. Innocentius VII.
204. Gregor. XII.
205. Alexander V.
206. Joannes XXII vel XXIII.
207. Martinus V.
208. Eugenius IV.
209. Nicolaus V.
210. Callixtus III.
211. Pius II.
212. Paulus II.
213. Sixtus IV.
214. Innocentius VIII.
215. Alexander VI.
216. Pius III.
217. Julius II.
218. Leo X.
219. Hadrianus VI.
220. Clemens VII.
221. Paulus III.
222. Julius III.
223. Marcellus II.
224. Paulus IV.
225. Pius IV.
226. S. Pius V.
227. Gregorius XIII.
228. Sixtus V.
229. Urbanus VII.
230. Gregorius XIV.
231. Innocentius IX.
232. Clemens VIII.
233. Leo XI.
234. Paulus V.
235. Gregorius XV.
236. Urbanus VIII.
237. Innocentius X.
238. Alexander VII.
239. Clemens IX.
240. Clemens X.
241. Innocentius XI.
242. Alexander VIII.
243. Innocentius XII.
244. Clemens XI.
245. Innoc. XIII.
246. Benedictus XIII.
247. Clemens XII.
248. Benedictus XIV.
249. Clemens XIII.
250. Clemens XIV.
251. Pius VI.

II.

PATRIARCHATUS ALEXANDRINUS (*)

S. SIMON APOSTOLUS.

1. Anianus.
2. Abilius.
3. Cerdo.
4. Primus.
5. Justus.
6. Eumenes.
7. Marcus.
8. Celadon.
9. Agrippinus.
10. Julianus.
11. Demetrius.
12. Heraclas.
13. Dionysius.
14. Maximus.
15. Theonas.
16. Petrus I. *martyr.*
17. Achillas.
18. Alexander I.
19. S. Athanasius I. — (a) *Ariani.*
20. Petrus II. — Pistus.

21. Ti-

(*) De Patriarchatu Alexandrino, & Alexandrinis Patriarchis ex instituto agunt Joannes Baptista Sollerius *Comm. de Patriarchis*, qui limen *Tom. V Actor. Sanct.* mensis Junii ornat. De munere, auctoritate, & creatione eorum Eusebius Renaudotius legi debet *Diss. de Patriarcha Alexandrino*, *quae Tom. I Liturgiar. Oriental. pag.* 365 extat. Græcus Patriarcha hodie nullos Episcopos sibi subjectos habet, sed Chorepiscopos tantum. Episcopi omnes obtemperant Patriarchæ Monophysitarum.

(a) Patriarchæ Alexandrini a S. Aniano ad Athanasium usque in puritate fidei perseveravere. Hæc ab Arianis sæc. IV exagitata fuit, itaut eorum hæresis omnium, quæ Ecclesiam vexarunt, perniciosissima fuerit. Arium enim secuti sunt, qui, inquit

	21. Timotheus.	Gregorius.
	22. Theophilus.	
	23. S. Cyrillus. (**)	Gregorius.
(b) *Eutychiani*.	24. Dioscorus. (***)	Lucius.
Dioscorus *idem*.	25. S. Proterius.	
Timotheus Ælurus.	26. Timotheus *Salofaciolus*.	
Timotheus Æl. *iterum*.	27. S. Joannes I. *Talajas*.	
Petrus Mongus.	28. * * *	
Petrus Mong. *iterum*.	29. * * *	
	30. * * *	
Athanasius II.	31. * * *	
Joannes I.	32. * * *	
Joannes II.	33. * * *	
	34. * * *	
Dioscorus II.	35. Paulus.	
Timotheus II.	36. Zoilus.	
Gajanus.	37. Apollinaris.	
Theodorus.	38. Joannes II.	
Dorotheus.	39. Elpidius *Gajanita*.	
Petrus III. Eutych.	40. Joannes III. Theodosianus.	
JoannesIII.Th.idemEut.	41. Eulogius I.	
Damianus Eutych.		
	42. Theodorus.	
	43. Joannes IV. Eleemosynarius.	

Ana-

quit dell' Aquila, artic. *Ariani*, *entrò in un ragionamento sì avanzato, che distrusse la divinità di Gesù Cristo, sotto pretesto di voler distinguere le Persone*.

(**) Celebre est nomen Cyrilli Alexandrini. In Ephesino Concilio anno 421 causam Catholicorum contra Nestorium egregie defendit.

(***) Post Dioscorum nefarium Euthichianæ factionis patronum & aliqui vixerunt, qui eos reprimere conarentur qui novis rebus studerent, permulti tamen Monophysitarum partes sequebantur, Ecclesiamque in sectas lacerabant, quoad Ægyptus in potestatem Muhamedanorum venit. Tunc enim afflictæ, ac pene funditus sublatæ opes Catholicorum sunt, quod maxima pars incolarum, aut Dioscori, aut Græcorum sententias consectarentur.

(b) Dioscorus, ut primum e quodam Constantinopolis cœnobio Eutychiana hæresis erupit, illius errorem statim amplexus est, docebatque cum Eutychete, inquit Dell' Aquila artic. *Eutichiani*, „che non vi „ fosse che una natura in Gesù Cristo, poi„ chè la Chiesa aveva definito contro Ne„ sto-

Anastasius Jacobita. (c)		
Andronicus Jac.	44. Georgius Melchita. (d)	
Joannes IV. Jac.	45. * * *	
Benjamin Jac.	46. * * *	Cyrus Monothelita. (e)
Agatho jac.	47. * * *	
Joannes V. SemnudæusJ.		
Isaac Jac.	48. * * *	Petrus Monoth.
Simon Jac.	49. * * *	
Alexander jac.	50. Cosmas Melc.	
Theodorus Jac.		
Chail Jac.	51. Politianus Melc.	
Mennas Jac.		

52.

„ storio di non esservi che una persona. „ Riconobbe, che il Corpo di Gesù Cristo „ veramente era stato formato dal Corpo „ della Vergine Santissima, ma pretendeva „ che la natura divina ed umana essendo „ unita nella persona di Gesù Cristo senza „ alcuna divisione, non risultava da que„ sta unione, che una sola natura; ciò „ che era formalmente contrario alla dot„ trina della Chiesa . . . Nondimeno l'E„ resia di Eutichete si sparse nell' Orien„ te, il famoso Dioscoro Patriarca di A„ lessandria sene dichiarò il Protettore. "

(c) Jacobitas, sive Monophysitas affines cum Eutychianis habeto. Sed ita inter se discrepant (inquit Mosh. *Hist. Eccl. Sæcul. XVI, Sect. III, part. I, §. XIII.*) ut illi cum Dioscoro, Bersuma, Fullone & aliis statuant divinam Christi & humanam naturam in unam coaluisse naturam: ne Eutychen sequi videantur unam quidem Christi naturam, sed simul duplicem & compositam esse contendant. Atque hæc declaratio, sequitur *l. c.* præfatus Mosh., satis indicat, doctissimos viros haud temere decernere, qui putant, Monophysitas verbo magis, quam re a Græcorum & Latinorum sententia discedere. Vid. La Croze *Christianisme des Indes p.* 23, Assemani *Tom. II, p.* 291, 297, Rich. Simon *Histoire des Chretiens Orientaux p.* 119, Jo. Joach. Schroderi *Thesaurus linguæ Armenicæ, p.* 276.

(d) Melchitæ: c'est le nom que l'on donne aux Chretien Orthodoxes Orientaux (inquit Morerius artic. hujus nominis) qui suivent la doctrine du Concile de Chalcedonie, & reconnoissent deux Natures en une Personne, en quoi ils sont differens des Nestoriens qui croyent deux Personnes en Jesus Christ, & des Jacobites qui ne reconnoissent en lui qu' une seule Nature. Ce mot est tiré de l' Heben *Melech*, qui signifie *Roi*, parce qu' ils suivent le Decret du Concile de Chalcedonie, soutenu par l' Empereur Marcien, qui a eu beaucoup de part a cette decision. Peu de tems apres ce Concile, les ennemis de la doctrine qu' il avoit etablie, leur donerent le nom de Melchites: ainsi ceux qui reçoivent le Concile de Chalcedonie, sont mis au nombre des Melchites, par les differentes Communions des Orientaux, ou Syriens Orthodoxes sur le dogme de l' Incarnation.

(e) Monothelitæ utut in Christo duplicem confiterentur naturam, unam tamen & hanc divinam adstruebant operationem, & voluntatem (inquit de l'Aquila art. hujus nominis). „ I Capi, sequitur ipse, di „ questa Eresia furono Sergio, Patriarca di „ Costantinopoli, Ciro Patriarca di Alessandria. Questa Eresia fu condannata „ nel VI Concilio generale di Constanti„ nopoli. "

Jus Patriarchicum. H

Joannes VI. Jac.	52. Eustatius Melc.
Marcus Jac.	
Jacob Jac.	53. Christophorus Melc.
Simon Jac.	
Joseph Jac.	54. Sophronius Melc.
Michael II. Jac.	55. Michael I. Melc.
Cosmas II. Jac.	
Sanutius Jac.	
Michael III. Jac.	56. Michael II. Melc.
Gabriel Jac.	57. Chistodulus Mel.
Cosmas III. Jac.	
Macarius Jac.	58. Eutychius Melc.
	59. Sophronius I. Mel.
	60. Isaac Mel.
	61. Job Mel.
Theophanius Jac.	62. Elias Mel.
Mennas II. Jac.	
Ephrem Jac.	63. Arsenius Mel.
Philotheus Jac.	64. Theophilus, seu Georgius Mel.
Zacharias Jac.	65. Alexander II. seu Leontius Mel.
Sanutius II. Jac.	66. Joannes V. Mel.
Christodulus Jac.	67. Sabas Mel.
Cyrillus II. Jac.	68. Theodosius Mel.
Michael Jac.	69. Cyrillus Mel.
Macarius Jac.	70. Eulogius II. Mel.
Gabriel Jac.	
Michael Jac.	
Joannes VII. Jac.	71. Sophronius II. Mel.
	72. Elias Mel.
Marcus Zaara Jac.	
	73. Marcus Mel.
Joannes VIII. Abugaleb J.	
	74. Nicolaus I. Mel.
	75. Georgius I. Mel.
	76. Nicolaus II. Mel.

Cyrillus Jac.		
Anastasius Jac.	77. Athanasius II. Mel.	
	78. Athanasius III. Mel.	
Gabriel Jac.		
Joannes IX. Jac.		
Theodosius Jac.		
Joannes X. Jac.		
	79. Gregorius II. Mel.	
Joannes XI. Jac.	80. Gregorius III. Mel.	Ægidius Patr. Ritus Lat. (*f*)
		Odo de Salla P. R. L.
Benjamin Jac.		Joannes I. P. R. L.
Petrus IV. Jac.		Guillelmus P. R. L.
Marcus Jac.		Humbertus P. R. L.
Joannes XII. Jac.	81. Niphon Mel.	Arnaldus P. R. L.
Gabriel Jac.	82. Marcus Mel.	Joannes II. P. R. L.
		Petrus I. P. R. L.
	83. Nicolaus III. Mel.	Petrus II. P. R. L.
Matthæus Jac.	84. Gregorius IV. Mel.	Leonardus Delphinus P.R.P.
Gabriel Jac.	85. Philotheus Mel.	Ugo P. R. L.
Joannes XIII. Jac.	86. Athanasius IV. Mel.	
Matthæus Jac.	87. Marcus Mel.	
Gabriel Jac.	88. Philotheus Mel.	
Michael Jac.		
Joannes XIV. Jac.	89. Gregorius V. Mel.	
Joannes XV. Jac.	90. Joachim Mel.	
Gabriel Jac.	91. Silvester Mel.	
Joannes XVI. Jac.		
Gabriel Jac.	92. Meletius Mel.	
Marcus Jac.	93. Cyrillus Lucaris M.	

94.

(f) Quamvis de prima & peculiari Patriarcharum Alexandrinorum Ritus Latini institutione nihil certi habeamus, attamen generatim constat Patriarchas hujusmodi creari in Orientis partibus cœpisse post expugnatam a Francis & Latinis Antiochiam an. 1098. Vid. Le-Quien *Tom. III, in Dissertation. prælim. de Præsulibus Rit. Lat. pag.* 785. Eorum privilegia vide in Litteris Apost. quas Innoc. III dedit ad Thomam primum Constantinopolitanæ Sedis Patriarcham Kalend. Aprilis an. Pontif. sui 8, Christi 1205.

Joannes XVII. Jac.	94. (g) Gerasimus I. Mel.
	95. Metrophanes Mel.
Matthæus Jac.	
	96. Nicephorus Mel.
	97. Joannes VI. Mel.
Marcus Jac.	
Matthæus Jac.	
	98. Joachim Mel.
	99. Paisius Mel.
Joannes XVIII. Jac.	
	100. Partenius Mel.
	101. Gerasimus II. Mel.
Petrus V. Jac.	102. Samuel Mel.
Joannes XIX. Jac.	103. Cosmas M. an. 1730.



III.

(g) Alexandrinus Patriarcha nunc plerumque versatur Cahiræ. Mosh. *Hist. Eccl. loc. cit.*

III.

PATRIARCHATUS ANTIOCHENUS (*)

S. JACOBUS ALPHÆI.

1. Evodius.
2. Ignatius *martyr*.
3. Heron.
4. Cornelius.
5. Eros.
6. Theophilus.
7. Maximus.
8. Serapion.
9. Asclepiades.
10. Philetus.
11. Zebennus.
12. Babilas.
13. Fabius.
14. Demetrius.
15. Paulus.
16. Domnus.
17. Timæus.
18. Cyrillus.
19. Tyrannus.
20. Vitalis.

21. Phi-

(*) De Patriarchis Antiochenis singularem librum Jesuitæ *Tom. IV Actorum SS. Mensis Julii* præmiserunt. Addatur de tractu Pontificis Antiocheni aliisque rebus ad eum pertinentibus Blasius Tertius *in Siria Sacra*, seu Descrizione Historico-Geografica delle due Chiese Patriarcali Antiochia, e Gerusalemme, Romæ 1695. Tres sunt Antistites in Syria, qui Antiocheni Patriarchæ nomen, & dignitatem sibi vendicant. Primus Græcorum, seu Melchitarum; sic enim Christiani in Syria nominantur, qui Græcorum Religionem, & instituta sequuntur; alter Monophysitarum; tertius Maronitarum.

21. Philogonius.
22. Paulinus I.
23. Eustatius.
24. Eulalius.
25. Eusebius *Cæsareensis*.
26. Euphronius.
27. Flacillus.
28. Stephanus I.
29. Leontius.
30. Eudoxius.
31. Anianus.
32. Meletius.
33. Paulinus *simul* (a)

Dorotheus Arianus.

34. Flavianus.
35. Evagrius *simul*.
36. Porphirius.
37. Alexander.
38. Theodotus.
39. Joannes. (**)
40. Domnus II.
41. Maximus.
42. Basilius.
43. Acacius.
44. Martyrius.
45. Julianus.

Petrus Fullo Monophysita.

Petrus *idem iterum*. — 46. Stephanus.

Joannes II. Monoph. — 47. Celandion.

Pe-

(a) Sedes Patriarchatus Antiocheni sese fine turbis habuit ab Evodio usque ad Paulinum.

(**) Satis sunt omnibus explorata, quæ pro Nestorio primum ab Joanne Antiocheno, deinde vero a Petro Fullone, Joanne II, Severo pro Monophysitis, postea vero a Macedonio, Georgio, & Macario pro Monothelitis in Antiochia gesta fuerunt. Nunc in ea urbe dominatur schisma Græcorum.

Petrus Fullo *tertio*.	48. Flavianus.	
Palladius Monoph.	49. Paulus II.	
	50. Euphrasius.	Severus Jacobita.
	51. Ephræmius.	Sergius jac.
	52. Domnus III.	Paulus jac.
	53. Anastasius I.	Petrus jac.
	54. Gregorius.	Julianus jac.
	55. Anastasius I. *iterum*.	Athanasius I. jac.
	56. Anastasius II. *martyr*.	Joannes I. jac.
	57. Athanasius.	Theodorus jac.
Macedonius Monothelita.	58. Theophanes.	Severus II. jac.
Georgius I. Monoth.	59. Alexander II.	Athanasius II. jac.
Macarius Monoth.	60. Thomas.	Julianus II. jac.
	61. Georgius II.	Elias jac.
	62. * * *	Athanasius III.
	63. * * *	Joannes II. jac.
Joannes Maro I. Maronit. (b)		
	64. * * *	Isaac jac.

65. Ste-

(b) Mosh. *Hist. Eccl. sæc. XVI, sect. III, par. I, §. XXIV.* Maronitarum gens, quæ montes Libani, & Anti-Libani maxime occupat, tota ab eo tempore, quo Latini terram sanctam invaserunt in Pontificis Romani ditionem transiit .... Et in Notis: Maronitarum Doctores studiosissime disputant, ut Religionem Romanam puram semper & illibatam in gente sua sine ulla erroris contagione servatam fuisse, convincant. Fecit hoc præter cæteros magna industria Faustus Naironus *in Dissertatione de origine, nomine, ac Religione Maronitarum, Romæ 1679* in 8 edita. Sed doctissimi quique inter Pontificios viri credendum esse his negant, atque Maronitas prolem Monophysitarum esse, & Monothelitarum ad duodecimum usque sæculum, quo Latinis sese sociarunt, sententiis favisse, contendunt. Vid. Rich. Simonii *Histoire Critique des Chretiens Orientaux cap. XIII*, Euseb. Renaudotius *Hist. Patriarch. Alexandrinorum, in præfat.* III, & in ipsa *Hist.* Mediam quodammodo sententiam sequitur Jos. Simon Assemani, ipse Maronita, *Biblioth. Oriental. Vaticana Tom. I, pag.* 496. Rem in medio reliquit Mich. Le-quien. *Tom. III, p. I,* 5, ubi ex instituto de Maronitica Ecclesia, ejusque Præfectis agit. Ego quidem Maronitis, qui Syrorum more nimis esse gloriosi solent, fidem haud facile quemquam habiturum esse arbitror, qui modo cognoverit, necdum omnes Maronitas in fidem & clientelam Rom. Pontificis sese contulisse &c. Vid. Benedict. XIV Const. quæ incip. *Antequam vos certiores, & alibi*.

Cyrus Maron.	65. Stephanus III.	Athanasius IV. Jac.
Gabriel Mar.	66. Theophylactus.	Georgius *primo* jac.
Joannes II. Mar.	67. Theodorus I.	Joannes *intrusus*. jac.
	68. Theodoretus.	David *intrusus*. jac.
Joannes III. Mar.	69. Jobus.	Georgius *idem secundo* jac.
Theophilus Mar.	70. Christophorus.	Joseph jac.
Gregorius I. Mar.	71. Nicolaus I.	Cyriacus jac.
	72. Stephanus IV.	Abraham *antipatriar.* jac.
	73. Theodosius I.	Dionysius I. jac.
	74. Eustatius II.	Abraham *antipatriar.* jac.
	75. Simeon I.	Simeon *antipatriar.* jac.
	76. Elias I.	Joannes III. jac.
Stephanus Maron.	77. Theodosius II.	Zebinas *antipatriar.* jac.
Marcus Maron.	78. Theodoretus II.	Ignatius I. jac.
Eusebius Maron.	79. Agapius I.	Theodosius jac.
Joannes IV. Maron.	80. Christophorus *mart.*	Dionysius II. jac.
David I. Maron.	81. Eustatius.	Joannes IV. jac.
Gregorius II. Maron.	82. Theodorus II.	Basilius jac.
Theophylactus Maron.	83. Agapius II.	Joannes V. jac.
Isa Maron.	84. Joannes III.	Joannes VI. jac.
Domitius Maron.	35. Nicolaus II.	Dionysius III. jac.
Isaac Maron.	86. Elias II.	Abraham jac.
Joannes V. Maron.	87. Theodorus III.	Joannes VII. jac.
Simon I. Maron.	88. Basilius II.	Athanasius V. jac.
Hieremias I. Maron.	89. Petrus III.	Joannes VIII. jac.
Joannes VI. Maron.	90. Theodosius III.	Dionysius IV. jac.
Simon II. Maron.	91. Æmilianus.	Joannes IX. jac.
Simon III. Maron.	92. Nicephorus.	Athanasius VI. jac.
Joseph Maron.	93. Joannes IV.	Joannes *Barsusan.* jac.

Petrus

			Joannes X. Jac.
Petrus Maron.	94. Theodosius IV.		Basilius II. jac.
Gregorius III. mar.	95. Joannes V.	Bernardus P.R.L.	Joannes XI. jac.
Jacobus I. mar.	96. Sothericus	Radulphus P.R.L.	Dionysius V. jac.
			Joannes XII. jac.
Joannes VII. mar.	97. Athanasius II.		Dionysius VI. jac.
* * *	98. Simon	Aymericus P.R.L.	Athanasius VII. jac.
* * *	99. Theodorus IV.	Radulph. II. P.R.L.	Joannes XIII. jac.
			Athanasius VIII. jac.
* * *	100. Joachim I.	Petrus I. P.R.L.	Michael I. jac.
Lucas I. mar.	101. Hierotheus.	Petrus II. P.R.L.	Athanasius IX. jac.
aaniel I. mar.	102. Simon III.	Raynerius P.R.L.	Michael *junior* jac.
			Joannes XIV. jac.
Joannes VIII. mar.	103. David.	Albertus P.R.L.	Ignatius II. jac.
Simon IV. mar.	104. Euthymius.	Elias P. R. L.	Dionysius VII. jac.
Lucas II. mar.	105. Theodosius V.		Joannes XV. jac.
			Ignatius III. jac.
Gabriel II. mar.	106. Arsenius II.	Christianus P.R.L.	Ignatius IV. jac.
	107. Cyrillus II.		Ignatius V. alias I. dictus jac.
	108. Dionysius I.		
Simon V. mar.	109. Cyrillus III.	Opizio P. R.L.	Ignatius Barsumas. jac.
	110. Dionysius II.	Isnardus P. R. L.	Michael Antipatr. jac.
	111. Sophronius.		
	112. Joannes VI.		Ignatius Constantius antipat. jac.
	113. Marcus I.	Gerardus P.R.L.	Ignatius VI.
Joannes IX. mar.	114. Ignatius II.		Michael II. & Constantinus ant. jac.
	115. Pachomius I.		Philoxenus antipar. jac.
	116. Michael I.		
	117. Pachomius *iterum*.		Ignatius VII. alias III. jac.
avid Dmaron.	118. Marcus II.		Ignatius VIII. alias IV. jac.
	119. Pachomius II.		
	120. Niphon.		Ignatius IX. alias V. jac.
	121. Michael II.		
Joannes X. maron.	122. Pachomius III.		Ignatius X. alias VI. jac.
	123. Joachim III.		Ignatius XI. alias VII. jac.
	124. Marcus III.		
	125. Dorotheus I.		Ignatius XII. alias VIII. jac.
	126. Michael III.		Ignatius XIII. alias IX. jac.
Jacobus II.	127. Theodorus V.		

	128. Michael IV.	Ignatius XIV. alias X. Jac.
	129. Dorotheus II.	Ignatius XV. alias XI. jac.
Petrus II. Maron.	130. Michael V.	Ignatius XVI. alias XII. jac.
	131. Dorotheus III.	Ignatius XVII. alias XIII. jac.
	132. Joachim IV.	Ignatius XVIII. alias XIV. jac.
	133. Michael VI.	Ignatius XIX. alias XV. jac.
Simon VI. maron.	134. Joachim V.	Ignatius XX. alias XVI. jac.
	135. Macarius II.	Ignatius XXI. alias XVII. jac.
Moyses maron.	136 Michael VII.	Ignatius XXII. alias XVIII. jac.
	137. Joachim VI.	Ignatius XXIII. alias XIX. jac.
Michael Risius maron.	138. Joachim VII.	Ignatius XXIV. alias XX. jac.
Sergius Risius maron.	139. Dorotheus IV.	Ignatius XXV. alias XXI. jac.
	140. Athanasius III.	Ignatius XXVI. alias XXII. jac.
Joseph II. maron.	141. Ignatius IV.	Ignatius XXVII. alias XXIII. jac.
Joannes XI. maron.	142. Cyrillus IV.	
Georgius I. maron.	143. Euthymius II.	
Elias maron.	144. Eutychius.	
Joseph III. maron.	145. Macarius II.	
Joannes XII. maron.	146. Cyrillus V.	
Georgius II. maron.	147. Neophitus.	
Stephanus II. maron.	148. Cyrillus V. *iterum*.	
Gabriel II. maron.	149. Athanasius IV.	
	150. Cyrillus V. *tertio*.	
Jacobus II. maron.	151. Seraphinus.	
	152. Athanasius IV.	
Joseph *electus* maron.	153. Cyrillus VI. Catholicus. (*c*)	

154.

(c) Ex litteris Tripoli Syriæ datis a Domino Jacobo Lemaire nationis Gallicanæ ibidem consule, sedebat *Sylvester* Antiochenus Patriarcha septimo jam currente Pontificatus anno; quum interim Cyrillus, qui prior Damasci electus, & consecratus fuerat ejusdem Sedis legitimus Patriarcha, exul ageret. Hic siquidem Romanæ Sedis communionis censor cum esset, & ab eadem Sancta, & Apostolica Sede confirmatus, Schismaticorum artibus cedere coactus fuit, Libanum montem petiit, ubi paucis quibusdam præest Episcopis; uti aliæ ferunt litteræ ad nos Constantinopoli datæ, Mense Augusto 1734. Sylvester autem, agentibus Anglorum Protestantium Primoribus Turcarum Sultani auctoritate Sedem retinuit, & a Græcis omnibus schis-

Joseph IV. maron. 154. Sylvester schismaticus ann. 1734.



IV.

---

schismaticis habetur Patriarchæ loco .. Vid. Constitut. Benedict. XIV, quæ incipit, *Magnus Pontifex*, ubi hæc habentur: Primis temporibus Antiochenam Sedem occuparunt Episcopi sanctitate clarissimi Evodius, Ignatius, Meletius, & Flavianus. At vero Sæculo V vergente, dilacerato per Nestorii, & Eutychetis hæreses Oriente, Antiochena Ecclesia turpiter deformata est; quippe quæ divisa fuit inter eos, qui Concilii Chalcedonensis definitionibus sese opposuerunt, quique adhuc per hos dies Jacobitarum nomine subsistunt, & inter illos, qui Concilii dogmata venerantes Marciani Imperatoris edictis obsequentes fuerunt, atque hinc Melchitæ, h. e, Regii, nuncupati sunt . . . . Post hæc ineunte Sæculo XI, Petrus III Patriarcha Antiochenus de more Antecessorum suorum S. Leoni IX Romano Pontifici se ad Patriarchatus dignitatem fuisse promotum significavit, in ea petens ab eo confirmari, sicut revera confirmatus est a Schismate hac rationi secedens. Dorothæus I cum Ecclesia Romana in Concilio Florentino sese conjunxit. Cum autem idem Patriarchatus rursus esset in Schisma delatus, nulla resipiscentiæ lux affulsit, nisi labente sæculo XVII, quo iterum ad Ecclesiam reversi sunt primo Euthymius Melchita Tyri, & Sidonis Archiepiscopus, deinde Athanasius Patriarcha, ejusque successor Cyrillus, & tandem modo alter Cyrillus. Vid. *ibid.*



IV.

PATRIARCHATUS EPHESINUS.

S. JOANNES APOSTOLUS.

1. Joannes I.
2. Onesimus.
3. Polycrates.
4. Apollonius.
5. Monophantus.
6. Evethius.
7. Antoninus.
8. Heraclides.
9. * * *
10. Castinus.
11. Memnon.
potestas non excedebat territorii fines, & angustioribus etiam, quam centesimi, terminis claudebatur. Quin immo Emmanuel Scheltrate *loc. cit.* Pagius *ad an.* 325, *num.* 34, Carolus a S. Paulô in sua *Geographia sacra*, aliique passim considerantes VI Canonem Nicænum, seu verius explicationem, quam ei adjecit Ruffinus, quæ huic controversiæ potissimam occasionem præbuit; ubi enim Canon Nicænus habet: *Antiqua consuetudo servetur per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim; ita ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quia & Urbis Romæ Episcopo parilis mos est:* legit Ruffinus: *Ut apud Alexandriam, & in urbe Romæ vetusta consuetudo servetur, ut ille Ægypti, vel hic suburbicariarum Ecclesiarum solicitudinem gerat:* hæc inquam considerantes, non immerito existimant, nomine *Suburbicariarum Ecclesiarum*, quarum specialem solicitudinem habet Romanus Pontifex, non solum intelligi provinciam Romanam, sed omnes comprehendi Occidentis regiones, quæ Romano Pontifici, tamquam Patriarchæ parebant: siquidem Concilium Nicænum, & Ruffinum, non de Metropolitico, sed de Patriarchico jure loqui, ex contextu liquet; atque exinde conficitur, Suburbicarias regiones, de quibus Ruffinus, non solum intra centesimum ab Urbe lapidem non esse conclusas, sed ad universum porrigi Occidentem.

(f) De Marca *lib.* I, *cap.* 7, §. 7. Si quis jus præcipuum Romani Pontificis in cæteras occidentis provincias curiosius expendat, summum quidem illud esse reperiet, sed non ita explicatum, ut Synodos ordinationesque Episcoporum sibi ascisceret, quemadmodum in Suburbicariis provinciis.

In majoribus tantum causis, in legibus ferendis, in relationibus discutiendis, ad conservandam unitatem Ecclesiæ, auctoritas illa Patriarchica versabatur. Hac ratione Concilia Gallicanæ, Africanæ, & cæterarum Diœceseon, cum Romanis Conciliis connectebantur; ita, ut plena Synodus occidentalium e Synodo Romana constaret, conjunctis cæterarum Diœceseon Synodis; quæ, si de causa communi ageretur, per legatos decreta sua referebant. Hæc est sententia Concilii illius Romani, quod sub Agathone habitum est adversus hæresim Monothelitarum; cujus Epistola synodica ad Constantinum Pogonatum Imperatorem missa, & actis sextæ Synodi inserta testatur, omnes illas Synodos, quæ per occidentis & septentrionis provincias ad oceanum usque porrectas ab Episcopis coguntur, qui apud Longobardos, Sclavos, Francos, Gothos atque Britannos degunt, ad Synodum Apostolicæ Sedis pertinere. Cum enim moram Legatorum excusaret, quos a Synodo Romana Constantinus expectabat, *Numerosa multitudo nostrorum*, inquit, *usque ad oceani regiones extenditur, cujus itineris longinquitas in multi temporis cursum protelatur. Sperabamus deinde de Britannia Theodorum consamulum & coepiscopum nostrum magnæ insulæ Britanniæ Archiepiscopum & Philosophum cum aliis, qui ibidem usque hactenus demorantur exinde, ad nostram humilitatem conjungere, atque diversos hujus Concilii Episcopos in diversis regionibus constitutos, ut a generalitate totius Concilii servilis nostra suggestio fieret; ne, si pars tantum, quod agebatur, cognosceret, partem lateret. Et maxime quia in medio gentium tam Longobardorum quamque Sclavorum, nec non Francorum & Gothorum, atque Britannorum, plurimi consamulorum nostrorum esse noscuntur, & qui de hoc curiose satagere non desistunt, ut cognoscant, quid in causa Apostolicæ fidei peragatur.*

(g) De Marca *loc. c.* §. 6. Ut explicatio canonis sexti in pauca contrahatur, rectissime & ex usu recepto Ruffinus com-

jure ageret, non esset, cur Libyam & Pentapolim (*h*) Alexandrino, nec Cala-

poni inter se Alexandrinum & Romanum Episcopum in eo scripsit, quod illæ Ægyptiacæ Diœceseos ἐξουσίαν habere debeat, eodem jure, quo Episcopus Romanus utebatur in Diœcesi Urbicaria, seu, ut Ruffinus elegantissime loquitur, in *Ecclesiis suburbicariis*, idest in iis Ecclesiis, quæ decem provinciis suburbicariis continebantur. Earum enim provinciarum & Synodus, & ordinatio, & plena liberaque administratio, ad Episcopum Romanum pertinebat; ut Episcopo Alexandrino in Ægyptiaca Diœcesi, & Antiocheno in orientali. Sapienter autem Ruffinus comparationem his finibus coercuit, quia scilicet uberiori jure fruebatur Romanus Pontifex, quam cæteri Diœceseon singularum Exarchi. Etenim & plures majoresque Diœceses tenebat, ut cum Synodo Arelatensi loquar, & principatum totius Ecclesiæ gerebat: in quibus duobus capitibus duos illos Patriarchas, cum Romano non componi Ruffinus censuit, sed tantum ratione habita Ecclesiarum suburbicariarum.

Usus est hac voce Ruffinus in superhabito discrimine; quod inter *suburbicarias*, & *urbicarias* regiones eruditis est animadversum, qui suburbicarias dici eas, quæ non longe abessent ab urbe adnotarunt, urbicarias vero, quæ Vicario Urbis parebant. Cæterum hanc κυριολογίαν anxie & scrupolose observavit ille Canonum interpres Dionysio antiquior, qui sexti Canonis Nicæni sententiam his verbis expressit: *De primatu Ecclesiæ Romanæ, & aliarum civitatum Episcopis. Antiqui moris est, ut suburbicaria loca & omnem provinciam sua sollicitudine gubernet*. His verbis, in quibus explicandis frustra viri eruditi laborarunt, Metropolim & Diœcesim Romani Episcopi designavit. Per loca suburbicaria regiones illas quatuor intellexit, quæ, aliquot civitatibus adjectis, integram Metropolim Romanam e sexaginta novem Episcopatibus conflatam constituunt, ut dixi superius. Per *provinciam* autem more suo Diœcesim significat, nempe Urbicariam. Solet enim interpres ille διοικήσεως vocem, quæ in Concilii Constantinopolitani canone II, & in cap. IX, & XVII Concilii Chalcedonensis extat, provinciæ vocabulo explicare, ut vidimus in veteri MS. codice. Itaque ex sententia hujus interpretis nostra opinio Ruffinique comparatio omni ex parte confirmatur.

Hæc distinctio, quæ nondum, ut existimo, observata fuit, Novatorum argutias refellit; qui comparationem trium Patriarcharum ea conditione institutam putant a Concilio Nicæno, ut primas quidem partes Romanus obtineret, cæterum in sua Diœcesi quisque summo jure cum sua Synodo uteretur. Perspicere enim debuerant, mores antiquos hoc canone firmari, atque adeo totam, quantacunque erat, Romani Pontificis auctoritatem. Quare prudenter Ruffinus non in omnibus articulis, sed in eo jure Patriarchico, quod obtinebat in Diœcesi urbicaria, Romanum Pontificem cum Alexandrino Episcopo conferri adnotavit.

(h) Bingham. *T. I, pag.* 247. Epiphanius & Synesius expressam Archiepiscoporum, & Metropolitanorum mentionem faciunt, qui Episcopo Alexandrino temporibus Athanasii, qui ambo Concilio Nicæno interfuere, subjecti fuerunt. Ipsa eorum loca recitabo. Synesius *Epist. 67 ad Theoph. pag.* 231, dicit, *magnum illum Athanasium, cum exiguam adhuc orthodoxæ fidei scintillam, quæ in Ptolemaide esset, fovere & magis magisque accendere oporteret, Siderium, Episcopum Palebiscensem, hominem majoribus rebus gerendis idoneum, eo commigrare jussisse, ut Metropolitanam Ecclesiam gubernaret*. Et Epiphanius de *Meletio*, schismatis *Meletiani* ante Concilium *Nicænum* auctore, loquens, *Is ipse Meletius*, inquit, *Archiepiscopus in Ægypto, & Alexandro subjectus, rem omnem* (de Ario) *ad Alexandri Archiepiscopi aures detulit*. Hæc iis consonant, quæ de ipso alibi dicit: *Ille quidem* (Meletius) *cæteris Ægypti Episcopis antecellens, secundum a Petro dignitatis locum obtinebat, utpote illius adjutor: sed eidem tamen subjectus, & ad ipsum de causis ecclesiasticis referens. Hic enim mos est Alexandrinorum Episcoporum, ut per totam Ægyptum, ac Thebaidem, Mareotem, Libyam,*

labriam, Siciliam, Sardiniam suis Metropolitis (*i*) minime carentes (Vid. S. Gregor. *in Regest. Epist. Syn. Conc. Rom. sub Agath. in act. Concil. VI.*) Romano Metropolitæ iterum recoquendas præberemus.

QU-

byam, Ammoniacam, Mareotidem & Pentapolin Ecclesiastica negotia administrent. Vid. infra Quæst. XXIII, §. 5.

(i) De Marca *l.* 1, *cap.* 7, *num.* 4. Viris eruditis assentiri non possum, qui provincias istas Metropolitis destitutas fuisse putant, cum vera ratio in contrariam sententiam impellere debeat. Etenim cuique provinciæ suus præesse debet Metropolitanus; ut decrevit Nicæna Synodus, & Innocentius atque Leo suis decretis sanxerunt. Si ergo in Provinciarum censum Campaniam, Calabriam, Apuliam, Brutios, Siciliam, & Sardiniam adciverimus, confecta erit probatio. Atqui Athanasius Campaniam, Apuliam & Calabriam iis provinciis annumerat, quæ ejus communionem retinuerant. De Apulia liquido Innocentius his verbis: *Innocentius Agapeto, Macedonio & Mariano, Episcopis Apulis. Multa in provincia vestra contra canones ecclesiasticos decretaque Majorum usurpari a plurimis, & relationes diversorum & suggestiones fidissimæ retulerunt.* Idem Episcopis per Brutios litteras suas dedit. Calabriæ, Siciliæ, Sardiniæ Metropolitanos videre est in Gregorii regestis, & Provinciarum Campaniæ, Calabriæ, Brutiorum & Siciliæ Episcopos in subscriptionibus epistolæ synodicæ illius Concilii, quod ab Agathone habitum est Romæ. Non me latet, quin objici possit, non fuisse perpetuum, ut singulis provinciis civilibus, quæ aliquando angustissimis limitibus finiebantur, sui præessent Metropolitani, immo vero in dicta Concilii Romani synodica epistola Picenum & Tusciam inter provincias Italiæ describi, quarum tamen maxima portio in ordine ecclesiastico a Romana Metropoli penderet. Sed illud non impedit, quin extra Romanam Metropolim cujus fines ex veteri Notitia & ex Athanasio descripsimus, necessario assignandæ sint aliæ Metropoles. Restant enim in Italiæ Continenti quatuor provinciæ, Campania scilicet, quæ a Consulari, Samnium, quod a Præside regebatur, Apulia cum adjuncta Calabria, quæ Correctori suberat, & Brutia cum Lucania, quæ alteri Correctori parebat. Ex insulis, Sicilia erat sub Consulari, Sardinia & Corsica sub suis singulæ Præsidibus. Quin Siciliæ administrationem ecclesiasticam obtineret Metropolita Syracusarum, dubitare non sinit Epistola Constantini Imperatoris ad Chrestum Syracusanum apud Eusebium, neque de Calaritano Episcopo Sardiniæ Metropolita Theodoretus. Capuam vero Campaniæ metropolim fuisse, disertis verbis testatur Athanasius; quæ tamen minuta capite pristinam dignitatem circa annum DCCCCLXX recuperavit beneficio Joannis Papæ. Urbem autem Rhegium, quæ in Brutio sita est, Metropoleos dignitate ornatam fuisse, discimus ex Notitia veteri Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quæ inter Metropoles avulsas a Romana Diœcesi Syracusas recenset atque Rhegium ex Italiæ provinciis.



Q U. X.

Quam regulam secuti sunt Apostoli in Provinciarum distributione?

§. I. Uemadmodum Christus Dei Filius Ecclesiæ suæ formam non ab hominibus mutuatus est, nec ad humanarum Rerumpublicarum exemplar affinxit; (Vid. supra L. I, Q. II.) ita etiam Apostoli vestigiis sui Magistri nunquam non inhærentes Ecclesiasticarum Provinciarum distributionem ad Civilium Provinciarum normam minime exegerunt.

§. II. Sunt quidem, non inficior, multa & in Civili, & in Ecclesiastica Republica sibi affinia, propinqua, & maxime cognata. At quid tum? Num ideo Ecclesiam ea ab Republica sumpsisse censendum? Cur non potius dicendum & Rempublicam, & Ecclesiam vel naturæ instinctu, vel rationis lumine, vel populorum receptis antea moribus ductas in eamdem rem ambas & convenisse, & consensisse?

§. III. Non defuerunt, qui eam etiam imbiberent sententiam, plures ethnicorum ritus in Ecclesiam esse derivatos, eo quod inter ethnicas, & Christianas cærimonias aliqua affinitas, & similitudo intercedere videretur. Sed hæc opinio, quæ per multorum animos pervaserat, a doctissimis viris refutata atque rejecta est (Vide Dissertat. Petri Lazeri), nebulaque Soli opposita jam disjecta, illud tandem clara in luce refulsit, nullam a Catholica Ecclesia Cærimoniam usurpatam fuisse, quæ aliunde, quam ab ethnicis, non sit repetenda.

§. IV. Demus igitur & nos operam, ut hunc alium errorem plurimorum mentibus insitum, ac vetustum evellamus, atque adversus Gothofredum, Salmasium, Marcam, Binghamum ostendamus, Ecclesiam in Patriarchali dignitate instituenda quidvis aliud præ oculis tulisse, quam politicas Præfecturas, atque Præturas, alias Civiles Diœceses, alias Ecclesiasticas primitus extitisse, magnamque illam, quæ inter utrasque notari solet (Vid. Bingham. *O. E. lib. IX, c. 1, §. 6.*) convenientiam, a Principibus Christianis longo postea temporis intervallo inductam fuisse, qui non jam Ecclesiam ad Rempublicam, sed Rempublicam ad Ecclesiam transtulerunt; non Ecclesiasticam ad Civilem, sed Civilem potius ad Ecclesiasticam Provinciarum partitionem retulerunt. Quod sane, quam vere a nobis dictum sit, parumper disquiramus.

§. V. Verum lubet adversarios adversariorum armis confodere. Binghamus *O. E. l. 2, c. 17, §. 8*, hæc habet: *Episcopi Alexandrini Jurisdictioni ante Concilium Nicænum omnis Ægyptus, Libya, & Pentapolis suberat, uti e Canone Nicæno patet.* Quod de Alexandrina Diœcesi ait Binghamus, idipsum & de Romana, & de Antiochena fateatur necesse est; nam harum etiam Nicæni Patres *can. 6* meminerunt; quinimmo, si Constantinopolitanæ Synodo I, Œcumenicæ II, fides, Asiana etiam, & Pontica, & Thracica Diœceses ab eodem Nicæ-

no

10 Canone memoratæ fuerunt, iisque ... omnes, & unæ Provinciæ assertæ, quas longa illis affirmarat antiquitas (a) (Vid. supra Qu. IV.)

§. VI. Habemus igitur confitentes adversarios, eam quam nobis exhibent Ecclesiasticarum Provinciarum descriptionem, Concilio Nicæno, atque Constantino Magno longe esse antiquiorem. Quid vero si doceam, civilem Provinciarum divisionem, quæ ab iis ipsis in medium profertur, cumque Ecclesiastica componitur, (Vid Bingham. O. E. l. 9, c. ., §. 6.) ea ipsa Ecclesiastica esse juniorem? Agesis. Ante Concilium Nicænum, atque adeo ante Constantinum Magnum quot provinciæ Episcopo Alexandrino parebant? Euge. Ex ipso audire hoc volo. *Hæc erat*, inquis, *Diœcesis Ægyptiaca sex amplius continens provincias, quatuor in Ægypto sitas, nimirum Thebaidem, Arcadiam, Augustanicam, & Ægyptum proprie dictam, Libyam inferiorem, & Libyam superiorem, quæ est PENTAPOLIS, quæ provinciæ omnes uti Præfecto Augustali Ægypti parebant, ita similiter Episcopi Alexandrini Jurisdictioni erant subjectæ*. Bingham. *l. c.* §. 8. At, bona tua venia, Pentapolis ante Constantinum Magnum Præfecto Augustali minime parebat. Hanc Populus Romanus a Cyrene Rege sibi testamento legatam liberam primo esse jussit, tum Augustus in Cretensium Provinciarum numerum illam retulit, tandem Constantinus Magnus Cretensibus eam ademit, ac Ægyptio Præfecto tuendam attribuit (*b*).

§. VII. At pergamus porro. Cilicia Ecclesiastica jam inde usque ab Apostolorum temporibus in Ecclesiæ Antiochenæ (*c*) sinu, atque complexu semper fuit. (Vid. supra Qu. II, III.)

(a) Bingh. *T. I, pag.* 245. Manifestum est, *nihil his in rebus immutasse patres Nicænos*, sed antiqua Episcoporum principuarum urbium jura, quæ consuetudinis auctoritate jam firmata invenerint, iterum confirmasse. Verba enim, quibus utuntur, ita habent: *Antiqui mores serventur, qui sunt in Ægypto Libya & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quandoque & Episcopo Romano, hoc est consuetum. Similiter & in Antiochia, & in aliis provinciis sua privilegia ac suæ dignitates & auctoritates Ecclesiis serventur*. Ex quibus intelligimus perspicue, haud novam ulli Episcopo potestatem datam, sed quam ex antiqua consuetudine & praxi habuerint, eam ipsis tantum esse confirmatam, ut adeo Patriarchæ aut consuetudine ante Concilium Nicænum cœperint, Concilio demum confirmati.

(b) Quien. *T. II, col.* 330, §. 3. ...d Libyam attinet, quæ Cyrenaica appellabatur, anno circiter ab Urbe condita DCLX, seu ante Christi natalem 94, Ptolomæus Ptolomæi Physconis, alias Evergetæ II, regis Ægypti tertius filius, cui cognomen Appioni fuit, Cyrenæ Rex e vita excedens, populum Romanum regni sui hæredem testamento constituit, cujus civitates populus Romanus liberas esse jussit. Atqui Cyrenaica Africæ & Libyæ regio erat, Ægypto affinis, quam Augustus in provinciam redactam, Cretæ Insulæ administrationi adjecit, Strabone & Dione locupletissimis testibus. Unde Cyrenæ Præses Ægypti Præfecto nequaquam erat obnoxius. Id quod nobis apprime notandum est, de Ecclesiastico Alexandriæ Diœcesis regimine dicturis. A Constantino Magno, nova illa quam ex Ammiano retuli, provinciarum Ægypti partitione facta, Augustali Ægypti utraque Libya, adeoque Cyrenaica addita fuit.

(c) Quien. *T. II, col.* 679; §. 12, Quod Antiochenæ Ecclesiæ ditionem quam late pateret, spectat, uti Syriam omnem Phœniciamque, ita Ciliciam a primis tempori-

III.) Contra vero Cilicia Civilis sui juris erat, ab Julio Cæsare, atque Augusto libertate donata, eo quod adversus Pompejum Cæsareas partes sequuta fuisset,(Vid. Plinium, & Dionem *l.* 47, §. 342.) in eoque mansit statu, donec a Constantino Antiocheni Præfecti jugum subire coacta fuit (*d*). Ephesina Ecclesia omnium sæculorum memoria cunctis Asiæ præfuit Ecclesiis (*e*); at Ephesina Civitas ante Constantinum non omnibus Asiæ Urbibus præerat. Smirnæi certe Ephesinis minime cedebant, suosve fasces (*f*) submittebant: nec Ephesus nisi serius Proconsulis sedes, Asiæque Metropolis nominatur. (Hieronym. *in Epist. Pauli ad Ephes.* Ulpian. *in l. observari*, §. *quædam*, *de off. Procon.*) Isauriæ sacra in Antiocheni Episcopi cura ac tutela nunquam non latuerunt; sed prophana Isauriæ administratio toto eo tempore quod ab Augusto Cæsare ad Constantinum usque excucurrit, ab Cappadociæ Præside gesta fuit (Strab. *lib. II.*), nec primis illis temporibus Cæsarea uti in sacris, ita etiam in prophanis primum Ponticarum Urbium locum tenuit. (*g*) In ipsa Thracia ante Severi Augusti tempora alia Sacerdotio, alia Imperio Sedes fuit. Nam huma-

poribus sibi addictam curabat: id quod ipsa Jerosolymitani Concilii quod ab Apostolis celebratum est, Epistola fit compertum, quæ inscriptionem istam habet: *Apostoli & seniores, his qui sunt Antiochiæ, Syriæ & Ciliciæ fratribus ex gentibus salutem*. Ut vero Cilicia Antiochenæ Ecclesiæ regimini subjiceretur, non ideo factum est, quod ea provincia sub Syriæ, cujus caput erat Antiochia, Præfecti dispositione unquam exstiterit, sed quod quum Paulus Tarsi in patria sua, Ciliciæ Metropoli multos ad Christianam fidem traduxisset, deindeque Antiochiam regressus, hac in urbe diutissime versatus esset, fideles de Cilicia, illius Ecclesiæ quæ viris multiplici nomine spectatissimis, Apostolis ac prophetis abundabat, administrandos, ut pote vicinos tradiderit.

(d) Quien. *T. II*, *col.* 671, §. 3. Antiochia Orientis totius caput facta est a Constantino, velut ex variis notitiis & auctoribus certum fit; quam dignitatem ante hac eam habuisse nusquam reperitur.

(e) Quien. T. I, *col.* 665, §. 9. Omnium Asiæ Regionum Ecclesias Ephesina Sedes curabat, ex quo Paulus Ephesi per biennium agens, Asiam omnem cœlesti doctrina imbuerat; quod bis fertur fecisse *Act.* 18, *V.* 19, *&* *c.* 19, *v.* 1, *& seqq.* Eo autem ad alias provincias profecto, Joannes Apostolus eamdem in urbem veniens, & ad obitum usque suum commorans, cunctas, ut Hieronymus loquitur, Asiæ fundavit rexitque Ecclesias, quas Ephesini quoque Episcopi dispositioni reliquit. Quocirca Chrysostomus *hom.* 15 *in Epist. ad Timotheum*, eidem Timotheo, non Ephesiorum dumtaxat Ecclesiam creditam ait, verum integram quoque nationem Asiæ.

(f) Quien. *T. I*, *col.* 664, §. 6. Erat Ephesus sub primis Cæsaribus, & Imperatoribus alterum *PRÆTER SMYRNAM* Asiæ lumen, ait Plinius. Strabo *l.* 14 Ephesum esse maximum Asiæ cis Taurum emporium scribit. At Plinius, quum conventus novem per Asiam esse ferat, ut e totidem singulis civitatibus in quibus fiebant multæ aliæ inferiores penderent, Smyrnæum Ephesino præponit: ut Ephesus toti Asiæ non proinde dominaretur.

(g) Quien. *T. I*, *col.* 354, §. 7. In dispositione provinciarum Imperii ab Adriano Augusto facta, undecim Præfecturæ Diœcesisve civilis Ponti provinciarum quinta dumtaxat ordine fuit Cappadocia. Sic enim in ea recensentur *Galatia*, *Bithynia*, *Helenopontus*, *Pontus Polemoniacus*, *Cappadocia*, *Paphlagonia*, *Armenia*. In hac notitia præit Galatia, Pacatiana scilicet,

humanarum legum habenas regebat Philippopolis, divinarum Heraclea (*b*).

§. VIII. Verum quid singula persequor discrimina, quæ inter Diœceses Ecclesiasticas, & Civiles ante Constantinianam Imperii distributionem intercesserunt? Hoc unum satis est monere, Diœceses Ecclesiasticas easdem prorsus fuisse ante Constantinum Magnum, quæ fuere postea, iisdem Regionibus circumscriptas iisdemque finibus definitas, quos vetustati jam consonos trabali clavo firmavit, posteritatique commendavit Nicæna Synodus, *can. 6*. Diœceses autem Civiles pluribus mutationibus obnoxias, non easdem, quæ postea, ante Constantinum extitisse, non iisdem provinciis, non iisdem terminis circumdatas: ipse enim Constantinus novam imperii divisionem concinnavit, veteremque ab Augusto Cæsare constitutam, ab Adriano Imperatore instauratam, multarum Provinciarum accessione, multarum decessione plane immutavit. Si in hac nova Constantiniana Imperii distributione, Diœceses ac provinciæ tum Ecclesiasticæ, tum Civiles sibi invicem respondent, adhuc ne dubitas, utrum Ecclesia ad Rempublicam, an potius Respublica ad Ecclesiam sese finxerit, & accommodarit?

§. IX. Quod si vero ante Constantinum Magnum plures terminos & Respublica, & Ecclesia communes habuerunt, id non ex compacto, aut lege aliqua ortum est; sed casu incidit, ut & Politicæ, & Ecclesiasticæ rationes eodem ambæ collinearint; uti casu eveniret, si duo, alter mercaturæ, alter studiorum causa in eandem Urbem convenirent atque confluerent. Legum, morumque dissimilitudo fuit illa norma, ad quam Romana Respublica suarum Provinciarum distributionem exploravit. Cum enim quas bello devicerat, in suamque ditionem redegerat, nationes αὐτονομία donare solita fuerit, h. e. libertate, ut suis quæque legibus, ac moribus viverent, hinc necesse fuit, ut quos una morum, legumque communio conjungebat, ii suos etiam haberent Præsides, qui suarum legum, morumque essent custodes. Verum aliud consilium, aliud propositum Ecclesiæ fuit. Non illa quos ad Christi cultum evocavit, populis dedit suis legibus, suisque moribus vivere, at contra ad sanctas leges promulgandas, ad castos mores for-

cet, cujus Metropolis erat Ancyra; hujus vero civitatis Episcopus Cæsareensis interim Sedis ordinationi subdebatur.

(h) Quien. *T. I*, *colum.* 1093, §. 4. In Thracicarum partitione, quando Thracia ipsa provincia primo loco ponitur, atque Europa ultimo, hoc prorsus innuitur, tot provinciarum caput olim Philippopolim potius fuisse, quam Perinthum sive Heracleam, quæ sextæ atque ultimæ provinciæ, Europæ scilicet eminebat. At certe ante Severi Augusti tempora Europam illam Provinciam *BYZANTIUM* vocitatam fuisse diximus, cujus proinde Metropolis Byzantus esset. Fa vero urbe ab illo Imperatore, quia Pescennii Nigri partibus studuerat, expugnata, prærogativis suis pristinis nudata fuit, diruti illius muri sunt, deletisque theatris, thermis, omnique demum illius ornatu, in vici normam, Herodiano teste, redacta est; quin & Perinthiis dono tradita est, quorum deinceps legibus pareret. παντὸς κόσμου καὶ τιμῆς ἀφαιρεθὲν τὸ Βυζάντιον, κώμη δουλεύουν Περινθίοις ἐδόθη. Eo proinde Byzanti civitatis casu factum est, ut Perinthus, sive Heraclea, provinciæ potior præ illa civitas haberetur.

formandos, ad vitam hominum emendandam enixe semper incubuit. Non igitur legum, morumque diversitas, sed linguarum, sermonisque varietas fuit ea regula, ad quam Ecclesia suarum Diœcesium partitionem exquisivit. Una est Christi doctrina, una Christi lex, una Christi fides nullius regionum, aut temporum varietatis capax, sermonis tamen, linguarumque diversitatis patiens; & Sacra Scriptura eadem semper, & ubique, nunc Chaldaico, nunc Syriaco, nunc Arabico, nunc Coptico, nunc Æthiopico, nunc Armenio, nunc Persico sermone loquuta est, & sacri Psaltrii nunc Hebraicos nunc Græcos, nunc Latinos sonos fuderunt. Id igitur in suis Regionibus dividundis spectavit Ecclesia, ut qui eadem lingua laudes Deo persolverent, iisdemque auribus Christi doctrinam exciperent, earumdem etiam aurium, ejusdemque linguæ Præsides haberent. Cum autem linguarum varietas morum dissimilitudinem æquis passibus sectari plerumque soleat, fieri facillime potuit, ut dum Respublica morum dissimilitudinem, Ecclesia linguarum varietatem in provinciis decernendis sequutæ sunt, in eadem locorum confinia simul una concurrerent.

§. X. At inquies; Canon 9 Antiocheni Concilii habiti an. 341, relatus in *Cauſ. 9, q. 3, can. 2, Concil. Tom. I, pag. 595, & Canon.* 12 Concilii Chalcedon. an. 451, rel. *in diſt. 91, Canone I, Concil. Tom. II, pag. 601, ſequ. & Canon.* 174 ejusdem Concilii *rel. in cauſ. 16, q. 3, c. 1, & canon.* 38 Concilii Quini sexti innuere nobis videntur, Ecclesiam in figendis Diœcesium limitibus Reipublicæ formam imitari, & consectari voluisse.

§. XI. Verum quæ, & quanta sit horum Canonum vis expendamus. Nihil dico de Antiochenorum Canonum auctoritate (*i*). Unum modo Canonem nonum pensitemus. Hunc alii aliter efferunt, utque legentibus fidem faciant, omnes exemplaria Græca in medium educunt, sed pleraque a Se-

(i) Berard. ad *Can. Grat. P. I, pag.* 98. Nonnulla præter hæc Concilia Antiochena sunt post Nicænum celebrata, sive anno 341, sive anno 360, sive anno 363: harum autem omnium hodie Acta non supersunt, exceptis Canonibus illis, qui numero quinque & viginti a vetustissimis sacrorum canonum Collectoribus recensentur. Pertinent isti ad Synodum illam, quam S. Athanasius habitam fuisse scribit Marcellino, & Probino Consulibus, sive anno Domini 341, ad quam nonaginta Episcopi convenerant, aut nonaginta & septem, quemadmodum scribit Hilarius *in lib. de Synodis*, & Sozomenus *in lib. 3 Hiſt. Eccleſiaſticæ cap.* 5. Porro celebrandæ hujus Synodi occasio fuit dedicatio, sive Encænia celeberrimi Antiocheni templi, quod Constantinus Magnus ædificare cœperat, & Constantius filius, idemque in Imperio successor absolverat, uti scribit Athanasius *de Synodo Ariminenſi*, & Socrates *lib. 2 Hiſt. Eccl. cap.* 8. Quum enim plures ad solemnem templi dedicationem vocati Episcopi convenissent, operæ pretium esse duxerunt, quædam interea ad Ecclesiasticam disciplinam stabiliendam communi suffragio constituere. Ex iis tamen Episcopis, qui eo accesserant, quamplures usque ad triginta de Arianorum hæresi suspectos fuisse Historici omnes tradunt, inter quos nominant Eusebium Cæsareensem Arianorum facile Principem; atque ipsi propterea cum essent Constantio Augusto, qui Arianis favere videbatur, acceptissimi, primos quodammodo in Concilio obtinuerunt honores, summamque præterea auctoritatem imperantis fulti patrocinio explicarunt. Vulgaris fama eo aliquando perrexit, ut traditum fuerit, quosdam ex istis

a Sectariorum ingeniis corrupta, atque depravata. Nos aliis omnibus inter-

istis Episcopis dissoluto Concilio convenisse simul, ut privata sententia Athanasium Nicænæ fidei defensorem strenuum damnarent, atque inauditum a sua Sede dejicerent. Hæc in causa fuerunt, cur penes antiquos Antiocheni hujus Concilii canones non solum levis momenti habiti fuerint, verum etiam rejecti, tamquam Pseudo-Episcoporum reprobanda placita. Sic S. Joannes Chrysostomus cum ab adversariis suis contra se oppositum fuisse accepisset duodecimum canonem ex Antiochenis, respondit, se illius auctoritate minime teneri, tamquam in eo conventu editi, qui ex Arianis Episcopis celebratus fuisset, quemadmodum referunt Socrates *lib. 6 Hist. Eccles. cap.* 18, & Sozomenus *lib.* 8, *cap.* 20. Præterea S. Athanasius *in lib. de Synodis Arimini, & Seleuciæ*, & Innocentius Papa *in Epist. ad Clerum Constantinopolitanum* apud Sozomenum *lib.* 8 *Hist. Eccl. cap.* 26, rejecerunt Acta ejusdem Concilii ex ea ratione, quod ab hæreticis Episcopis confecta fuissent. Horum veterum, & gravissimorum Patrum exemplo non desunt hodie etiam ex recentioribus, qui huius ipsius Concilii Acta contemnant, ipsisque omnem omnino denegent auctoritatem. Nonnulli autem hodie parce magis, ac sobrie de hac re judicandum esse censuerunt; etenim singulos Concilii Antiocheni canones ad exactam trutinam revocantes distinxerunt illos, qui Arianorum doctrinam continere videbantur, ab iis, qui sacros Antistites, & Catholicos Auctores videntur habuisse, ac dein posterioris generis canones venerantur, prioris generis omnino improbant, detestanturque. Alii demum agnoscentes, quanto in pretio habiti fuerint sequente ætate apud omnes canones illi, qui Antiocheni dicuntur, satis percipere non potuerunt, quommodo recepti maxime fuerint canones illi, qui hæreticos homines habuerunt Auctores, proptereaque aliud Concilium Antiochenum proprio ingenio effinxerunt, distinctum omnino ab eo, quod Athanasius, Chrysostomus, & Innocentius improbaverunt. Mihi nulla placere potest ex his opinionibus; potius enim dixero ab initio quidem Acta huius Concilii fuisse suspecta ob hæreticos Episcopos, qui Concilio interfuerant; deinde tamen cum agnitum fuerit, ea, quæ in Concilii Canonibus continentur, maxime utilia esse ad disciplinam optimam Ecclesiasticam stabiliendam, fuisse Ecclesiarum ferme omnium usu recepta, atque probata. Quod ab initio Athanasio, Chrysostomo, & Innocentio displicere potuit, pertinebat ad Episcopos Arianos, qui ad Synodum venerant; sed deinde constitit plures Episcopos Catholicæ fidei assertores, ac vindices in eodem Concilio tulisse sententiam, item canones omnes, qui ibidem editi fuerunt optimos esse, nihil autem germanæ fidei, & sacrorum disciplinæ contrarium continere; quid igitur morari poterat studiosos canonum cultores, ne canones istos reciperent, aut in rebus Ecclesiasticis definiendis illis uterentur? De hac ergo Synodo honorifice loquutus est S. Hilarius de Synodis adversus Arianos ita scribens: *Expositio Ecclesiasticæ fidei, quæ exposita est in Synodo habita per Encænias Antiochenæ Ecclesiæ consummatæ, quam exposuerunt, qui adfuerunt Episcopis 97, cum in suspicionem venisset unus ex Episcopis, quod prava sentiret &c.* Honorifice eiusdem meminit Leo IV Pontifex Maximus in Concilio Romano 67 Episcoporum inquiens: *Quid aliud arbitrari, aut proferre valemus, nisi ut Sancti Patres, qui in Antiocheno Concilio residentes tertio capitulo promulgarunt, & inviolabiliter statuerunt?* Immo idem Leo IV Antiochenos eosdem canones, tamquam optima Ecclesiasticæ disciplinæ documenta, observandos proposuit Episcopis Britanniæ in can. *de libellis*, *dist.* 20. Quid vero amplius dubitari de Antiochenorum canonum auctoritate potest, postquam noverimus illos fuisse in Concilio Chalcedonensi adductos, atque communi Episcoporum suffragio ibidem comprobatos? Memoro actionem 4 Concilii Chalcedonensis, in qua relato Antiocheno canone 5, ita sequitur: *Omnes reverendissimi Episcopi clamaverunt: Hæc justa Regula Patrum.* Relatus est inde cum adprobatione singulorum canon 4, & canon 5. Demum il-

interpretationibus missis eam recitabimus, quam Dionysius Exiguus concinnavit, quæ, cum ad ejus Codicis, qui in Concilio Chalcedonensi lectus & probatus fuit (*k*), exemplar elaborata, & castigata fuerit, omnium quas sequamur, dignissima esse videtur. Ecce igitur tibi Antiochenum Canonem ex Dionysio Exiguo. *Per singulas Regiones Episcopo convenit nosse, Metropolitanum Episcopum sollicitudinem totius Provinciæ gerere, propter quod ad Metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrunt. Unde placuit, eum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum cæteros Episcopos agere, SECUNDUM ANTIQUAM A PATRIBUS NOSTRIS REGULAM CONSTITUTAM, nisi ea tantum, quæ ad suam Diœcesim pertinent, possessionesque subjectas.* Nullum hic de *civili* Metropoli verbum. Sed juvat audire, quam aliam orationem huic canoni affingant Novatores, ut ad suam eum rapiant sententiam: *Episcopos, qui in unaquaque provincia sunt, nosse oportet eum, qui Metropoli præest, Universæ quoque provinciæ*

---

lud est observatione dignum, Collectores etiam veteres non omisisse in suis Codicibus eosdem canones Antiochenos; ut enim omittam Codicem illum, qui vulgo creditus est Ecclesiæ universæ, ubi post canones Gangreses subjecti exhibentur 25 Antiocheni, Dionysius Exiguus totidem retulit Antiochenos canones, & quidem nomine *Regularum expositarum apud Antiochiam in Encæniis* 25 post canones Gangrenses, & ante Laodicenos. Est præterea prisca Latina Collectio a Justello edita, pag. mihi 29, *Tom.* 1, in qua habentur iidem canones 25 Antiocheni, qui *in Dedicatione* editi dicuntur. Antiochenos præterea hujusmodi canones retulit in suum Codicem Fulgentius Ferrandus, Cresconius, Martinus Bracarensis, ut alios recentiores omittam.

(k) Vanesp. *P. V, pag.* 8. Dionysius Exiguus natione Scytha, sed moribus Romanus, doctrina & sanctitate maximus, ut ait Bellarminus in epistola ad Stephanum Episcopum Salonitanum, in præfatione sui Codicis, quem circa initium sæculi VI compilavit, (de quo infra fusius) ordinem suæ Collectionis exponens, hæc habet: „ In principio itaque Canones, qui „ dicuntur Apostolorum, de Græco transtulimus ..... deinde Regulas Nicænæ „ Synodi, & deinceps omnium Conciliorum, sive quæ ante eam, sive quæ post„ modum factæ sunt usque ad Synodum „ 150 Pontificum, qui apud Constantinopolim convenerunt, sub ordine numerorum, idest a primo capite usque ad 165, „ sicut habetur in *Græca auctoritate*, digessimus. “

Ex his Dionysii verbis constat, Canones Nicænæ Synodi, & deinceps omnium Synodorum usque ad Synodum Constantinopolitanam eodem ordine & forma sicut habebantur in *Græca auctoritate*, seu Codice, a Dionysio e Græco in Latinum fuisse translatos, & suo Codici insertos: adeoque pristinum Græcorum Codicem collectioni Dionysii esse insertum.

Ulterius ex verbis Dionysii patet, Codicem hunc Græcum a Canonibus Nicænis initium duxisse: atque hic primus character pristini Codicis, quo usa fuit Synodus Chalcedonensis.

Constat præterea ex verbis Dionysii, in Codice Græco per ipsum translato, Canones 165 e diversis Synodis desumptos sub uno & continuo numerorum contextu fuisse dispositos: prout in ipsa Collectione Dionysii hodie dispositi leguntur. Hinc secundus character Codicis Græci, quo Synodus Chalcedonensis usa fuit.

Denique, si a primo Canone Nicæno numeremus usque ad Canonem 4 Antiochenum, prout Canones in Codice a Dionysio translato dispositi sunt, deprehendemus, Canonem illum Antiochenum esse Canonem 84 totius Codicis Græci, & Canonem 5 Antiochenum esse 85 Codicis: & tandem 16, & 17 ejusdem Synodi Antio-

ciæ curam suscipere, eo quod in Metropoli undique conveniunt omnes, quicunque negotia habent. Quapropter placuit & honore ipsum præcellere, & reliquos nihil aliud sine ipso facere (secundum veterem, qui viguit, Patrum nostrorum canonem) quam ea sola, quæcumque ad cujusque Parochiam, subjectasque Parochiæ regiones pertinent. Vid. Boehm. *Corp. Jur. Can. T. I, Col.* 510, *edit.* 1747, Bingham. *O. E. l.* 9, *c.* 1, §. 7, *N. C.* Espenium *J. U. Part. V, pag.* 23, *edit. Lov.* 1732. (*l*) Sed quid tantopere de hujusce canonis sententia laboramus, quam jam in Apostolorum canone 33, quem unum se redintegrare voluisse Antiocheni Patres *ibidem* profitentur, expressam habemus? Habe illum ex ipso Espenio: *Episcopos uniuscujusque gentis nosse oportet eum, qui in eis est primus, & existimare ut caput: & nihil facere, quod sit arduum, aut magni momenti, præter illius sententiam: illa autem facere unumquemque, quæ ad suam Parochiam pertinent, & pagos, qui ei subsunt.* Van. Espen. *l. c. pag.* 82, *de Canonibus vulgo Apostolorum.* Venio ad Canones Chalcedonenses, quos latine ita nobis reddidit Dionysius Exiguus. *Quæcumque Civitates litteris Imperialibus Metropolitani nominis honore subnixæ sunt, honore tantummodo perfruantur, & qui Ecclesiam ejus gubernat Episcopus, salvis scilicet veræ Metropolis privilegiis suis.* Can. 12. *Si qua Civitas potestate Imperiali novata est, aut si protinus innovetur, civiles dispositiones, & publicas, Ecclesiasticarum quoque Parochiarum ordines subsequantur. Can.* 17. At quis nescit, Actione sexta absoluta, verum & legitimum Chalcedonense Concilium etiam absolutum fuisse, (Vid. *epist.* 3 Pelagii II, *epistolam* 54, *l.* 7, Gregorii Magni) hosce autem Canones in sessione decima quinta ab Anatolio Constantinopolitano, absentibus, ac reclamantibus plerisque Episcopis atque Legatis Apostolicis per vim, & fraudem latos fuisse (*m*)? Nec

---

tiochenæ esse in Codice 95, & 96, & consequenter sub eisdem numeris fuisse consignatos in Græco Codice per Dionysium translato, quibus in Concilio Chalcedonensi relecti fuerunt: modo tamen hoc unum observetur, ut Canon 5 Ancyranus in translatione Dionysii in duos dividatur; uti in omnibus exemplaribus Græcis divisus legitur. Hinc tertius pristini Codicis caracter Codici Dionysiano competens.

Cum igitur tanta inter Codicem a Dionysio translatum, ejusque collectioni insertum, & Codicem in Concilio Chalcedonensi probatum sit convenientia, vix ambigi potest, quin idem fuerit Codex.

Eundem Codicem Græce & latine e vetusto manuscripto sub initium hujus sæculi evulgavit Christophorus Justellus, notisque illustravit; eique in novissima Bibliotheca Juris Canonici veteris Guilielmus Voellus Theologus ac Socius Sorbonicus, & Henricus Justellus Christophori Filius, primum locum inter varios Canonum Codices dedere.

(l) Episcopum qui Metropoli præest, etiam curam suscipere totius Provinciæ eo quod in Metropolim undequaque concurrant omnes, qui habent negotia. Van-Espen *l. c.*

(m) Berard. ad Gratiani Canones *P. I, pag.* 227. Tanta non est apud omnes canonum Chalcedonensium auctoritas, ut sine discrimine vim Ecclesiasticæ legis generalis obtinuerint. Etsi enim ipsum Chalcedonense Concilium Œcumenicum sit, immo inter ea Concilia recenseatur, quorum talis habebatur apud veteres Patres ratio, ut sanctis ipsis quatuor Evangeliis compararentur; non tamen omnia, quæ in eodem Concilio aut gesta, aut statuta sunt, generaliter in Ecclesia recepta fuerunt, sed quædam aut non admissa, aut reprobata, vel etiam aliquando retractata; proindeque hodie, ubi de canonibus Chalcedonensibus

ſibus vulgatis agatur, non aliter illi tamquam generales Eccleſiæ leges agnoſcendi erunt, niſi cum ex aliis ſubſequentibus Conciliis, vel alio quocumque Eccleſiæ ſuffragio probati fuerint ac confirmati. Hæc ut clare, perſpicueque percipiantur, expendenda erat brevis quidem, ſed accurata Chalcedonenſis Concilii ratio.

Poſt damnatam in Concilio Epheſino Neſtorii hæreſim, & poſtquam definitum eſt in Chriſto Domino unam tantum eſſe Perſonam, eamque divinam, nova, & ex adverſo antiquæ hæreſi; oppoſita emerſit hæreſis Auctore Eutyche, ſeu, ut alii vocant, Eutychete Archimandrita, qui non aliter percipere potuit in Chriſto unam eſſe Perſonam, niſi & unicam Naturam in eodem fuiſſe aſſereret. Et quidem hæc opinio Viros apud Orientales ſpectatiſſimi quamplures occupaverat, ut res indigere videretur Concilio Generali, in quo fidei dogma declararetur. Urgebat etiam Dioſcori Alexandrini Patriarchæ imprudentia, ne audaciam dixerim, qui, ut erat improbus, & ſceleſtiſſimus, indignus propterea, qui Sancto Cyrillo ſucceſſiſſet in Epiſcopatu, facile ſe Eutychi junxit, indicto Concilio, ubi omnia per vim, & metum accito etiam militum exercitu peracta ſunt, ejectis Sedis Apoſtolicæ Legatis, pluribus Epiſcopis interfectis, Eutychis hæreſim, quaſi veram fidem, recepit, eoſque omnes anathemate perculit, qui aliter ſenſiſſent, quam ſentiret Eutyches. Agnovit plurimum intereſſe eccleſiaſticæ rei, ſi generale Concilium convocaretur, Imperator Marcianus, cui & piiſſima ejus uxor Pulcheria morem gerebat, immo etiam vires hortando addebat; qui proinde ad Sanctum Leonem Pontificem Maximum miſit Epiſtolas, poſtulans, ut ejus auctoritate Synodus Epiſcoporum indiceretur. Non moratus eſt Pontifex Maximus Leo, communique omnium conſenſione celebrata Synodus eſt anno 451, primum in Nicæa Bythiniæ, deinde vero ob quaſdam ſubortas difficultates, & quidem re integra, translata eſt, conſentientibus univerſis, in Urbem Chalcedonem. Videlicet cum Imperator optaret adeſſe Concilio, ipſe vero ob temporum quædam adjuncta procul ab Urbe Conſtantinopolitana abire non poſſet, is ſelectus fuit Concilii locus, qui non longe ab eadem Urbe Conſtantinopoli ſitus eſſet. Convenerant illuc ſexcenti, & triginta Epiſcopi, præſidentibus tamquam Legatis Magni Leonis Paſchaſino, & Lucentio Epiſcopis, & Bonifacio Presbytero. Seſſiones ibidem tresdecim habitæ, quæ alias in actiones ſexdecim ſunt diſtributæ. In prima earum pertractata eſt Dioſcori cauſa, & quædam interea adverſus Eutychem agi cœperunt. In ſecunda quæſitum eſt de veterum Patrum fide, tum ex Decretis Conciliorum jam antea celebratorum, cum apud Sanctos Antiſtites, qui eo uſque floruerant, ut dignoſceretur, an revera ab illis Eutychis opinio diſſonaret. In tertia rurſum diſcuſſa eſt Dioſcori cauſa, cumque Dioſcorus idem citatus comparere detrectaret, tamquam contumax, immo & tamquam hæreticus damnatus eſt, depoſitus, atque anathemate perculſus. In actione 4 actum eſt de pluribus Epiſcopis Juvenale Jeroſolymitano, Talaſſio Cæſareenſi, Euſebio Ancyræ, Euſtachio Berythi, & Baſilio Seleuciæ, qui ſceleſtam cum Dioſcoro jamdudum factionem inierant; & quoniam rectam fidei profeſſionem ipſi in Concilio fecerant, parati ad Dioſcorum damnandum, & Synodalibus definitionibus acquieſcendum, ex benignitate abſoluti fuerunt. In ſeſſione 5 auditæ ſunt, ac refutatæ hæreticorum argumentationes, quibus Eutychis opinionem defendere conabantur; atque etiam audita eſt controverſia inter Photium Tyri, & Euſtathium Berythi Epiſcopos de jure Metropoleos primæ Phœniciæ. In ſeſſione 6, quæ etiam quinta actio nuncupatur, edita eſt nova fidei formula, quæ ad damnandas Eutychis hæreſes exprimebatur, rejectis veteribus formulis, tamquam iis quæ ſatis per ſe non ſufficere iis temporibus videbantur. In ſeſſione ſeptima, quæ ſexta actio vulgo dicitur, confirmata eſt ea fidei formula, quæ in præcedente ſeſſione fuerat edita, illique, indictis etiam Imperiali auctoritate pœnis, damnati ſunt, qui eamdem fidei profeſſionem non reciperent. Deinde poſtulante Imperatore tria ibidem ſunt communi Epiſcoporum conſenſione conſtituta, in primis de Monachorum diſciplina, deinde de Clericorum inſtitutionibus, poſtremo de augendo honore Chalcedonenſis

Nec Trullanum Canonem moror. Constat enim, centum & duos canones a Synodo Quini sexta conditos ab Ecclesia Latina approbatos non fuisse. (Vid.

Civitatis, ut scilicet, citra præjudicium Nicomediæ Metropolis dignitatem haberet.

His absolutum videbatur Chalcedonense Concilium, completa siquidem erat tum Eutychis, tum Dioscori causa, ob quam celebratum Concilium videbatur. Hinc sub finem dictæ sessionis septimæ, quæ in latinis exemplaribus sexta Concilii actio dicitur, clamarunt Episcopi: *Dimitte nos pie Imperator, dimitte nos*. Verum visum est Imperatori, dissoluto, completoque in fidei causis Concilio, quasdam adhuc Episcoporum quorundam causas dirimendas proponere; hinc ab Episcopis postulavit, ut *sustinerent adhuc tres, aut quatuor dies*, &, *nullus antequam perfecti termini ex omnibus proferentur, a Sancto Concilio discederet*. Morem gesserunt Episcopi, qui proinde in sess. 8, quæ complectitur actionem 7, 8, & 9 latinæ editionis, diremerunt varias Episcoporum controversias, & primo de Jure Metropolitico inter Antiochenum, & Jerosolymitanum Patriarcham, item de Theodoreto Episcopo Cyrensi, & Iba Episcopo Edesseno, de quibus inde acerrime disputatum fuit in Concilio Constantinopolitano II, seu Generali V, sub nomine trium Capitulorum. In sequentibus sessionibus 9, 10, & 11, quæ constituunt in latinis editionibus actiones 10, 11, 12, & 13, actum rursus est de Iba Edesseno, de Domno Antiocheno, aliisque Episcopis non paucis. Deventum tandem est ad sessionem 12, quæ postrema esse debebat, atque in ea actum est de Sabiniano Episcopo, quem Dioscorus ab Episcopatu deposuerat, suffecto in ejus locum Athanasio; quibus peractis dissoluta sunt Imperatore consentiente sacra comitia, Legatis Pontificiis, nec non Judicibus abeuntibus. Hic tamen observanda est Anatolii Constantinopolitani Episcopi fraus. Postquam enim Pontificii Legati abscessissent, ipse detinuit nonnullos ex Orientalibus Episcopis, quibus eadem die triginta canones a se editos probandos, confirmandosque proposuit, inter quos numero 28 illum recensuit, quo statuebatur, ut Constantinopolitana Ecclesia secundum locum inter Patriarchales obtineret, quod jam irrito conatu plures ejus Antecessores in Conciliis moliti fuerant, ut obtinerent. Hinc in ista sessione duæ continentur actiones, quæ vulgo dicuntur decimaquarta, & decimaquinta. Prior præsentibus Pontificiis Legatis habita est, altera continet Anatolii gesta post eorundem Legatorum recessum. Visa fuit nimis audax Anatolii ambitio Legatis eisdem Apostolicis, ubi rei gestæ conscii facti fuerunt, qui statim sequenti die in novam sessionem (quæ sessio decimatertia, & actio decimasexta appellatur) convenerunt simul cum reliquis Episcopis adversus Anatolium proponentes querelam, irritam tamen; siquidem post acrem & diutinam concertationem, cui præsertim caussam dederat dictus can. 28, itum est ab Episcopis Orientalibus in sententiam Anatolii, reclamantibus Pontificiis eisdem Legatis, ac contestationem suam in contrarium Synodalibus Actis adjici jubentibus: post quæ absoluto Concilio omnes discesserunt.

Hinc motæ controversiæ plures, quæ ad ipsos Pontifices Maximos deductæ in causa fuerunt, ut illi ea tantummodo hujus Concilii Acta probaverint, quæ ad fidem Catholicam adversus hæreses definiendam pertinerent, cætera vero despexerint, quasi nulla Ecclesiarum utilitate exigente, & præter Pontificis Maximi mandatum peracta. Revera ab initio, ubi convocatum Concilium fuit, unica tantum proposita fuerat dirimenda fidei causa, atque hinc, ut nuper ajebam, factum est, ut deinceps Acta hujus Concilii Chalcedonensis, in ea parte, quæ Actionem sextam subsequitur, retractata fuerint, atque etiam revocata in Concilio Constantinopolitano II, seu generali quinto, quæ sub nomine trium Capitulorum veniebant. Præterea Episcopi quamplures Acta hujus Concilii ad Ecclesias suas de more deferentes nonnisi sex Actiones tulerunt, exemplo Talassii Metropolitæ Cæsareæ Cappadocum, qui rediens Chalcedone ad Ecclesiam suam non tulit nisi actiones sex, quemadmodum testatus deinde fuit ejusdem successor Alypius. Deinde Pon-

(Vid. Anastas. Biblioth. *Vit. Rom. Pontif.* Romæ 1728, pag. 151, Baron. *ad an.* 692, §. 10, *& seq.* Petrum de Marca *lib.* 5 *de Concordia cap.* 18, §. 314.)

§. XII. Antiocheno, Chalcedonensibus, ac Trullanis Canonibus refutatis, atque rejectis, Pontifices Imperatoresque hac de re rogemus sententiam. Sanctus Innocentius I Alexandro Antiocheno consulenti, *Utrum divisis Imperiali judicio provinciis, ut duæ Metropoles fiant, sic duo Metropolitani debeant nominari*: ita rescripsit: *Non visum est, ad mobilitatem necessitatum mundanam Dei Ecclesiam commutari, honoresque, aut divisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas docuerit Imperator*. Innoc. *epist.* 18, *n.* 2, *ad Alex. Antioch. T. II Concil. pag.* 1269. Justinus Imperator, cum Armeniam in quatuor provincias secuisset, hæc addidit: *Quæ vero ad Sacerdotia spectant, ea volumus in pristina manere forma, negotio ipso neque circa jus Metropoliticum, neque circa ordinationes vel mutationem, vel novationem suscipiente*.

§. XIII.

Pontifices Maximi in suis Constitutionibus alia ex Chalcedonensi Concilio probare noluerunt, quam quæ edita fuerant in sex prioribus actionibus, sive quæ ad fidei definitiones spectabant; quemadmodum patet ex Epist. 61 Leonis Magni ad Synodum Chalcedonensem scripta, item ex Epist. 55 ad Pulcheriam Augustam, & Pelagius Papa in *Epist.* 3 *ad Episcopos Istriæ* ita scribit: *Vigilanti ergo cura respicite, quæ in sexta illius Actione sanctæ fidei professio consummatur, moxque in septima ad institutionem jam fidelium regula canonum figitur, ulterioribus vero actionibus nihil de causa fidei, sed sola negotia privata versantur*.

Ex his facile adparet, quæ debeat esse de actibus Chalcedonensis Concilii sententia. Etenim quotiescumque agatur aut de Divinæ Incarnationis Mysterio, cujus fides in eodem Concilio explicata est, aut de causis cum eadem fide connexis, qualis erat causa Eutychis, & Dioscori, nullum dubium erit, Synodica hujus Concilii acta vim generalis legis Ecclesiasticæ obtinere. Fuerant hæc capita Pontificia auctoritate præeunte discussa, eadem interveniente definita, eadem demum ratihabente confirmata. Ast ubi sextam ejusdem Concilii Actionem excedimus; similis sane non erit cæterorum statutorum auctoritas. Pertinent potius hæc ad privatorum causas, quæ ab initio convocationis Concilii Pontifici Maximo propositæ non fuerant, quæ deinde apud omnes probari non potuerunt, immo etiam in subsequente Generali Concilio Constantinopolitano retractari debuerunt. Quod etiam magis magisque dicendum est de triginta illis canonibus solius Anatolii Constantinopolitani furtiva quadam obreptione constitutis post recessum Legatorum Pontificiorum, quibus postea & Legati ipsi Pontificii, & iidem Pontifices Maximi restiterunt, præsertim si mentio fit de can. 28, ex quo luculentius Constantinopolitani Episcopi ambitus adparebat. Scilicet canones isti nec in ipso Concilio editi sunt, nec Ecclesiastica postmodum auctoritate firmati. Immo suspicantur eruditi, illos editos omnes ab Anatolio solo, privatim forte conscils tantummodo uno, aut altero ex ejus fautoribus, & deinde propositos integros cæteris Episcopis post discessum Legatorum, ut ab omnibus, quos dissoluto Concilio facile allicere poterat, probarentur. Quis enim sibi facile persuadere potest uno eodemque, die celebratam fuisse actionem 14, in qua post discussiones aliquas causarum, dissolutum Concilium est, deinde vero adhuc tantum temporis remansisse, ut Episcopi in Conventu remanentes novam Actionem haberent, ibidemque triginta canones novo studio, & novis rerum discussionibus elucubrarent, quod sane non modicum tempus exigebat, nec poterat unius, aut alterius horæ spatio perfici? Quamobrem admodum verosimile est, Anatolium ipsum fuisse canonum illorum

§. XIII. Non me latet, Summos Pontifices Principum precibus permotos ea nonnullis Civitatibus (*n*) privilegia indulsisse, quæ veterem Ecclesiarum statum immutarunt; sed illud etiam non me fugit, Pontifices Maximos hujusmodi novitatibus pro virili parte plerumque restitisse. Quis ignorat, quam animose, quam fortiter, quam constanter Leo (*o*) Magnus Anatolii Constantinopolitani, Marciani Imperatoris, Pulcheriæ Augustæ novis rebus studentium precibus ac postulationibus obstiterit? *Habeat*, inquit ille Marciano, *Constantinopolitana Civitas gloriam suam, & protegente dextera Dei diuturno clementiæ suæ fruatur imperio. Alia tamen est ratio rerum sæcularium, alia divinarum; nec præter illam petram, quam Dominus in fundamento mire posuit, stabilis erit ulla constructio; sed propria perdit, qui indebita concupiscit. Satis est Anatolio, quod vestræ pietatis auxilio, & mei favoris assensu Episcopatum tantæ Urbis obtinuit. Non dedignetur regiam Civitatem,*

---

rum Auctorem, qui per dolum & fraudem dein eos Episcopis abituris, & rerum pertractatarum gravitate fessis probandos obtulerit. Quæ si vera sunt, quemadmodum arbitror, nulla propemodum esse debuit canonum istorum auctoritas, qui a doloso Episcopo clanculum, & furtim prodierunt, item clam fuerunt a seditiosis ut plurimum Episcopis confirmati, & quorum aliquibus Legati Pontificii postea restiterunt, immo etiam ex quibus pax Ecclesiastica disrupta est, atque orta fuit occasio, unde hoc Concilium Chalcedonense integra non probaretur Pontificum Maximorum auctoritate. Nihilo tamen minus ego non iverim inficias quosdam ex dictis Canonibus vim maximam obtinuisse apud viros Ecclesiasticos, quod quidem non statim ab initio contigit, sed tum demum cum in aliis Conciliis confirmati fuerunt, aut etiam in publicas canonum collectiones relati: aut apparuit in illis aliorum veterum canonum disciplinam in aliis etiam Conciliis stabilitam contineri. Plures ex Collectoribus, præsertim Latinis omiserunt tres canones posteriores, ex eo quod dicti can. 28 sententia Latinis omnibus displicuerit, numerantibus tantumodo can. 27 Chalcedonenses. Præterea observandum est in hisce canonibus aliqua contineri, quæ ad præcedentes ejusdem Concilii Actiones pertinent, quod forte ex industria Anatolius fecit, ut facilius Episcoporum apud se remanentium suffragia captaret. Atque in istis, ubi prioribus Synodicis Actiones conformes sunt, major sane prudentiorum judicio agnoscetur auctoritas.

Quien. T. *II. colum.* 15, §. 19. Celebrata est Synodus Chalcedonensis, ac Patribus post actionem 6 ad sua redire permissis, Clerici Constantinopolitani illos qui ad actionem 15 usque remanserant, denuo convenire postulantes, effecerunt, ut novus canon ederetur, qua Byzantinus suus Præsul secundus a Romano Pontifice censeretur, eique Diœceses tres, Pontica, Asiana, & Thracica subderentur. Adversus sanctionem hanc intercesserunt Romani Legati, qui illi condendæ nequaquam adfuerant, utpote absoluta prorsus Synodo, nec ullus de Illyrico Episcopus illi subscripsit, uti nec ullus de Ægypto, nec complures de Asia, & Ponto; sed & Leo Papa a Marciano Imp. obtinuit, ut irrita haberetur.

(n) Quien. *T. II, col.* 18, §. 22. Thessalonicensis Primatis ditio aliquantum imminuta est a Justiniano Imp. qui ab Agapeto & Vigilio Romanis Papis obtinuit, ut a Justinianæ primæ, patriæ suæ quam exstruxerat, Episcopo Illyrici provinciarum pars non contemnenda administraretur. Id quod novella sua II declaravit hoc titulo: *Ut quæ circa Viminacium sunt Ecclesiæ sub proprio Archiepiscopo sint, non autem amplius sub Archiepiscopo Thessalonicæ.*

(o) De Marca *Diss. pag.* 77. Licet Chalcedonensis Synodus blandissimis verbis Leonem Pontificem per Synodicam epistolam

tem, quam Apostolicam non potest facere Sedem, nec ullo speret modo, quod per aliorum possit offensiones augeri. Privilegia enim Ecclesiarum Sanctorum Patrum canonibus instituta, & Venerabilis Nicænæ Synodi fixa decretis nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate violari. Data est hæc Epistola undecimo Kal. Junias Herculano Conf. anno 452. Cui noti non sunt S. Gregorii II, & S. Gregorii III, adversus Isaurum Imperatorem labores, Adrianique I conatus, ne ad Constantinopolitanam Ecclesiam Illyricianarum fieret accessio (*p*)? Cui auditæ non sunt, ut tot alia mittam, Nicolai I, Adriani II, Joannis VIII, cum Imperatoribus querelæ de Bulgariæ Provinciis Romanæ Ecclesiæ injuria ereptis, ac per summum nefas Constantinopolitanæ Sedi adjectis, deque iis reposcendis curæ susceptæ? (Vid. Quien. *O. C. T.* I, *col.* 100, *seq.*) Quæ quidem omnia satis declarant, Ecclesiam in suarum Provinciarum distributione aliam omnino a Republica regulam sequutam fuisse.

QU.

---

lam demulserit, & ut Canon ille ab eo confirmaretur, obsecraverit, rem gratam Imperatori, Senatui totique Urbi Constantinopolitanæ facturum docens, summoque Pontifici tantam gratiam tribuendam ut Patri: *εἰδότες, ὡς τὸ παρὰ τῶν τέκνων γινόμενον κατόρθωμα. εἰς τοὺς οἰκειουμένους πατέρας ἀνατρέχει*, cui jure patriæ potestatis ea bona acquiruntur, quæ a filiis quæsita fuerint; nunquam tamen ab exactissimo illo Sacerdote totius Ecclesiæ Præside, ut consensum suum huic innovationi præberet, extorquere potuerunt.

(p) Adrianus in ea epistola, quam Papa ad Constantinum, & Irenem Imperatores de septima Synodo celebranda scripserat, Illyricianas Provincias Ecclesiæ Romanæ restitui postulavit hisce verbis: *Immo & consecrationes Episcoporum, sicut olitana constat traditio, suæ Diœcesis existentes penitus Ecclesiæ*

QU. XI.

Patriarchalium Jurium Origo divina ne an humana?

§. I. DUO sunt, quibus Patriarcharum dignitas maxime ornatur. Ordinis vis, & Jurisdictionis potestas. Illa Christo Dei Filio, hæc Christi Ecclesiæ accepta est referenda. Nam cum Apostoli qua singuli a Christo in ultima sua Cœna Episcopatus Ordine initiati fuerit, qua universi vere post suam Resurrectionem Jurisdictione adaucti, (Vid. supra L. I, quæst. V, §. 1.) patet Apostolorum successores uti singulos Consecrandi, Absolvendi (*per Sacramenta*), Ordinandi virtute divinitus præditos, nonnisi vero uti universos Canonum condendorum, Censurarum ferendarum potestate divinitus esse cumulatos.

§. II. Una igitur Apostolorum, eorumque successorum universitas, seu, quod idem est, una Ecclesia Præfecturæ Jurisdictionem ab ipsis Christi manibus accepit, quamque unusquisque hujusce Jurisdictionis particulam tenent, eam ab Ecclesia tamquam a promo condo habuerunt. Ipsi enim vero Apostoli, quam singuli in suis provinciis potestatem gesserunt, eam ab Apostolorum Collegio, h. e. ab Ecclesia obtinuerunt (Vid. supra l. c. §. 2.). Quid ni igitur id ipsum dicamus de Patriarchis, quos singulos singulorum Apostolorum successores esse, singularisque potestatis hæredes, rationibus addiximus necessariis? (Vid. supra Quæst. VIII.) proindeque Ecclesiam Patriarchicæ potestatis effectricem, auctricemque esse sentiamus?

§. III. Patriarcharum igitur jura non divino, sed humano satu sunt orta (*a*); nisi fortasse dicere velimus, ea, cum ab Apostolica mente, ratione, consilio profecta fuerint, atque ab ipsismet Apostolorum manibus in primariarum Ecclesiarum usu ac more collocata, atque ab eorum successoribus perpetuo custodita, custodianturque (*b*), divinitus esse instituta.

QU. XII.

(a) Thomass. *de N. & V. E. D. p. I, l. 1., cap. 7*, §. 4. Si dictum est a me, Patriarchas jure tantum Ecclesiastico niti, nihil derogatum volui iis quæ supra disceptata sunt de Metropolitanis Ecclesiis & Patriarchalibus, quarum conditores fuere Apostoli, & quarum principatus ipsis Evangelicis Apostolicisque Scripturarum testimoniis consecratus est. Hæc institutio, quæ Ecclesiæ ipsi pene coæva est, juri divino finitima est, ab eoque emanavit proxime & immediate, quippe cum ab Apostolis profecta sit, velut æmulatrix quædam Apostolici Collegii, & ejus auctoritatis eximiæ, qua Christus Petrum supra Apostolos ipsos evexerat.

(b) Quod constituerunt Apostoli, quod dum viverent mandatum est executioni, quodque postea ubique gentium constanter fuit observatum, Juris est Divini. Juvenin. *de Sacram. Diss. X, q. 1, c. 6.*

QU. XII.

Patriarcharum jura quandonam instituta fuerunt?

§. I. PRincipio communibus Apostolorum consiliis, curisque, Petro auspice & duce, Ecclesiam Christi gubernatam fuisse suadent ea, quæ habentur *Act. I*, 13, *& seqq. II*, 42, *& seqq. IV*, 31, *& seqq. V*, 12, *& seqq. VI*, 2, *& seqq. VIII*, 14, *IX*, 27, *& seqq. XI*, *& seq.*

§. II. At cum Christiana Religio jussu divino in universum orbem esset disseminanda, necesse fuit, ut Apostoli dividerentur, ac diversi abirent veritatem Evangelicam in remotissimas terras illaturi.

§. III. Quamdiu Apostoli Jerosolymis simul una desederunt, singuli singulis vicibus ab Universitatis unum in locum congregatæ nutu pendebant; at cum peregre profecti non amplius possent in unum locum coire, nec proinde singuli a coacta Universitate singula mandata recipere, quod sæpius faciendum fuerat, semel factum fuit, singulique Apostoli cum perpetuis mandatis ab Apostolorum cœtu seu Ecclesia longe lateque missi fuerunt.

§. IV. At cædo, inquies, tempus, quo hic Apostolorum cœtus habitus fuit tot tantorumque auctor mandatorum, unde ordinaria singulorum Apostolorum tota sese ejecit, atque extulit potestas? Si ullus conjecturis locus est, in eo conventu, in quo Apostoli *terrarum partes Evangelio imbuendas sibi distribuerunt*, (S. Leo *serm.* 80, *c.* 3.) fideique, quam unusquisque prædicare deberet, symbolum ediderunt, (*a*) illud etiam statutum fuisse putandum est, quibus cum Mandatis, quaque cum potestate singuli in suas provincias essent ituri.

§. V. Quem tu Apostolicum conve-

(a) Vid. Bingh. *T. IV*, *pag.* 62, *N. a.* Baronius ad an. 44, n. 15. Tunc etiam Catholicæ fidei consulturi, (Apostoli) quid singuli essent prædicaturi gentibus, ne ulla ex parte aliqua vel apparens inter eos in adnuntiatione Evangelii diversitas esset; quosdam fidei canones, quibus universam Christianam fidem perstringentes firmarent ac stabilirent, constituerunt; quos proprio nomine Dei Ecclesia nominare consuevit *Symbolum Apostolorum*, vel quod singuli ex eis ad eum perficiendum attulerint suum symbolum ..... vel quoniam, qui Christiani essent, eo symbolo, velut tessera militari data, dignosci possent.

Natalis Alexander *T. IV*, *pag.* 314, Gerardus Vossius *lib. de tribus Symbolis*, *Dissertatione I*, negat ab Apostolis editum, atque ideo tantum Apostolicum dici contendit, quia Apostolicæ doctrinæ compendium est, ac præ Symbolis aliis, verbis etiam gaudet Apostolorum, & Evangelistarum. Ante ipsum indicavit Calvinus se non agnoscere Apostolos illius Symboli Auctores *lib.* 2 *Institutionum*, *cap.* 16. *Apostolicum autem Symbolum nuncupo*, inquit, *de Auctore minime sollicitus*

ventum nobis narras, cujus nulla mentio nec in Actis Apostolorum, nec in antiquorum Patrum Scriptis uspiam occurrit?

§. VI. At quam multa ab Apostolis facta sunt, quorum nec S. Lucas, nec Apostolorum quisquam meminerunt! Audi Hieronymum: (*Com. in Epist. ad Galat. c. 2.*) *Lucas in Actis multa silentio praterivit, ut qui ne scripti quidem ab se Evangelii meminit.* Hieronymo adstipulatur Chrysostomus (*Hom. 21 in Act.*) cum ait: *Lucas Historiographus multa succidit, & tempora congessit.*

§. VII. Illud vero alterum omnino fal-

---

tus ..... Neque vero mihi dubium est, quin a prima statim Ecclesia origine, adeoque ab ipso Apostolorum saculo, instar publica, & omnium calculis recepta confessionis obtinuerit, undecumque tandem initio fuerit profectum, quo intellecto, de Auctore vel anxie laborare, vel cum aliquo digladiari, nihil attinet.

Audacius Antistite suo Chamierus *lib. 9 de Canone cap. 10. Esse ab Apostolis Symbolum sic compositum, si non est falsum, certe quod proximum falso esse nemo negat, incertum est.*

His concinit Erasmus *in Prafatione ad Lectorem, Paraphrasis Sancti Matthai. Librum hunc*, inquit, *concinnare cupio non ex humanis lacunis, sed ex fontibus Evangelicis, Apostolicis Litteris, & ex Symbolo; quod an ab Apostolis proditum sit, nescio.*

Natalis Alex. *ibid. pag.* 315. Contrarium evincitur ex Iræneo *l. 1 adversus hareses cap. 2. Ecclesia enim*, inquit, *per universum orbem usque ad fines terra seminata, & AB APOSTOLIS & a Discipulis eorum accepit eam fidem, qua EST IN UNUM DEUM PATREM OMNIPOTENTEM.*

Ex Tertulliano *lib. de Prascriptionibus Hareticorum cap. 37. In ea regula incedimus*, inquit, *quam Ecclesia AB APOSTOLIS, Apostoli a Christo, Christus a Deo tradidit.* Porro nomine regulæ, Symbolum istud intelligit, de quo agimus, ut constat *ex lib. de Velandis Virginibus cap. 1. Regula*, inquit, *fidei una omnino est, sola, immobilis, & irreformabilis, CREDENDI SCILICET IN UNUM DEUM OMNIPOTENTEM, MUNDI CONDITOREM, ET IN FILIUM EJUS JESUM CHRISTUM,*

Et lib. laudato de *Prascriptionibus cap. 13. Regula est autem fidei, ut jam hinc quid defendamus profiteamur, illa scilicet qua CREDITUR UNUM OMNINO DEUM ESSE.*

Et cap. 21. *Superest ergo uti demonstremus, an hac nostra doctrina, cujus Regulam supra edidimus, de Apostolorum traditione censeatur, & ex hoc ipso, an catera de mendacio veniant.*

Ex Lucifero Calaritano *lib. 2 adversus Constantium Imperatorem*, ubi hoc Symbolum appellat *Formam Disciplina, & Regulam Fidei per APOSTOLOS TRADITAM.*

Et Libro *De non conveniendo cum Hareticis*, ita scribit: *Unde dulces tui possent esse sermones, quem videmus tenentem traditionem Arii, non Beatorum Apostolorum, ad quos dixerit iste quem negas quod verus sit Filius Dei:* Euntes Baptizate credentes in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti? *Quomodo tibi discipulo Arii acquiescemus Christiani, destruentes Apostolicam Traditionem, cum te inveniamus dicere Patrem non esse verum Patrem, sed appellari Patrem; cum dicas illum non verum habere Filium, sed factum ex nihilo? E contra videamus, Apostolos credidisse in unum Deum Patrem omnipotentem; verum Patrem; propterea verum Patrem, quod vere, non putative habeat Filium: & in unicum Filium ejus Jesum Christum, hoc est, in verum Dei Filium; & in Sanctum Paracletum, verum Dei Spiritum.*

Ex S. Ambrosio *lib. 1, Epist. 7 ad Siricium Pontificem Maximum. Credatur*, inquit, *SYMBOLO APOSTOLORUM, quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit & servat.*

Idem Pater, seu potius alius Auctor Sermonis ultimi *de Jejunio Elia*, inter ejus

falsum est. Nam Hieronymus *in Esaiam extrem. c. 4*, hæc habet: *Spiritus Sanctus CONGREGAVIT EOS* (Apostolos) *deditque eis sortes, atque divisit*. Ruffinus *in Præfat. expos. Symb. ad Laurentium* sic ait: *Tradunt Maiores nostri, quod Apostoli discessuri ab invicem normam sibi prius futuræ prædicationis IN COMMUNE constituerint, quodque omnes IN UNO POSITI, & Spiritu Sancto repleti breve istud futuræ sibi prædicationis indicium in unum conferendo, quod sentiebat unusquisque, composuerint, atque hanc credentibus dandam esse regulam statuerint*. Hæc Ruffinus Sæculo IV, quo certe tempore Cornicum oculi non configebantur. Nec sapientissimi illi viri, qui omnia Ruffini scripta tam nasute distrinxerunt, cunctaque eius ulcera tetigerunt, huic loco pepercissent, nisi solida omnia offendissent. Quare cum Hieronymus, Ruffinus, Patres, Scriptoresque Ruffino majores hujusce Apostolici conventus meminerint, injuria antiquorum Patrum silentium nobis opponis.

§. VIII. Quod si vero quæras, quo anno hanc Concionem habuerint Apostoli, hunc incertum diversi Auctores fa-

---

ejus Opera editi, agens de fide contenta in hoc Symbolo, ait: *Ista autem ipsa clavis, quam fidem dicimus, videamus quemadmodum constet, quemadmodum solida sit. Arbitror illam duodecim Artificum operatione conflatam. Duodecim enim Apostolorum Symbolo fides sancta concepta est, qui velut periti artifices in unum convenientes, clavem suo consilio conflaverunt. Clavem enim quamdam ipsum Symbolum dixerim, per quam reserantur diaboli tenebræ, ut lux Christi adveniat*.

Ex Cælestino I Pontifice Maximo in *Epistola ad Nestorium*, ubi Symbolum istud vocat *Symbolum ab Apostolis traditum*.

Ex Concilio Ephesino in Relatione ad Theodosium Augustum, de Nestorii depositione. *Fides*, inquit, *initio quidem a SANCTIS APOSTOLIS TRADITA, postea vero a trecentis decem & octo Patribus, in Metropoli Nicæna exposita*.

Ex Ruffino *in Præfatione Expositionis Symboli ad Laurentium*. *Tradunt Majores nostri*, inquit, *quod post Ascensionem Domini, cum per adventum Spiritus Sancti supra singulos quosque Apostolos igneæ linguæ sedissent, ut loquelis diversis, variisque loquerentur, per quod eis nulla Gens extranea, nulla linguæ barbaries inaccessa videretur, & invia: præceptum eis a Domino datum hoc, ad prædicandum Dei verbum ad singulas quemque proficisci nationes. Discessuri itaque ab invicem, normam sibi prius futuræ prædicationis in commune constituunt, ne forte alii alio adducti, diversum aliquod his, qui ad fidem Christi invitabantur, exponerent. Omnes igitur in uno positi, & Spiritu Sancto repleti, breve istud futuræ sibi, ut diximus, prædicationis indicium in unum conferendo, quod sentiebat unusquisque componunt, atque hanc credentibus dandum esse Regulam statuunt*. Et infra: *Discessuri igitur, ut diximus, ad prædicandum, istud unanimitatis & fidei suæ Apostoli indicium posuere, non sicut filii Noe, discessuri ab alterutrum, turrim ex latere cocto & bitumine construentes, cujus cacumen usque ad Cælum pertingeret; sed monumenta fidei, quæ starent adversus faciem inimici, a lapidibus vivis, & margaritis Dominicis ædificantes; quam neque venti impellerent, neque fulmina subruerunt, neque tempestatum ac procellarum turbines permoverent*.

Eadem hæc habet S. Isidorus Hispalensis *lib. 2 de Ecclesiasticis Officiis cap. 22*.

Ex S. Leone *Epistola 13 ad Pulcheriam Augustam* data. *Siquidem ipsius Catholici Symboli*, inquit, *brevis & perfecta confessio, quæ duodecim Apostolorum totidem est signata sententiis, tam instructa sit in munitione Cælesti, ut omnes Hæreticorum opiniones solo ipsius possint gladio detruncari*.

Ex-

faciunt. Anno Christi quarto & quadragesimo id contigisse censet Baronius ad eundem annum §. 13, & 20. Alii citius, alii serius. Illud videtur pro certo habendum, haud ita multo post baptizatum Cornelium Apostolos ex Judæorum Regione profectos Ethnicis Evangelium prædicare cœpisse. Tunc enim per visum lintei omne animalium genus complectentis ter cœlo demissi jussus est Petrus, ac proinde cæteri Apostoli Cœlestem Christi doctrinam etiam cum gentibus communicare. Tunc igitur Apostoli sibi terrarum partes evangelio imbuendas sibi distribuerunt, tunc munia omnia sibi diddiderunt, tunc summa doctrinæ prædicandæ capita in medium contulerunt, tunc denique statuerunt, qua cum potestate in suas singuli provincias proficiscerentur.

§. IX. Ecce igitur tibi circiter tempus,

Ex Cassiano *lib. 6 de Incarnatione, cap.* 3, & 4. *Collata ab Apostolis Domini totius Catholicæ Legis fide, quicquid per diversum divinorum Voluminum corpus immensa funditur copia, totum in Symboli colligitur brevitate perfecta.*

Ex S. Maximo, *Homilia De traditione Symboli*, cuius hæc sunt verba: *APOSTOLI Ecclesiæ Dei Mysterium Symboli tradiderunt: ut quia sub uno Christi nomine credentium futura esset diversitas, signaculum Fidei inter Fideles perfidosque discerneret.*

Selvag. *Inst. Antiq. Christ. Lib. I, pag.* 400, §. 4. Ex dictis duo sponte fluere videntur: Alterum est quod Patres loquantur, non modo de doctrinæ medulla, verum etiam de verborum, ut ita inquam, cortice: Nam 1 illud afferunt, tamquam monumentum publicum notum ac certum, cuius etiam verborum initium innuunt. 2 Illud opponunt hæreticis, ceu regulam ab illis patenter, ac scienter violatam. 3 Fatentur Nicænos Patres illud explicasse, & clarioribus verbis, quod in eo generalioribus continebatur, eduxisse. 4 Memorant illud, ut intemeratum Ecclesiarum depositum, ac suis distinctum sententiis, suisque conceptum formulis: ergo a primis usque temporibus hujusmodi Symbolum non doctrina tantum, sed verborum etiam integritate extabat. Alterum est, quod Patres hujusce Symboli originem Apostolis disertissime tribuant: namque 1 illud sub eorum nomine referunt; 2 ab ipsis acceptum fatentur; 3 eorum sententiis constructum tradunt. Ergo Symbolum Apostolicum Apostolos agnoscit Auctores. His addesis nihil in eo contineri, quod Apostolicam simplicitatem, & majestatem non redoleat.

Unde igitur, inquies, in Symbolis apud antiquos Patres adhuc extantibus tanta varietas non modo in verbis, verum & in sententiis? Profecto si quis vulgare Symbolum cum Romano, Aquilejensi, Alexandrino, Antiocheno, Jerosolymitano, &c, inter se attente contulerit, integrorum articulorum adjectionem, aut omissionem facile deprehendet. Nam 1 *Descendit ad Inferos* in vulgari, & Aquilejensi superest, ab Romano, & Orientali abest. 2 *Sanctorum communio* in Vulgari Symbolo exprimitur, exulat a Romano, Aquilejensi, Orientali. 3 *Vita æterna* in Vulgari memoratur, in cæteris ne verbum quidem. Hoc unum est, quod difficile solvendo esse videtur, & in quo mirifice sibi plaudunt adversarii. Verum si quis recte consideret hoc Symbolum ab Apostolis teste Hieronymo non Chartis traditum, sed memoriæ fidelium consignatum fuisse, facile binas hujusce varietatis caussas agnoscet. Prima est memoriæ instabilitas: namque in libris ipsis describendis tam variæ lectiones sæpe inciderunt; quanto magis in verbis memoria retinendis, in tanta nationum disjunctione, in tanta temporis diuturnitate? Altera est novarum hæreseon in dies emergentium infelix propago, cui succidendæ clarior alicujus articuli explicatio requirebatur, adeo ut quæ in uno Articulo veritates virtute, ut ajunt, continerentur, ad errorem refellendum tamquam ex semine discluderentur. Hinc *descensus ad inferos*, uti Ruffinus ipse observat, virtute latet

pus, *quo ordinaria singulorum Apostolorum* potestas exorta est, atque hinc Patriarcharum jura, cum singulis Apostolis singulos Patriarchas (*b*) successores datos esse a nobis superius demonstratum jam sit. (Vid. supra Quæst. I, & Quæst. VII.)

QU.

tet in Christo sepulto. 2 *Sanctorum communio* in ipsa vivificantis Spiritus, & Ecclesiæ confessione concluditur. 3 Tandem *vita æterna* in Carnis resurrectione satis exprimitur: *ex qua nempe*, ut ait Ruffinus, *ministratur justis perpetuitas gloriæ*, *reis prolixitas confusionis*. Cæterum ex solius Romanæ Ecclesiæ Symbolo quid Apostolicum habeat, colligendum est; tum quod Apostolorum Symbolum Romana Ecclesia semper intemeratum custodierit, ac servaverit, teste Ambrosio; tum quod neque hæresis ulla suum sumserit illic exordium, & vetusta in Catechumenis recitandi Symbolum consuetudo perpetuo obtinuerit, eodem teste Ruffino. Præterea aliqua ab adversariis proferuntur Symbola, quæ ab Romano longe distare videntur, ut illa Irenæi, Origenis, Gregorii Thaumaturgi &c. Sed hæc vere Symbola non sunt, sed potius Fidei Christianæ Expositiones, ac fortasse Symboli Apostolici Explicationes, quum ab eo quoad sensum, & sententiam nihil differant

Vid. Matthæum Petitdidier *in Observation. ad Biblioth. Dupini*, Cellier, aliosque, qui hæreticos, eorumque simios refutaverunt, qui aut certum non esse, Apostolos hujusmodi Symbolum confecisse cum Calvino; & Erasmo asseruerunt; aut paullatim ab Ecclesia fuisse confectum cum Kinchio, & Basnagio docuerunt, vel denique ab Episcopis & Presbyteris Ecclesiæ Romanæ repetendum esse cum Vossio, atque Pacheto arbitrantur.

(b) Vid. Balsamon. in epist. Dionys. pag. 1109.

QU. XIII.

Quænam sunt Patriarcharum Jura?

§. I. UT Patriarcharum jura bono in lumine collocentur, duo tempora sunt distinguenda. Alterum quod minorum Diœcesanorum creationem antecessit; alterum quod subsequutum est. Primo illo tempore eam omnem potestatem Patriarchæ usurparunt, quam singulis Apostolis profectionem parantibus ab Apostolico Conventu, seu ab Œcumenica Ecclesia tributa fuerat: secundo vero tempore plura jura cum minoribus Diœcesanis communicarunt, iisque unis contenti fuere, quæ in fundandis Ecclesiis sibi ipsis reservarunt.

§. II. Neque vero primi temporis diuturnitas in omnibus Patriarchatibus una, nec secundo tempore eadem omnium Patriarcharum potestas fuit. Nam in Patriarchatu Alexandrino centum & amplius anni effluxerant, antequam ulli minores constituerentur Diœcesani (Vid. supra quæst. I.): contra vero in Romano (*a*), Antiocheno

(a) Selvagius *Inst. Antiq. Christ. l.* 1, *c.* 5, §. 2, *num.* 10, *pag.* 44. Florentini Hetruscæ fidei, ac pietatis origines ab Apostolicis temporibus repetunt; & quidem a Paulino Petri Apostoli discipulo an. 46 in Hetruriam ad Evangelium annuntiandum ab eodem Apostolorum Principe misso. Confer Franciscum M. Florentinum *de Hetruscæ Piet. origin.* Sed & Ptolomeum quemdam in Tusciam ad prædicandum Evangelium misisse Petrus Apostolus traditur, qui & ibidem martyrio coronatus sit. Hujus Acta habere se testatur Baronius ad Martyrologium Romanum die 19 Octobris. Adhæc Pisanis Evangelii lux adfulsit opera S. Perini, vel Petrini, quem jubente S. Petro Pisas adventasse antiquissima fert Pisanorum traditio. Tum Lucenses Evangelii lumen adspexisse feruntur opera ejusdem S. Paulini, qui licet a S. Petro ad annuntiandum generatim Hetruscis Evangelium missus fuerit; & speciatim primus Lucensis civitatis Episcopus constitutus, sub Nerone ad radices Montis Pisani cum pluribus sociis martyr occubuit. Hujus Acta Manuscripta ab Ecclesia Lucensi accepisse se testatur Baronius ad Martyrologium die 12 Jul. Fesulani Apostolatu S. Romuli S. Petri discipuli Christianam Religionem fuisse amplexatos, tum scribit S. Antoninus *Part. I, Tit. VI, cap.* 26, §. 4, tum & antiquissima ferunt Ecclesiæ Fesulanæ monumenta. Is igitur ab Apostolorum Principe primum Fesulanus Episcopus constitutus, dein ab eodem ad prædicandum Evangelium missus, quum in multis Italiæ locis Christi adventum annuntiasset, Fesulas rediens sub Domitiano Principe martyrii una cum sociis coronam sortitus fuit. Ejusdem Fesulani Episcopi Acta ex antiquissimis monumentis edidit Franciscus Cattaneus Episcopus itidem Fesulanus.

Ravennates S. Apollinaris S. Petri discipuli opera sese ad Christianam religionem recepisse contendunt. Id quod indicere etiam videtur S. Petrus Chrysologus *Serm. CXXVIII.* Eodem Apollinare Doctore nonnullas antiquiores Æmiliæ Ecclesias, uti Ariminensis, Forocorneliensis, Faventina &c. Christi fidem agnovisse, & antiquissimæ earundem traditiones indicant, & vetusta Martyrologia tradunt &c.

Vid. Mamach. *T. II, pag.* 244, *N.* 1. De cæteris Italiæ Ecclesiis, earumque traditio-

no (*b*) primarias Ecclesias statim fere secundariæ sunt consequutæ. Atque Patriarchæ in Ecclesiis fundandis non eamdem omnes suis Metropolitis, aut Diœcesanis Episcopis concesserunt potestatem, sed alii majorem, alii minorem sibi reservarunt. (Vid. infra Quæst. XV.)

§. III. Duo igitur dispiciamus oportet. Primo, quæ jura in Patriarcharum institutione sibi retinuerit Œcumenica Ecclesia. Secundo, quænam in Metropolitarum, & Diœcesanorum Episcoporum constitutione sibi servaverint Patriarchæ.



QU.

ditionibus videndus Ughellus. At est illud diligenter ei animadvertendum, qui ad Ughelli Italiam legendam appellit animum, quod est a Maffejo observatum ad Coletum epistola, non quod novum sit, aut Italis minime exploratum, sed quod majore sit is auctor libertate loquendi, scribendique usus, quam reliqui consueverint. „ Populares fabellæ, nec non historiolæ decimo „ sexto, ut plurimum sæculo concinnatæ „ (labitur vir doctus ; sunt enim illarum „ pleræque sæculo sexto ac decimo longe „ vetustiores) cujuslibet fere Italiæ civitatis Pastorem primum ab Apostolorum „ ævo, ipsisque Christianæ fidei incunabulis arcessunt, seriemque Episcoporum „ mirificam, nec interruptam perbelle ædificant. Quamplurimas tamen fuisse ex „ bis civitatibus, in quibus ante III sæculum Episcopi nomen non sit auditum, „ rerum ordinem, & tempora perpendenti „ constabit. Neque enim Christiana Religio in omnibus illico universæ Italiæ „ municipiis diffundi potuit, ac radices „ agere. " Etsi vero radices in omnibus municipiis Italiæ Christiana Religio non egit, tamen facile crediderim auditum in omnibus fere nomen Christi fuisse, extitisseque in iis homines, qui nostra instituta coli oportere arbitrarentur. Atque Justini Martyris, Tertullianique testimonia, quæ *tom. I*, *pag.* 339, *& seq.* produxi, consideranti plane persuaderi hoc idem posse existimo. Atque id erat Petro, ejusque successoribus curæ, ut cœtus Christianorum ubique in Italia constituerentur.

(b) Paulum, & Barnabam Apostolos Seleuciam venisse testatur Lucas *Act. XIII*, 4, atque illic Christianam Ecclesiam fundasse probatissimi Scriptores tradiderunt.

Quien. *Or. Chr. T. II*, *colum.* 954. Sat sit nobis a primæva Christiani nominis ætate Edessenorum Ecclesiam coivisse, quando tertio, quartoque sæculo cunctis ratum erat Edessenos ad fidem fuisse conversos a Thaddæo Christi discipulo.

Vid. quæ supra diximus Quæst. VI, §. 4, 5.

QU. XIV.

Quæ Jura in Primariarum seu Patriarchalium Ecclesiarum Institutione sibi reservavit OEcumenica Ecclesia, vel Universæ Ecclesiæ Primas?

§. I. ECclesiam Christi, quamdiu Apostoli Jerosolymis substiterunt, in Apostolorum Senatu Petrique Principatu constitisse palam est ex iis, quæ habentur *Act. I, III, VI.*

§. II. Postquam Apostoli ex Judæorum Regione excesserunt, non ideo Christi Ecclesiam diffluisse, sed eamdem in Petro iisque qui Petro aderant, hæsisse certum est ex illis, quæ leguntur *Act. XV: Visum est Spiritui Sancto & nobis.*

§. III. Petro, Apostolisque fato, & legatione functis, non ideo Christi Ecclesiam interiisse, sed in Petri Apostolorumque Successoribus superstitem extitisse, eodemque spiritu, afflatu, instinctuque semper caluisse, quo Apostolicis calebat temporibus, & etiamnum calere, perpetua, & constans omnium temporum, omniumque locorum traditio est.

§. IV. Ecclesiæ Cœnaculo inclusæ ex Apostolis Jerosolymam adhuc incolentibus coactæ subiisse Concilia Œcumenica: Ecclesiæ Apostolorum in varias Regiones abitu dispersæ, uti tunc Petrus, ita nunc Petri Successorem Romanum Pontificem vice fungi, res in omnium oculis posita per se ipsa loquitur. (Vid. supra L. I, Q. V.)

§. V. At quorsum hæc? Ut intelligamus, ea, quæ in Patriarchalium jurium institutione ab Apostolico conventu, seu Ecclesia sibi reservata fuerunt, ea vel Œcumenico Concilio, vel Summo Pontifici esse reservata. Quot igitur, quæque ea demum sunt? Uno verbo complector omnia. Quæ ad Ecclesiæ unitatem servandam, fovendam, nutriendam sunt necessaria, ea ad Pontificem Maximum ajo pertinere (*a*).

§. VI. Hinc I Summi Pontificis doctrina Lydius ille lapis, ad quem omnes,

(a) Eibel. *Introd. in Jus Eccl. Cath. T. III, l. 2, c. 3.* Sufficientibus certe argumentis demonstravimus, *Beato Petro* ejusque successoribus non tantum honoris, verum etiam Jurisdictionis Primatum præ quovis alio Ecclesiæ Rectore seu in Concilio, seu extra illud considerato unitatis conservandæ causa obtigisse. Quis igitur his argumentis convictus inter singulos Antistites, Hierarchiam Jurisdictionis ubicumque exercentes, *Romanum Pontificem non primum*, & quidem non ita collocabit, ut *ejusdem JURA ESSENTIALIA ea omnia esse dicat, SINE QUIBUS UNITAS IN ECCLESIA OBTINERI NEQUIT?*

Profecto cum unitas sola sit ratio, & finis Primatus, ac primigeniæ Potestatis Pontificiæ; & cum media cujusque potestatis tantum ea dici queant necessaria, quæ cum fine, propter quem potestas est, deprehenduntur necessario connexa: connexio cum unitate obtinenda certissimum suppeditat

mnes, atque etiam Patriarchæ ipsi vitæ, fideique, quæ una eademque in omnibus esse debet, regulas debent explorare. Quocirca Maximianum Constantinopolitanum Episcopum hæc dicere solitum fuisse ferunt: *Summum Pontificem de cæteris mortalibus ex terrarum Orbe Conditor Orbis elegit, cui Cathedram Magisterii principaliter possidendam tenere perpetuo privilegii jure concessit, ut quisquis divinum aliquid, aut profundum nosse desiderat, ad hujus præceptionis Oraculum, doctrinamque recurrat.* (Vid. supra L. I, Q. VI.)

§. VII. Hinc II Pontificis Maximi est in iis, quæ ad Universam Ecclesiam spectant, Ecclesiis omnibus etiam Patriarchalibus Canones describere, pœnas decernere, ac veniam dare. Quamobrem Siricius in ea epistola, qua Himerio Tarraconensi edixerat, ut eos unos in Ecclesiasticorum censum referret, in quibus sanctitas morum, pietas, religio elucesceret, quique pluribus nuptiis incontinentiæ suspicionem non injecissent, hæc tandem addit: *Quid ab Universis post hæc Ecclesiis sequendum sit, quid vitandum, generali pronuntiatione decernemus.* Siricius in *Decret. c.* 8, *&* *c.* 15. (Vid. sup. L. I, q. VII.) S. Victor I Asianos Judaicum morem celebrandi Pascha Luna XIV Martii in quemcumque Hebdomadæ diem incideret, mordicus tenere perseverantes, atque decreto ab se promulgato obtemperare detrectantes, acceptamque ab Joanne Evangelista traditionem pertinaciæ suæ obtendentes, ab Ecclesiæ communione summovit, atque ab Irenæo exoratus pacem illis restituit. (Vid. supra L. I, quæst. IX.) Cœlestinus contra Canones decimum quintum, & decimum sextum Concilii Nicæni Proculum Episcopum Ciziccenum ad Ecclesiam transtulit Constantinopolitanam. Socrates *lib.* 7, *c.* 39. (Vid. sup. L. I, Quæst. VIII.)

§. VIII. Hinc III Ad Pontificem Maximum Episcopi omnes etiam Patriarchæ in rebus dubiis (*b*), atque ad communem omnium doctrinam, ac disciplinam pertinentibus referre debent. Hujusce rei exemplum in ipso nascentis Ecclesiæ exordio paullo post Apostolorum profectionem nobis occurrit, cum pergravi Antiochiæ de Mosaicæ legis cærimoniis quæstione orta, Paulus & Barnabas Apostolorum Principem ea de re consulendum esse censuerunt. (Vid. supra L. I, quæst. XVI, XVII.)

§. IX. Hinc IV Ab Patriarchis ad Summum Pontificem integrum est provocare. (Vid. supra L. I, Qu. XXV.) Sanctus Gelasius I an. 492 hæc pronuntiare non dubitavit: *Quorumlibet sententiis Pontificum ligata B. Petri Sedes jus habet resolvendi, utpote quod de omni Ecclesia jus habeat judicandi, neque cujusquam de illa liceat appellare judicio. Siquidem ad illam* DE QUALI-

---

Principium quævis jura dignoscendi, num vere essentialia primatus sint, atque hinc jam divina ei institutione inhæreant, num vero eidem subinde demum citra necessitatem fuerint adnexa.

S. Hieronym. *lib.* 1 *in Jovinian.* Unus eligitur, ut Capite constituto, Schismatis tolleretur occasio.

Optat. Milevit. *l.* 1 *contra Parmenianum.* Bono unitatis B. Petrus . . . . præferri omnibus Apostolis meruit.

(b) Dionysius Alexandrinus requisitus de baptismate, quod apud hæreticos fidelis haud pravo animo acceperat, cum dubius hæreret, quodnam jus ea in quæstione ipsi dicendum esset, nonnisi ad Xistum Romanum Pontificem scribendum duxit. Euseb. *l. VII*, *c.* 7.

LIBET MUNDI PARTE Canones appellari voluerunt; ab ea autem nemini sit appellare permissum. Quod si hujusmodi provocationum exempla desideras, en tibi Joannem Chalcedonensem, qui a Joanne Patriarcha Constantinopolitano damnatus, ad Gregorium I Summum Pontificem provocavit, a quo salutarem litteram tulit. (Vid. Fleury *H. E. l.* 35, *n.* 44.) Neque vero audiendi sunt illi, qui hoc jus a Sardicensibus Canonibus in Ecclesiam invectum fuisse contendunt. Quis enim ignorat, etiam ante Concilium Sardicense Montanum, Florianum, Blastum, aliosque Cataphrygas Sæculo II ab Apollonio Ephesino Episcopo, qui jurium Patriarchalium tunc temporis potiebatur, (Vid. supra quæst. V.) gravissimis criminibus condemnatos ab Romana Sede remedia suis vulneribus quæsivisse? (Claudius Apoll. apud Euseb. *L. V H. E. c.* 15, 18.) ut proinde nemo, qui partium studio ductus non sit, dubitare possit, Provocationes ad S. Pontificem in Sardicensi Concilio ortas minime fuisse, sed solummodo ibi vires suas collegisse.

§. X. Hinc V Patriarchæ, cum in Judicium vocantur, ante Summi Pontificis tribunal sistendi sunt, uti patet ex Epistola S. Nicolai I ad Michaelem Imperatorem, in qua octo Patriarchæ a S. Pontificibus exauctorati memorantur. Certe sæculo tertio nondum elapso Antistites Pentapolitani Dionysium Patriarcham Alexandrinum ad S. Dionysium Pontificem rapuerunt, apud quem Episcopus Alexandrinus objectum crimen purgavit, omnisque exors culpæ declaratus fuit. (Vid. S. Athanas. *in Epist. de senten. Dionys.* §. 13, *pag.* 252, edit. Monachorum.)

§. XI. Hinc VI denique cum Ecclesiæ unitas Summum Pontificem tamquam Centrum ad linearum omnium complexum requirat, cumque hoc Centrum non solum extra Concilium, sed etiam in ipso Concilio lineas omnes complecti debeat, nullum Concilium, ne Œcumenicum quidem, ratum, ac firmum erit, cui hoc punctum, Centrumque desit. (Vid. supra L. I, Q. V.)



QU.



QU. XV.

Quæ jura in Secundariarum seu in Metropolitanarum, Episcopaliumque Ecclesiarum institutione sibi retinuerunt Patriarchæ?

§. I. CUM, non secus ac ex Matricibus filiæ, Episcopales, Metropolitanæque Ecclesiæ ex Patriarchalibus prognatæ sint, illarumque bonis dotatæ; (Vid. supra Q. I.) hinc fit, ut quemadmodum non ab omnibus Matribus eædem dotes filiis dicuntur, ita non ab omnibus Patriarchalibus Ecclesiis eadem jura Metropolitanis, Episcopalibusque fuerint communicata. Quid? Nonne hoc ipsum in Parœciarum divisione accidere quotidie videmus, ut Matrices non eadem semper filiales suas dote locupletent, & ornent, sed aliæ plura, aliæ pauciora ornamenta sibi retineant? neque nisi ex divisionis tabulis nosse poteris (*a*) quæ singulæ Matrices Ecclesiæ sibi insignia reservaverint.

§. II. Ut igitur propositæ quæstioni respondeamus, nihil certi de Patriarcharum juribus statui posse videtur, cum Patriarchæ in fundandis Ecclesiis Episcopalibus, Metropolitanisque alii latioribus, alii brevioribus cancellis eas circumdederint (*b*). Singularum igitur Ecclesiarum tabulæ sunt consulendæ, aut si hæ desint, traditiones, observantiæ, consuetudines explorandæ, quæ tibi facem præferent, atque ad rei veritatem manu veluti ducent. Verum cum plura sint dignitatis ornamenta ac jura omnium fere Patriarcharum communia, idcirco

(a) Berard. *Com. in J. E. U. Tom. H, diss. III, c. 3, pag. 72.* Honores isti non semper iidem sunt in omnibus Ecclesiis Matricibus, cum in divisionibus Ecclesiarum modo plures, modo pauciores sibi soleant reservare. Hac in reerunt adamussim considerandæ formulæ tabularum, quibus factæ unionis, aut divisionis modus exprimitur.

(b) Quien. *T. II, colum.* 358, §. 41. Ea profecto erat Alexandrini Episcopi per Ægyptum omnem potentia, ut in omnibus Diœcesis suæ provinciis & civitatibus Presbyteros ordinare non dubitaret. Socrates enim *lib. 2 hist. eccl. cap.* 24, narrat, Athanasium, quum Pelusio Alexandriam pergeret, quibusdam in Ecclesiis ordinationes fecisse, ἔν τισι τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ χειροτονίας ἐποίει, ordinationes utique Clericorum, non Episcoporum. Plane eodem Socrate teste, quum Theophilus itidem Alexandrinus Dioscorum Hermopolis Episcopum consecrasset, in hac ipsamet Ecclesia monachos duos Dioscori Episcopi socios & fratres Clericos ordinavit, moxque Ecclesiæ Alexandrinæ, ut apparet, Œconomos, sive dispensatores constituit: δύο δὲ ἐξ αὐτῶν παρεκάλεσε συνεῖναι αὐτῷ . . . . καὶ τῇ τῶν κληρικῶν ἀξίᾳ τιμήσας τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐκκλησίας αὐτοῖς ἐνεχείρισεν. Henschenius *in Notis ad Vitam S. Pachomii* ad eum locum, ubi legitur Serapionem Tentirorum Episcopum, Athanasium, qui Thebaidem de more lustrabat, rogasse ut Pachomium ordinaret Presbyterum hæc observat, sibi quidem videri ad solius Patriarchæ offi-

circo quot, quæ quantaque hæc tandem ſint, parumper diſquiramus.

§. III. Hæc ſane ad duodecim ferme capita poſſunt revocari. I, Patriarcharum eſt Evangelii præcones legare ad Infideles convertendos non ſolum intra totius Patriarchatus fines, ſed etiam extra in finitimis Regionibus. II, Eorum eſt non tantum eis, ſed etiam trans ſuam Diœceſim in iis, quas ad Chriſti fidem perduxerint, Provinciis Eccleſias fundare, eaſque, ſi ita collibitum fuerit, Metropolitico jure donare. III, Metropolitarum, Epiſcoporumque Ordinatio juris eſt Patriarchici. IV, Illud etiam ſibi vendicant Patriarchæ, ut eorum nomen in omnibus ſui Patriarchatus Eccleſiis e ſacris Diptychis recitetur. V, Jus dandi Pallium Metropolitis ſuum eſſe dicunt Patriarchæ. VI, Jus itidem Stauropegii ſuum eſſe confirmant. VII, Ad Patriarchas pertinet Generalia totius Diœceſeos Concilia indicere, eiſque præeſſe. VIII, Cum res & momenti, & conſilii ſunt, Patriarchæ ſunt conſulendi. IX, A Metropolitis, atque a Provincialibus Conciliis ad Patriarchas, & ad Diœceſanas Synodos Provocatio eſto. X, Suo jure utuntur Patriarchæ, cum in omnibus, & ſingulis ſuis Provinciis, atque Eccleſiis Eccleſiaſticorum Canonum obſervantiam commovent, urgent, ſuccendunt. XI, Id quoque Patriarchis datum eſt, ut in Metropolitas, Epiſcopoſque de gravioribus criminibus poſtulatos cenſorias virgas diſtringant. XII, Tandem graviorum criminum abſolutiones abs ſe peti oportere clamant, magnaque voce contendunt Patriarchæ. (c) De ſingulis agendum nobis eſt, ſed

---

officium pertinuiſſe, non tantum Epiſcoporum, ſed etiam Presbyterorum ordinationes, per omnes ſibi ſubjectas Diœceſes; ita ut eos Epiſcopi niſi ex ejus licentia & mandato potuerint ordinare. Hoc enim probat Epiſcopi Tentirani poſtulatio pro Pachomio ſuæ Diœceſis monacho, cum titulo Presbyteri præficiendo. Satius vero dicendum, ut Epiſcopis Ægypti ſingulis in ſuis Eccleſiis, ita & Alexandrino Patriarchæ jus fuiſſe per omnem ipſius ditionem Presbyteros, alioſque inferiores Clericos ordinandi.

(c) His addi poſſet XIII, nimirum Conſecratio ſacri Unguenti.

Quien. T. I, *Colum.* 119, §. 15. Quemadmodum Orientis Patriarcharum cujuſcumque generis ſint, ita & Conſtantinopolitani privilegium eſt, ut ipſe ſolus in ſua Diœceſi Chriſma ſanctum conficiat & conſecret, ac per omnes ſuæ ditionis Eccleſias diſtribuat. Hunc porro morem ob multarum Græciæ, Aſiæ, & Orientis Eccleſiarum inopiam Goarus noſter invaluiſſe putat, quando ſacrum illud unguentum non ſine magnis expenſis pro illarum ritu parari poteſt. Addit vir doctus, *boc jus recens inventum non eſſe, quum longe ante deplorandam Photii diviſionem id ſibi Patriarchæ reſervaverint, atque ipſa Photii hiſtoria referat, Bulgaros prius ab ejus ſacerdotibus Chriſmate ſacrilego tinctos, denuo, vel rite potius primum, a Nicolai I Summi Pontificiis Legatis confirmatos; eo quod pontificalis juris & poteſtatis exſors, nec Chriſma conſecrandi, nec illud ad exteras provincias mittendi privilegium eſſet aſſequutus.*

Quando itaque vetuſta adeo conſuetudo eſt, ut Conſtantinopolitani Præſules Chriſma ſanctum pro omni ſua ditione conficiant, non ſatiscapio unde ſchiſmatici Græci acceperint, quod FF. Prædicatores ad illos ſæculo decimo tertio miſſi, ſibi ab illis privatis in colloquiis dictum ſcripſere: *Tertiam ſchiſmatis cauſam fuiſſe, quod quando Legati Summi Pontificiis ab ipſa Sede Apoſtolica annuatim Conſtantinopolim Chriſma deferebant, niſi octoginta libræ auri annuatim a Clero & Urbis populo,* præ-

sed primum de ipsorum Patriarcharum creatione, deque eorum Insignibus, atque Administris dicendum.



QU. XVI.

---

præter alia dona & munuscula eisdem impenderentur, non recedebant. Quæ tamen in nullis schismaticorum criminationibus quas legi, reperiri permirum est: quod plane certissimum falsitatis argumentum est. Joannicus Bulgarorum Dynasta Innocentio Papa III, de sua quam narravimus cum Romana Ecclesia reconciliatione scribens, hoc in primis petierat, ut Chrisma fieret ex præcepto suæ Sanctitatis *in sancta & magna Ecclesia civitatis Trinovæ pro baptismate Christianorum. Sciat enim,* inquit, *Sanctitas tua, quod quum sciverint Romani* (Constantinopolitani, qui Romanorum nomine admodum gloriabantur) *quod receperimus consecrationem a Sanctitate tua, non dabunt nobis Chrisma.* Ex quibus apertum fit, ne ipsis quidem Metropolitis, aut potiorum Sedium quamlibet remotiorum Episcopis Byzantinos Patriarchas concessisse, ut sanctum unguentum sacrarent.

QU. XVI.

Patriarcharum Creatio ad quosnam spectat?

§. I. UI Patriarchalia jura omnium primi in mores Ecclesiasticos induxerunt Apostoli, (Vid. supra Quæst. I.) ii non certe alicujus Ecclesiæ Episcopi proprii (*a*), sed omnium Ecclesiarum communes extiterunt. (Vid. supra L. I, Quæst. XLII, §. 2, & seqq.)

§. II. Quemadmodum autem Romanæ Urbis omnium fere orbis terrarum Principis, cunctarumque Occidentalium Provinciarum Capitis Episcopatus a Petro divina vi instincto dignissimus est habitus, qui sibi & in Universæ Ecclesiæ Principatu, & in Latino Patriarchatu succederet; (Vid. supra l. c. §. 11, 12,) ita Alexandriæ, Antiochiæ, Ephesi, aliarumque, quæ Majorum Diœcesium vertices erant, Urbium Episcopatus ab Simone, Jacobo, Joanne, aliisque Apostolis digni sunt existimati (Vid. supra Quæst. III, §. 3,) qui in sui uniuscujusque locum subirent, suæque ordinariæ potestatis essent hæredes (*b*). (Vid. supra Quæst. VIII.)

§. III. Ita fit, ut ad illos spectet Pa-

(a) Joachimus Hildebrandus *in Comm. de Episcopis, & de Jure Episcopali pag. 6*, §. 10. Apostolorum non erat uno aliquo, & certo in loco, ceu in certa, & fixa Præfectura, consistere, ibidemque continenter muneris sui officia obire. Emissi enim, ut perpetui legati, a Christo erant in universum orbem, ut ædificium ecclesiæ N. T. ministerio suo inter omnes gentes fundarent, Ecclesiæque ministros constituerent, itaque & Propheta iis non Domicilia aut sedes tribuit, sed *pedes formosos illorum, qui pacem annuntiant*, ostendit, indicans expeditos illos pariter fuisse ad peragranda loca omnia Evangelii evulgandi caussa. Solebant quidem interdum aliquamdiu eodem in loco subsistere, sed rebus expeditis alias civitates & provincias lustrasse, ac, cum opus esset, ad locum, in quo antea fuerant, rediisse, ex Apostolorum Actis satis constat.

Pontificii certas & fixas sedes Apostolis assignant, Petro Romæ, Jacobo Jerosolymis, cæteris alibi, id vero contra rationem Apostolici muneris & ipsam Auctorum Apostolicorum historiam evidenter pugnat. I-*Jus Patriarchium*. renæus de Petro, & Paulo: *Fundantes* inquit, *& instruentes B. Apostoli Ecclesiam* (Romanam) *Lino Episcopatum administrandæ Ecclesiæ tradiderunt. Hujus* (Lini) *Paulus in his, quæ sunt ad Timotheum Epistolis, meminit. Succedit autem ei Anacletus, post eum tertio loco ab Apostolis sortitur Clemens*. De Petro Tertullianus: *Evolvant ordines Episcoporum suorum: ita per successores ab initio decurrentes, ut, primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris habuerit auctorem vel antecessorem. Smyrnaeorum Ecclesia Polycarpum ab Joanne collocatum refert, sicut Romanorum Clementem a Petro collocatum*. Inter vetustos duos scriptores non quidem convenit de primo Romanæ Ecclesiæ Episcopo, constat tamen inter eos, quod nec Petrus, nec Paulus Romanæ Ecclesiæ Episcopi fuerint, sed Episcopos ibi saltem constituerint. *Neque id citra indignitatem eorum diceretur, eos Apostolatus functione relicta munus Episcopale obiisse*. Vid. Andreas Fricius Modrev. *de republ. emendanda p.* 551.

(b) Moreri, V. *Apostoliques*. L' Abbè Ru-

Patriarcharum creatio, ad quos spectasset iis Ecclesiis simplices Episcopos dare (c). Hinc Summus Pontifex non ab Œcumenico Concilio

Rupert, *l.* 1, *de Div. Offic. c.* 27, remarque, que les successeurs des autres Apôtres onte été appellez *Patriarches*; mais que le successeur de saint Pierre été nomé *Apostolique* par excellence, a cause de la dignité du Prince des Apôtres. Enfin le Concile de Rheims tenu en 1049, déclara que le Souverain Pontife de Rome étoit seul le Primat *Apostolique*, de l'Eglise Universelle.

(c) Id declarari potest recentioribus exemplis, quæ afferuntur a Benedicto XIV in sua Synodo Diœcesana *l.* 13, *c.* 7, §. 13, ubi hæc habentur. Celebris fuit, non in Germania modo, sed in universo etiam Orbe Catholico Abbatia Fuldensis. Quibus, & quam insignibus ornata fuerit prærogativis, quibus tum Apostolicis, tum Cæsareis privilegiis decorata, legi potest *in Historia Fuldensi* a Brovvero edita anno 1612, & in alia *historia* pariter *Fuldensi* a Joanne Friderico Schannat typis impressa anno 1729. Hanc celebrem Abbatiam nos ipsi in Episcopatum ereximus; ita tamen, ut & privilegia omnia, quibus antea fruebatur, integra manerent, & ipsius Regularis status nequaquam immutaretur; cum scilicet novus Episcopus in ea constitutus, non solum Fuldensis Episcopus, sed etiam Fuldensis Abbas nuncupari debeat; quique in Abbatem posthac electus erit, idem intelligendus sit ad Episcopatum electus: Monachus vero Decanus, tresque Capitulares Monachi, qui antea Abbatem elegere, iidem, vacante Abbatiali dignitate, electionem peragere debeant; hoc uno interjecto discrimine, quod qui prius eligebatur, nonnisi Abbas Fuldensis erat, in posterum vero electus, & Abbas & Episcopus Fuldensis esse censebitur: quemadmodum in nostra Constitutione super hoc edita fusius præscribitur.

Hujusmodi Fuldensis Episcopatus fundatio digna plane est, quæ in primo relationis capite referatur; cum & peculiaris sit, & memoriam renovet eorum Episcopatuum, qui olim, ante Anglicanum schisma, in majori Britannia erant; ad quos videlicet soli Monachi eligebantur. Abbates enim Monasteriorum erant similiter Monachi, eorumque electio a Monachis fiebat; qui autem in Abbatem eligebatur idem etiam intelligebatur electus Episcopus. Porro novem erant Cathedrales Ecclesiæ, in quibus hujusmodi Disciplina recepta fuerat, & vigebat. Eædem recensentur tom. 2 Operis ab Henrico Warthon anno 1691 editi, cui titulus: *Anglia Sacra, sive Collectio Historiarum partim antiquitus, partim recenter scriptarum de Archiepiscopis, & Episcopis Angliæ, a prima Fidei Christianæ susceptione, ad annum* 1540. Earum quoque mentio habetur in Apostolicis litteris Urbani Papæ VIII, incipientibus *Plantata in agro Dominico*, datis anno 1633; ibi: *Quoniam vero inter privilegia, gratias, indulta, & facultates, ac prerogativas Ordinis, & Congregationis Nigrorum nuncupatorum Monachorum S. Benedicti, ac illius monasteriorum in Anglia, fuerunt jura Cathedralia novem Ecclesiarum, nimirum Episcopatus Cantuariensis, Episcopatuum vero Wintoniensis, Dunelmensis, Eliensis, Wigorniensis, Nordoviensis, Roffensis, Bathoniensis,* & *Coventrensis, quorum Episcopatuum Cathedræ sitæ fuerunt, & collocatæ in Monasteriis ejusdem Ordinis, ea conditione, seu consuetudine, ut Capitula dictarum Cathedralium Ecclesiarum, omniaque jura Capitularia manerent, & essent in Conventibus & Monachis eorumdem Monasteriorum, qui Monachi, cum Priore suo, erant eorumdem Ecclesiarum Canonici primarii, & Capitula Cathedralia constituebant, Episcopi vero quasi Abbates eorumdem Conventuum, & Monachorum, tam ad Sedem Abbatialem, quam etiam Episcopalem eligebantur &c. Super quo jure prædictis Monachis Ordinis S. Benedicti conservando, & perpetuando, a diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris etiam diversæ litteræ emanarunt, repulsis contradictoribus, & prædictis juribus illæsis, & integris reservatis. Eisdem Mo-*

cilio (*d*), sed a Clero Romano semper electus fuit, & a Romanæ Provinciæ Episcopis nunquam non consecratus (Vid. supra L. I, Quæst. XLII, N. a); hinc Patriarcha (*e*) Alexandrinus, Antiochenus, ut alios (*f*) mittam, ab unis Alexandrinis, Antiochenisque Clericis renuntia-

---

Monachis, usque ad infelix schisma Henrici VIII Angliæ Regis.

Opportune hic etiam mentio occurrit celebris Monasterii Montis Casini, cujus Abbatialem Ecclesiam Pontifex Joannes XXI, qui ab aliis dicitur XXII, in Cathedralem erexit, voluitque, ut Monasterii Abbas esset etiam Episcopus, & Episcopalem Jurisdictionem in designatis locis finitimis exerceret; relictoque Monachis eligendi jure, decrevit, ut qui Abbas a Monachis subinde eligeretur, simul etiam Episcopus haberetur electus. Apostolicæ Joannis litteræ referuntur ab Ughellio *Ital. Sacr. Tom. I* secundæ edit. *pag.* 572, *& part.* 2 *Historiæ Abbat. Casin.* P. Abbatis Gattola sæculo IX, *pag.* 515, *& seq.* In hoc statu ea Ecclesia perseveravit usque ad tempora Urbani V, qui, cum ingens disciplinæ monasticæ detrimentum ex hac institutione derivatum accepisset, primo quidem Abbatialium, & Episcopalium proventuum administrationem retinuit, eosque in restaurandis Monasterii, Ecclesiæque ædificiis impendi jussit; deinde Abbatialem dignitatem ad eum statum revocavit, in quo erat ante Casinensis Episcopatus Erectionem: sicuti videre est in ejus Constitutione apud Ughellium *loc. cit. pag.* 573, & apud P. Abbatem Gattola *pag.* 517.

(d) Vid Sand. *V. P. pag.* 531. Et quia cum gravi morbo laboraret, sermo manarat de successore ejus eligendo in Concilio, cavit, ne alibi quam Romæ Summus Pontifex crearetur, neve ab aliis, quam a Cardinalibus, penes quos tantum esset jus Pontificis eligendi.

(e) Quien. *T. II*, *col.* 343, §. 27. Certo constat ex Patriarcharum Copticæ Ecclesiæ etiam antiquorum gestis, penes Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyterium dumtaxat, Episcopi electionem fuisse, quem ab illis designatum, & a populo approbatum Episcopi Ægypti continuo consecrarent. Severus quippe Aschmoniensis, qui Patriarcharum Alexandrinorum Vitas ex Copticis & Græcis monumentis Arabico idiomate conscripsit, refert post obitum Cosmæ I Patriarchæ, prima die ortum Episcopos inter & Presbyteros de successoris ejus electione dissidium, postera die convenisse Episcopos, orasse & sedisse; tum Presbyteros adfuisse, quorum πρῶτος, *Primus* dixit negotium hoc ab Episcopis bene gerendum. *Cui Theodorus Episcoporum unus respondit. Quemnam vos elegistis? ut illum quoque nos cognoscamus. Tunc πρῶτος,* seu Primus: *Talem,* inquit, *& hoc est nomen ejus scriptum. Quibus rursum Theodorus: Si placet Synodo, optimus est. Tunc illi πρῶτοι: nostrum est hoc negotium, non Episcoporum, ad quos nihil aliud pertinet nisi impositio manus, aut ordinatio; nostrum vero est eligere Patriarcham. His respondit Abraham Episcopus Phajum. Episcopi quoque ordinabunt vobis quemcumque elegeritis; si dignum proponetis, ordinabimus illum; sin vero, eum abigemus.*

Idem *l. c. col.* 349, §. 32. Athanasius in Apologia sua contra Arianos, diserte, ut videtur, innuit, Alexandrini Præsulis electionem penes Alexandrinum Clerum, Presbyteriumve fuisse, nulla Episcoporum adjecta mentione, ceu qui electum consecrare tantummodo deberent, & in Sede S. Marci collocare. Gregorii siquidem qui ipsi ab Arianis primum subrogatus fuerat, ordinationem præter regulas factam demonstrans: *Etsi Athanasius*, inquit, *objectorum criminum reus fuisset, nequaquam oportebat contra leges & contra Ecclesiæ regulas Gregorium creari: sed Ecclesia præsente, a Clero electum ab Episcopis provinciæ constitui, & nequaquam nunc Apostolorum canones violari.* ... Quod quidem posteriori ævo ab ipsismet etiam Copitis Jacobitisve observatum postea narrabo, ubi de electione Theodori Patriarchæ, qui Cosmæ I successit, mihi sermo erit.

(f) Quien. *T. I*, *col.* 670, §. 32. Ephesini Episcopi electio penes Clerum populumque erat; ad ejus vero ordinationem provinciæ Asiæ Episcopi conveniebant. Quocirca Bassianus, qui Ephesinam Sedem aliquandiu re-

tiari, & ab unis Alexandrinæ, Antiochenæque Provinciæ Episcopis sacro ritu initiari consueverunt. Quod sane argumento est, Pontificiam, Patriarchalemque dignitatem non tam ipsis Episcopis, quam earum Urbium Episcopatibus fuisse illigatam. Nam si e. g. Pontificatus (eadem ratione edisse-re & de Patriarchatibus) non Romanæ, nec ulli alii Ecclesiæ esset adstrictus, non unius certe Ecclesiæ ut ut florentissimæ Clero Pontificis electio permitteretur, sed omnium Ecclesiarum suffragia essent ineunda, aut certe a suffragio ferendo nullus posset Episcopus prohiberi. Cum igitur contra Divino, Apostolicoque instituto factum sit, ut Pontificatus Romanæ, Patriarchatus suis Ecclesiis ita implicati hæreant, teneanturque, ut facilius ipsos Episcopos, quam Patriarchatum ab iis Ecclesiis evellas, patet, Patriarcharum electionem ad earum Ecclesiarum Clerum pertinere.

§. IV. Non idem vero dicendum de Confirmatione. Nam cum Confirmatio ab eo petenda sit, qui in superiore & eligentium, & electi loco sit constitutus, cumque Conciliorum Provincialium, penes quæ eorum Episcoporum confirmandorum fuisset potestas, quin & Diœcesanorum Plenariorumque Principes sint Patriarchæ, hæc nonnisi a Summi Pontificis, vel Universæ Ecclesiæ consensu (g) expresso vel tacito haberi potest. Huc scilicet spectabant eæ litteræ, quas (h) Summo Pontifici in primis, atque sibi invicem dabant Patriarchæ recens inaugurati; ac tum demum Patriarcharum electio & ordinatio rata habita putabatur, cum eorum nomina Summo Pon-

---

tenuit, in Concilio Chalcedonensi, quum illam adversus Stephanum repeteret, se a quadraginta Episcopis consecratum dixit, quando nempe tempore illo quadraginta & uno Episcopatibus provincia Asiæ constabat. Quamquam, si quem forte de provinciis aliis Asianæ Diœcesis Ephesi ob negotia aliquot agere contigisset, hos ad Archiepiscopi sui ordinationem vocatos fuisse nequaquam negavero.

(g) De Marca *de C. S. & I. l. 6, c. 5, §. 2, pag. 309*. Cardinalis Baronius ostendit Patriarchas antiquitus ea necessitate obstrictos fuisse, ut tenerentur ad obtinendam confirmationem suam a Summo Pontifice. Quod probat auctoritate Leonis I, qui rogante Theodosio Imperatore confirmavit electionem Anatolii Constantinopolitani. Adducit etiam auctoritatem Papæ Simplicii, qui confirmationem Patriarchæ Alexandrini recusavit.

(h) De Marca *Ibid.* Usu receptum erat, ut Patriarchæ, & ipse etiam Romanus Pontifex recens electus litteras de sua ordinatione mitterent; quibus addebatur Professio fidei in Synodicis eorum epistolis conscripta. Cum itaque Papæ Urbis redditæ essent relationes, quæ harum ordinationum gesta continerent, is litteras communicatorias scribebat ad Patriarchas, nisi admonitus fuisset extare aliquod impedimentum Canonicum in persona electi, quo casu communionem ei suam ad tempus denegabat, ut factum est a Simplicio in causa Patriarchæ Alexandrini recens electi.

Thomass. *de V. & N. E. D. P. I, l. 1, c. 9, §. 9*. Post ordinationem suam mittebant invicem Patriarchæ communionis litteras, ut Gregorius docet *L. VII, Epist. 54*. *Hinc est, ut quoties in quatuor præcipuis Sedibus Antistites ordinantur, Synodales sibi epistolas vicissim mittant &c.*

Benedictus XIV Bul. *T. I, pag. 285*. Ineunte sæculo XI Petrus III Patriarcha Antiochenus *DE MORE ANTECESSORUM SUORUM* S. Leoni IX Romano Pontifici se ad Patriarchatus dignitatem fuisse promotum significavit in ea petens ab illo confirmari, sicut revera confirmatus est a Schismate hac ratione recedens.

Idem *l. c. pag. 187*. Maronitæ sæculo VII, ut ab contagione hæresis Monothelitarum se integros servarent, statuerunt sibi Patriarcham eligere, qui a Romano Pontifice confirmaretur, ab eoque Pallii dignitatem acciperet.

(i)

Pontifice minime reclamante in aliarum Patriarchalium Ecclesiarum (*i*) Diptycha referebantur. De Diptychis Vid. infra Qu. XXI.

§. V. Aliud autem de Consecratione sentiendum. Hæc enim, non uti Confirmatio, illum semper sibi deposcit, qui superior sit, sed quandoque neque eos recusat, qui in inferiore gradu positi sunt. Quid enim tam usitatum, ac quotidianum est, quam Episcopum a Presbytero suorum peccatorum sacramentalem Absolutionem petere? Quid vetat igitur, Patriarchas ab sibi cæteroquin obnoxiis Episcopis ordinationem capere? Nonne Summus Pontifex ab Hostiensi Episcopo (*k*), quandoque etiam a Portuensi sacratur, in quibus nec Metropolitica, nec ulla major inest potestas? Scilicet in

(i) Thomass. *de V. & N. E. D. l. c.* §. 10. Sua invicem nomina recitabant in Diptychis sacris, quamdiu uno stringebantur vinculo fidei, & communionis Catholicæ. Id approbat Joannes Diaconus ex Gregorii epistolis, additque ætate sua Patriarchas Orientis inter sacra recitasse e Diptychis nomina Patriarcharum cæterarum Sedium etiam postquam vivere desierant, donec ab eorum successoribus allatæ sibi essent litteræ non communionis tantum Catholicæ, sed & fidei testificatrices. *Ita Orientales præcipue retinent usque hactenus Sedes, ut in suis Diptychis nullius Pontificis nomen describant, quousque Synodicam ipsius suscipiant; & tamdiu defunctum Pontificem inter viventes annumerent, quamdiu successor illius suas litteras studuerit destinare.* Hinc natæ in Ecclesiis contentiones innumerabiles, ubi de Patriarcharum nominibus certatum est inscribendis, vel expungendis e Diptychis Ecclesiæ.

(k) Benedict. XIV *de Syn. Diœces. L. XIII, Cap. VII, n.* 3. Ostiensi Episcopo est peculiare privilegium consecrandi Romanum Pontificem, nisi fuerit antea Episcopali charactere insignitus. In vita S. Marci Pontificis, qui anno 336 S. Petri Cathedram implevit, apud vulgatum Anastasium sic legitur: *Hic (S. Marcus) constituit, ut Episcopus Ostiensis, qui consecrat Episcopum Urbis, Pallio uteretur.* Sed Binius, & Labbeus in *notis*, hanc consuetudinem, ut Romanus Pontifex ab Episcopo Ostiensi consecraretur, S. Marci Pontificatu vetustiorem esse contendunt: *Nam Dionysius Papa a Maximiano Ostiensi Episcopo consecratus fuisse legitur*. Celebris est S. Augustini textus (*in Breviculo Collationis tertiæ diei cum Donatistis cap.* 16, *num* 29, *tom.* 9, *col.* 571.): *Nec Romanæ Ecclesiæ (Episcopum) ordinat aliquis Episcopus Metropolitanus, sed de proximo Ostiensis.* Textum hunc S. Augustini non videtur recte intellexisse, & bene in rem suam adhibuisse Sigonius *de Regno Italiæ ad annum* 682, cum scripsit, ex Summis Pontificibus primum, qui a tribus Episcopis Ostiensi, Potuensi, Veliternensi fuerit consecratus, Leonem II fuisse, contra morem superioribus temporibus usitatum, quibus solus Ostiensis hoc munere fungebatur; quod idem tradit Ciaconius *in Vita S. Leonis II*. Sed eorum error notatur ab aliis accurate observantibus, Romani Pontificis Consecrationem semper fieri consuevisse a tribus Episcopis, ac inter eos Ostiensem non modo locum obtinuisse, sed primas semper partes egisse, ita ut reliqui duo Episcopi suburbicarii assistentium personam gesserint. Ad Augustinum quod attinet affirmantem, ut supra diximus, Summi Pontificis Consecrationem, non ab aliquo Metropolita, sed ab Ostiensi Episcopo peragi solitam, illius verba non ita intelligenda esse dicunt, ut a solo Ostiensi, sine aliis duobus Episcopis, Romanus Pontifex Consecrationis munus acciperet; sed ut, nullo ad id vocato a remotioribus partibus Metropolitano, ejusdem Consecratio a proximo Ostiensi Episcopo perageretur. Videri hac de re possunt Mabillonius *in Comment. prævio ad Ordin. Roman. pag.* 118, *& seq. Pagius ad annum Christi* 682, *num.* 6, *& in Vita S. Marci num.* 3, Sassius *in notis ad Sigonium*, Vignolius *in notis ad vitam S. Leonis II, num.* 1. Neque vero contra hæc fel. rec. Clementis Papæ XI exemplum aliquis afferat, qui, cum nondum in Episcopali Ordine constitutus esset,

in iis, quæ sunt Ordinis, uti omnes Presbyteri inter se, ita etiam omnes Episcopi inter se pares sunt. Hanc potestatem non ab hominibus, sed ab ipso Deo Presbyteri, Episcopique ἀμέσως accipiunt, cum sacris imbuuntur, nec alii majore, alii minore, sed omnes eadem prorsus mensura. Neque vero acutum cernunt illi, qui Assyrium, Armenum, Æthiopem Antistites in Antiocheni, Constantinopolitani, Alexandrini Patriarcharum dominium tradunt, eo quod ab illis olim sacrari voluerunt. Nam & Alexandrinus primos illos centum & amplius annos, quibus caruit Episcopis, (Vid. supra Quæst. I.) ab alterius Diœceseos Episcopis Sacerdotii amplitudinem receperit necesse est, & anno 455 Timotheus Elurus Alexandrini Episcopatus Ordinem a Petro Ibero Gazensi Antiochenæ Diœcesis Episcopo suscipere non dubitavit; nec ideo Alexandrinum infra Gazensem aut Antiochenum quisquam unquam locaverit. (Vid. quæ supra diximus Quæst. VII, §. 6.)



Q U.

set, quando Summus Pontifex electus est, non ab Ostiensi, sed a Portuensi Episcopo Consecrationem accepit. Hoc enim ideo factum est, quia tunc Ostiensis vacabat Ecclesia; ut recte monet Borgia *in Historia Veliternensis Ecclesiæ circa finem*.



QU. XVII.

Constantinopolitani Patriarchæ Inauguratio quonam ritu fieri solet?

§. I. Quamdiu Ecclesiasticæ leges potentiores fuerunt, quam homines, Constantinopolitani Patriarchæ inauguratio iisdem, quibus aliorum Episcoporum, Patriarcharumque, claustris custodita fuit, uti elucet ex decreto, quo S. Germanus I, anno septingentesimo decimo septimo ad Constantinopolitanas Infulas evectus fuit. Habe illud ex Theophane: Ψήφῳ καὶ δοκιμασίᾳ, τῶν θεοσεβεστάτων πρεσβυτέρων, καὶ Διακόνων καὶ παντὸς τοῦ εὐαγοῦς πλήθους καὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου, καὶ τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως, ἡ θεία χάρις, ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα συμπληροῦσα, μετατίθεται Γερμανὸν τὸν ὁσιώτατον μητροπολίτην, καὶ πρόεδρον τῆς Κυζικοῦ μητροπόλεως, εἰς ἐπίσκοπον ταύτης τῆς θεοφυλάκτου, καὶ βασιλίδος πόλεως..... *Calculo & consensu publico religiosissimorum presbyterorum & diaconorum, totiusque sanctæ plebis, tam sacri Senatus, quam Christi amantis populi hujus custoditæ a Deo regiæque civitatis. Divina gratia quæ ubique infirma sanat, & ea, quæ desunt, adimplet, Germanum sanctissimum Metropolitam Cyzici Metropolis ac Præsulem, transfert in Episcopum hujus custoditæ a Deo ac regiæ civitatis....*

§. II. Verum postquam antiquitas novitati cedere jussa fuit, Constantinopolitanorum Antistitum electio ea vincula dissolvit, quibus a veteribus Canonibus adstricta tenebatur. Quamnam autem sequioribus temporibus formam ea sibi induerit, cognosce ex Georgio Codino Curopalata.

„ I. Congregantur qui tunc Constantinopoli agunt Episcopi, licet „ plures fuerint; sin minus duodecim: quin etiam e vicinis Ecclesiis „ evocati. Si vero neque ex iis qui „ peregre advenerunt, neque ex finitimis Ecclesiis duodenarius numerus Episcoporum confici nequeat, „ tunc necessario in loco suffragii ferendi sedent tot quot reperti erunt, „ tresque in Patriarchas eligunt, quos „ scilicet Deus ipsis inspiraverit. „ Quorum nomina scripto consignata „ deferunt selecti Ecclesiæ proceres ad „ Imperatorem, qui ex illis eligit aliquem, quem Deus ei in mentem „ miserit.

„ II. Deinde ablegat Imperator Principes, qui simul cum Ecclesiasticis „ illis Proceribus perferunt electionem „ ad electum, electum, inquam, ab Ecclesia & Imperatore. Si electus electioni annuat, bene est; si abnuat, „ eunt ad alterum: si neque iste consentiat, ad tertium se conferunt. „ Si forsan tertius recuset, rursus de „ integro, &, alio quasi initio sumto, suffragia feruntur. Postquam „ electus assensum præbuit, hunc in „ modum ab Imperatore renuntiatur.

„ III. Exstructa lignea anabatra, ad „ initium Triclinii, opertaque cocci-

„ cineis pannis fericis, in qua ftat „ talis Imperatoris thronus, qualis „ in coronatione Imperatoris defcri- „ ptus eft, triclinium quidem inter- „ fepitur ejufmodi velis & pannis, „ quales in inauguratione Defpotæ „ adhiberi dictum eft.

„ IV. At Imperator ftemma & alia „ infignia geftans, egreffus e concla- „ vi fuo in throno fedet, cunctis Pro- „ ceribus extra feptum confiftentibus, „ cum fuis infignibus & ornamentis, „ pofitoque cæruleo throno circa ter- „ tiam Triclinii partem Imperatorem „ verfus, a pariete aureis velamentis „ inftrato, venit Patriarcha Electus, „ (eo ufque enim hoc adhuc nomi- „ ne appellatur,) & fedet in illo.

V. Deinde fublatis fepti velamentis, furgit uterque, & mox omnes *multos annos* apprecantur.

„ VI. Poft hæc, non aliquis fum- „ ma in dignitate conftitutus, puta „ vel Defpota, vel Sebaftocrator, vel „ Cæfar, fiftit Electum, (neque enim „ ifti Patriarcharum promotionibus „ interfunt; hac nempe de caufa, „ quod Patriarcha fedente infolitum „ eft eos ftare: rurfumque faufta ac- „ clamatio Imperatoribus facta non „ finit eos federe, idcirco non ad- „ funt) fed e Proceribus dignior & „ eminentior manu apprehenfum du- „ cit ante Anabatram.

„ VII. Reperto autem intra feptum „ Patriarchali Pedo, Imperator mi- „ nifterio nobilis adolefcentis ex iis „ qui retecto capite in aula agunt, „ accipit illud, ftanfque tam ipfe, „ quam filius ejus, fi adfit, magna „ voce ita affatur: *Sancta Trinitas, quæ* „ *nobis Imperium conceffit, conftituit te* „ *Archiepifcopum Conftantinopolis novæ* „ *Romæ, & OEcumenicum Patriarcham.* „ Et mox univerfi *multos annos* ac- „ cinunt.

„ VIII. Dein Patriarcha confcenfa Anabatra, de Imperatoris manu Pe- „ dum accipit, eoque benedicto fta- „ tim defcendit.

„ IX. Sedentibus igitur Ambobus in „ thronis fuis, faufta acclamatione „ tam Imperatorem, quam Patriar- „ cham profequuntur.

„ X. Poft acclamationem, claufo „ fepto, Imperator abit in conclave „ fuum: Patriarcha eques fe confert „ ad Sanctam Sophiam, & equus il- „ lius tegitur operimento ex candi- „ do panno ufque ad caput: quem „ comitantur Principes fuis quifque „ infignibus fpectabiles.

„ XI. Sciendum eft, Patriarcham „ dum adhuc tantummodo electus eft, „ extra palatium pedibus ambulare, „ quando ad renunciationem fuam ve- „ nit: poft renunciationem vero tan- „ tum in palatio pedes graditur. Te- „ gunt autem & equum ejus velamen- „ to, ut dictum eft.

„ XII. Profectus igitur ad Sanctam „ Sophiam poft fuam renunciationem, „ ut oftenfum eft, epulum init cum „ Epifcopis & Proceribus Ecclefiæ. „ In ordinatione ejus venit Impera- „ tor ad Sanctam Sophiam ferens con- „ fuetam fibi diebus fingulis ftolam. „ Ordinatur vero Patriarcha ab Epi- „ fcopo Heracleæ, quia Byzantium „ olim Epifcopatus erat Heracleæ ob- „ noxius. " Hæc Codinus Curopalatus exeunte fæculo XV, in lib. *de Official. Palat. Conftantinop. & Magn. Eccles.* Hac de re confule Georgium Acropolitam *hift. pag.* 43.

QU. XVIII.

Quinam ejus Consecrationis ritus?

§. I. Unc Consecrationis ritum ita nobis describit Simeon Metropolita Thessalonicæ *cap.* 234. „ Ingressus Patriarcha electus sanctum tribunal, „ sacram mensam adorat, & osculatur, & ad divini Synthroni gradus „ accedens ter ad Orientem adorat, „ tumque vestibus Episcopalibus induitur; Ecclesiæ vero Diaconi sacris tunicis induti, benedictionem „ primum ab eo accipiunt, ac tum „ ei ministrant; Episcopi cum Mandiis tantum stant. Mox Pontificales vestes omnes induit, Sticharium „ undulatum puritatis & doctrinæ signum, gratiæ supernæ advenientis „ symbolum; Epitrachelium, & zonam, supergenuale, temperantiæ & „ fortitudinis contra mortem indicia; „ supermanicalia & saccum, divinam „ actionem, & per passionem immortalitatem significantia. Solo Omophorio non induitur; quia Episcopi proprium est.

„ Stans igitur cum sacco, & hoc habitu demonstrans se nondum esse Episcopum, stantibus quoque Episcopis & Clericis, quæ supersunt de canone (sive officio Ecclesiæ diurno) complet & confessionem suam coram omnibus recitat, rectam Fidem tradens, „ uti purum desponsationis suæ donum. Qui enim Episcopus in Patriarcham transit, quia confessionem initio dedit dum ordinaretur, „ non opus habet eam iterum proferre: sed qui nondum Episcopus „ factus est, necesse est, ut ante ordinationem edat illam in Ecclesia „ & intra Sanctuarium, ceu qui omnium illic præsentium princeps & „ pater sit in Spiritu constitutus. Hanc „ autem edit dum omnes electi Episcopi edere solent, excepto quod „ Patriarchæ subsint. Quum enim Patriarcha ordinetur, cuinam ipse subjiciatur, nisi canonibus, iisque „ solis quos se servaturum spondet?

„ Facta confessione, propria ipsius „ manu scripta & subscripta, Episcopi subjectionis testandæ gratia adorant; quippe qui magnæ Ecclesiæ „ sponsus est factus; acceptaque ab „ illo benedictione ad consueta loca „ extra sanctuarium redeunt, omnesque Pontificales vestes induunt, & „ omnes Presbyteri benedictionem accipiunt, quorum illo, qui secundas tenet, oblationem præparante, „ Liturgia, ut moris est, inchoatur. „ Tum primo introitu facto, Diaconi & Presbyteri per templum egrediuntur, & oratione introitus completa, bini de more in Sanctuarium „ ingrediuntur. Episcopi vero a Chartophilace, & iis qui cum ipso sunt, „ advocantur, illisque præeuntibus, „ per sinistram ad dextram pergunt „ Sanctuarii, binique Electum adorantes, stant secundum ordinem suum. „ Cereorum fit distributio, multisque „ luminaribus accensis, in divinæ, „ ut sæpe diximus, illuminationis, „ adventus & fulgoris spiritus demonstrationem, maximæque propter

„ hoc in Cœlo & in terra claritatis „ & gaudii; Electus a duobus primis „ Episcopis hinc inde assumitur, cæ„ terique sequuntur, Clericis omnibus „ præcedentibus: dumque clara voce „ canitur hymnus, *Sancti Martyres*, „ ter chorea pro more circum sacram „ mensam ducitur, cœlestis lætitiæ „ causa; tum cuncti demum, ipseque „ etiam Electus in unaquaque chorea „ ad sacram mensam, velut ante Dei „ thronum sese prosternunt.

„ His peractis, statim, si Heracleæ „ adest Episcopus, hic ordinationem „ Patriarchæ exsequitur: quoniam, „ ut ferunt, Byzantium a Severo „ Imperatore Heracleæ subjectum fuit, „ Episcopatusque fuit Heracleæ Me„ tropoli obnoxius ad Magnum usque „ Constantinum. Ascendit igitur Pa„ triarcha super crepidinem, Episco„ pis omnibus ipsum juvantibus & con„ tingentibus, ut suum in ejus ordi„ natione consensum significent, quam „ nempe simul tum ediderint, ordi„ nandumque simul omnes in Spiritu „ Sancto consecrant. Hunc Heracleæ „ Archiepiscopus primum ter cruce „ signat, hac actione primitias ordi„ nationis delibans. Sin vero non „ adest Heracleensis, Episcopus alter „ reliquorum primus cum cæteris or„ dinationem peragit. Tum Patriar„ chæ, flexis genibus fronte capitis „ ad sacram mensam incumbenti, or„ dinator manum apponit, illumque „ cæteri simul tangunt, & quæ ala, „ Spiritus symbolo, sunt scripta Or„ dinator legit, nempe *Divina gra„ tia*. Deinde secundo signum crucis „ edit ad *Kyrie eleison*. Post, Evange„ liorum librum apertum super caput „ & cervicem suscipit ille qui ordi„ natur, ac pronuntiatur prima ora„ tio, manu ordinantis ipsi imposi„ ta. Oratione completa, secundus „ Episcopus supplicationes profert; „ & mox iterum Ordinator secundam „ orationem complet. Qua finita, „ tertio illum qui ordinatur cruce si„ gnat in figuram Trinitatis, & or„ dinationis consummationem; sola „ quippe Trinitas consummationem „ & perfectionem operatur. Statim ab „ eo tollit Evangelium, quod impo„ nit altari, atque ordinatum erigit, „ ceu jam gratia exaltatum, acce„ ptumque Omophorium ei qui est „ ordinatus circumponit, exclamans, „ *Dignus*; utpote quem Crucifixus di„ gnum effecit. Id porro intra & ex„ tra Sanctuarium clare & egregie „ concinitur, cunctis exultantibus, & „ gratiæ opus confirmantibus.

„ Tunc Ordinator de crepidine de„ scendit, quam Patriarcha ordina„ tus ascendit, uti jam perfecte sacra„ tus Episcopus, & omnium primus. „ Quocirca eo manum sacræ mensæ „ apponente, Ordinator ipse venit, „ uti jam illi subjectus, sacramque „ mensam & manum osculatur, ge„ nam quoque, sive os, tum suo su„ binde ordine Episcopi omnes. Mox „ ipse Patriarcha, illique omnes sa„ cram mensam iterum, uti gratiæ „ fontem & monumentum exosculati, „ in Synthronum ut in Cœlum & sa„ cros gradus, supernorum Ordinum „ causa, conscendunt, fitque Enthro„ nismus.

„ §. II. Patriarchæ autem *Enthro„ nismus*, sive in cathedra collocatio, „ hoc modo fit. Si Episcopus jam or„ dinatus est, promotione ejus facta, „ accedit ad magnum Sapientiæ Dei „ templum, ibique precatur, factaque „ commemoratione, quæ prædicta est, „ recedit. Die vero dicta instante, om„ nibus congregatis, accedit, Episco„ palibusque vestibus, saccoque indu„ tes, Missam incipit: quem postquam

„ Me-

„ Metropolitæ de more venerati sunt, „ in loco consueto sacris Stolis ve- „ stiuntur, tum subinde introitus Mis- „ sæ tempore advocantur. Introitu fa- „ cto, fausta acclamatio inferius non „ fit, sed velut in Episcopi ordina- „ tione, in Synthrono. Trisagio can- „ tato, & oratione finita, cerei tra- „ duntur, & plurimi accenduntur; „ propter Spiritus gratiam significan- „ dam, quæ in Pontifice innovatur, „ administrationis Ecclesiæ Catholicæ „ committendæ gratia, per collatio- „ nem sacram in divino Patriarchali „ throno. Credendum quippe est gra- „ tiam in eum profusius advenire, „ ut ea virtute valeat, qua majus „ illud & divinum opus, & ministe- „ rium pro omnibus Ecclesiis obeat. „ Nam pro ratione demandati mini- „ sterii, major unicuique illuminatio, „ gratiaque, & virtus a Deo suppe- „ ditatur. *Habentes*, ait, *donationes dif-* „ *ferentes secundum gratiam quæ data* „ *est nobis, sive prophetiam secundum* „ *rationem fidei, sive ministerium in* „ *ministrando*, & reliqua quæ nume- „ rat Apostolus.

„ Cæterum Patriarcha, etsi Episco- „ pus est, attamen secundum ministe- „ rium quo fungitur majorem gratiam „ accipit; maxime dum ea in digni- „ tate constituitur. Quocirca lumina- „ ribus accensis, cunctisque secundum „ ordinem suum stantibus in gradi- „ bus suis, duo primi Episcopi pro- „ deunt, & Electum ex utroque late- „ re accipientes, in divino throno „ collocant, hac voce exclamantes, „ *Dignus*. Quod posthac ter canta- „ tur ab omnibus sacri ordinis homi- „ nibus, qui intra Sanctuarium sunt, „ terque rursum ab iis, qui extra „ sunt, Cantoribus & Clericis. Iterum „ secundo surgunt, ac sedent, claman- „ tes, *Dignus*, quod denuo ter intus „ & extra canitur. Tertio demum in „ throno collocatur, & *Dignus* dici- „ tur, quod ter canitur intus ab iis „ qui sacri ordinis sunt, & extra a „ cantoribus. Tunc acclamatio fit, „ quæ sacra cærimonia est Christum „ spectans, qui per crucem, mortem- „ que victor fuit, resurrexit carne, „ exaltatusque est, mundum fide sua „ ad se trahens. *Hæc est enim victo-* „ *ria quæ vincit mundum fides nostra*, „ inquit dilectus Christi discipulus. „ Hæc nempe per Christum Pontificem „ Imperium, quod Christum antehac „ insectabatur, subegit. Quocirca Im- „ peratores pii prædicantur, non in- „ fideles, aut qui aliena sentiant, „ iisque *Multos* annos adprecamur, „ uti perpetuo maneant; utpote quia „ regni Christi non est finis: atque „ Pontificatui una cum Imperio fau- „ sta acclamatio fit; quia Pontificatus „ Imperium Christo subjecit, eoque „ Christianorum Imperium subsistit. „ Christi porro Summum Sacerdotium „ æternum est; ait enim: *Tu es Sacer-* „ *dos in æternum*, hoc est perpetuo, „ *secundum ordinem Melchisedec*, non „ secundum legem. Quocirca claman- „ te Diacono: *Sapientiam attendamus*, „ mox Patriarcha alta voce dicit, *Pax* „ *omnibus*. Ad quod omnes adverte- „ re debent; debent, inquam, Episco- „ pi advertere, & Sacerdotes stare, ei- „ que respondere, *Et cum spiritu tuo*, „ sicque sedere. Et populus accepta „ pace, *Et cum spiritu tuo* resonare. „ Hæc enim est hæreditas nostra a Sal- „ vatore, & donum, postremaque pre- „ catio, ut unum cum ipso simus: „ prima etiam ipsius vox post resur- „ rectionem, *Pax vobis*. Quapropter „ inthronizatio tam magnifico fit ap- „ paratu, ut, quemadmodum Salva- „ tor in Cœlis sedens pacem inde om- „ nibus impertitur, & prædicat, ita

„ Patriarcha e sua Sede Tricerio benedicit, velut e cœlesti throno per Salvatorem præbens Trinitatis gloriam & illuminationem.

„ §. III. Superest ut nonnulla etiam de Promotione dicamus, quæ post Renuntiationem, Decretive recitationem, antequam electus ordinaretur, vel throno imponeretur προβλησις fieri solebat, qua Imperator significat, quo Electum & Ecclesiam a qua electus ille erat, amore & reverentia coleret. Quod quidem missis ad illum, statim ab electionis renuntiatione, Mandya, sive pallio fluviis, fasciisve candidis rubeisque adsutis ornato, & Encolpio sive theca Sanctorum reliquiis plena, collo ejus, Crucis pectoralis instar, appendenda innuebat. Pedum subinde, seu baculum pastoralem aureum lapillis & margaritis distinctum quem δικανίκιον dicunt, e manibus ipse Imperatoris accipiebat, Quem quidem morem veterem satis fuisse Nicephorus Gregoras monet *l. 6 hist. c.* 3, ubi de Gregorii Cyprii in Patriarcham provectione scribit: καὶ τὴν ποιμαντικὴν ῥάβδον ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ βήματος παρὰ τῆς τοῦ βασιλέως εἴληφε χειρὸς, κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος. *Et pastoralem baculm in Imperatoris suggestu pro veteri more de manu Imperatoris accepit.*

„ Cæremoniam istam Georgius Phranza hoc ordine fieri solitam narrat *lib. 3 hist. cap.* 19. *Sedente*, inquit, *in regio solio imperatore, universaque Procerum corona nudatis capitibus adstante, magnus Protopapas palatii benedictionem magnam pronuntiabat, subindeque parvam*. Ubi enim Regis præsentia, &c. *Deinde*, Gloria, &c. *Tunc ex altero Clero Lampadarius:* Et nunc & semper, &c. *Itemque*: Rex Cœlorum &c. *Quo finito Tropario, surgebat Imperator manu dextra pedum tenens, ad eumque Electus accedebat, cujus latus unum Cæsar, vel quivis alter secundus ab Imperatore, alterum Heracleæ Metropolita, tegebant, terque corpus coram Imperatore inclinans consueta illum adocatione venerabatur; Imperator vero paullatim attollens pedum ajebat*: Sancta Trinitas, quæ Imperio me donavit, te in Patriarcham eligit novæ Romæ; *sicque adeo de Imperatoris manu Patriarcha potestatem sumebat, eique gratias agebat. Deinde chori psallebant*: Ad multos annos, Domine; *idque tertio; tuncque ἀπόλυσις sive dimissio sequebatur*. His ita gestis, Patriarcham electum Imperator equo de suis stabulis sella & phaleris regio more magnifice ornato, albis, inquam, aureisque stratoriis tecto donabat, cui ille insidens, e palatio universo Procerum stipante cœtu, habenas equi Comite primario vice Imperatoris tenente, Imperiique Proceribus solemni pompa post illum equitantibus, in Patriarchalem Basilicam ducebatur: quem, si jam Episcopus consecratus, Metropolitæ duo præcipui, ac quidem in primis Heracleensis, in Solio collocabant, Episcopis & Sacerdotibus accinentibus Ἄξιος, *Dignus*; hancque vocem cantores & alii Clerici ter repetebant. Mox ἡ φήμη, *Acclamatio fiebat*. „ Hæc Simeon Thessalonicensis Schismaticus homo de schismaticis Patriarcham Constantinopolitanum promovendi, inthronizandi, & consecrandi ritibus.

QU.

QU. XIX.

Constantinopolitani Antistitis Insignia Patriarchalia quæ?

§. I. „ Heodorus Balsamon *in* „ *expositione II canonis* „ *XXVIII Chalcedonensis* „ observat, a quibusdam existimatum esse, canonem „ illum, quo Constantinopolitano „ Episcopo privilegia eadem assignabantur quibus Romanus gaudebat, „ antiquatum ideo fuisse, quod caput ejus Imperatorio diademate „ non cingitur, quod Imperiali sceptro non utitur, nec cum signis „ vexillisque regiis graditur, nec alia „ supremæ Majestatis ornamenta præfert, quod purpureis vestibus non „ induitur, & nec eo apparatu equitat, qui in decreto fertur, quod „ a sancto magnoque Constantino Silvestro Papæ Romano, ejusque successoribus concessum est. Se vero „ desiderare, subdit, utpote qui Constantinopolis sit civis, Constantinopolitanoque throno addictus, ut „ illius Urbis Archiepiscopus, citra „ tamen ullum offendiculum, privilegiis omnibus potiatur, quibus „ per divinos canones auctus fuit. „ Cæterum idem auctor in Meditatis „ suis (*lib. VIII Jur. Græco-Rom.*) „ ubi Patriarcharum, maximeque Byzantini, insignia describit, hoc primum affert, quod intra Diœcesis „ suæ fines lampades, seu faces ardentes duæ illi in publicum procedenti præferrentur perinde atque „ Imperatori, hoc uno discrimine, „ quod Imperatoriæ faces binis corollis auratis ornarentur, una vero dumtaxat Patriarchales, velut „ & illæ quæ Imperatrici præibant.

„ Quamquam fatetur, Bulgariæ „ & Cypri Archiepiscopos, utpote „ αὐτοκεφάλου, hoc idem sibi honoris „ insigne suis in ditionibus vindicasse. Similiter quum baculum, „ *Saccum* sive *Sagum* πολυσαύριον, nec „ non σιχάριον διαγάμματον, idest tunicam signo Crucis literis Gamma „ Γ conjunctis efformato aspersam, „ Patriarchalem dumtaxat sanctitatem „ exornare scribat, idemque rursum „ asseveret in Resp. 37 ad Marci „ Alexandrini quæstiones; attamen ex „ variis Græcorum monumentis explorata res est, ejusmodi indumenta Metropolitis, & Archiepiscopis „ communia esse. De quo legendus „ Goarus noster *in Annotationibus ad* „ *Euchologium Græcorum pag.* 113, „ *col.* 1.

„ Enim vero ex Demetrii Comateni Bulgariæ Archiepiscopi responsione 3 ad Constantini Cabasilæ „ quæsita, *p.* 318 *Juris Græco-Rom.* „ superioris ordinis Pontifices *Saccum* „ quoque induunt, in potioribus solemnitatibus, Paschæ scilicet, Pentecostes, Natalis Domini, Epiphaniæ, at non purpureum. Purpureis „ siquidem vestibus sacris non utuntur Græci, nisi in diebus jejunii & „ memoriis defunctorum, iisque minime clavatis, aut fluviis, quos „ vocant, ullove alio modo variegatis.

„ Quod porro *Saccum* dicunt, ve

„ plane

,, plane *Sagum*, Colobii prælongi Dal-
,, maticæ instar genus quoddam est,
,, vetus plane Episcoporum indumen-
,, tum, cujus mentio est in Epistola
,, quæ Pii Papæ I nomen præfert ad
,, Justum Viennensem: verane illa sit,
,, an subjectitia sit, parum refert,
,, quando ex illa constat, octavo, no-
,, noque sæculo saltem inter prisca
,, Pontificum ornamenta Colobium cen-
,, situm fuisse. *Tu vero*, inquit, *apud*
,, *Senatoriam Viennam ejus loco a fra-*
,, *tribus constitutus*, *&* *Colobio Episco-*
,, *porum vestitus*, *&c.* Veteres Impe-
,, ratores Sagos identidem gestasse
,, Historiæ Augustæ Scriptores pro-
,, dunt, quin eiusmodi vestem præci-
,, puam Byzantinorum fuisse certum
,, est, qua Patriarchas quoque suos
,, ornari voluerunt.

,, Sub Joanne Palæologo I Imp.
,, Apocaucus Joannis Cantacuzeni
,, æmulus, Joannem Aprenum Patriar-
,, cham demulcens, ut ad suas par-
,, tes traheret, ei in primis suggessit,
,, ut dignitatem Pontificalem suam
,, novis honoribus augere studeret;
,, ut non atramento, sed cyaneo co-
,, lore diplomatis litterisque suis sub-
,, scriberet, capitis tegmen laneum
,, in sericum auro intextum muta-
,, ret, nec consuetis calceis, sed coc-
,, cineis uteretur. μήτ' ἐν ὑπογρα-
,, φαῖς, μήτ' ἐγκαλύπτρᾳ κεφαλῆς ἕπεσθαι
,, τοῖς παλαιοῖς ἐθισμοῖς, μήθ' ὑποδήμασι τοῖς
,, οἰκείοις κεχρῆσθαι, ἀλλ' ἐρυθροῖς μὲν αὐτοῖς,
,, σηρικοῖς δὲ, καὶ χρυσοῖς τὴν κεφαλὴν ὑφά-
,, σμασι κεχρῆσθαι, χρώματι δὲ ὑακινθίνῳ
,, τὰς τῶν ἐπιστολῶν καὶ ψηφισμάτων ἐγχαράτ-
,, τειν ἐπισημασίας.,, Quod narrat Gre-
,, goras *lib. XIV*, *cap. III.* Quocirca
,, Cantacuzenus *lib.* 3, *cap.* 36, ubi
,, de Joannis ejusdem Palæologi Imp.
,, coronatione agit, Patriarcham
,, Joannem augustiori prodiisse appa-
,, ratu refert, ad subscriptiones cya-
,, neum cæruleumve colorem adbuis-
,, se, capitis tegmen, quod Patriar-
,, chæ superiores, qui de monastico
,, ordine assumti non essent, gestare
,, prius consueverant, linteo albo
,, constans, auro ornasse adjectis acu-
,, pictis imaginibus Salvatoris, Geni-
,, tricisque ejus, Joannis Baptistæ.
,, Causabatur Apocaucus Constanti-
,, nopolim a Constantino Magno fun-
,, datam, translatosque ad eam una
,, cum Imperio veteris Romæ hono-
,, res, ita quoque ad illius Urbis
,, Ecclesiam Romanæ Ecclesiæ hono-
,, res, & prærogativas quas Patriar-
,, chæ Joannis decessores neglexerant.
,, His suggestionibus Joannes morem
,, gessit, ut tegmen istiusmodi auro
,, intextum & acupictum capiti appo-
,, neret, hyacintinoque colore nomen
,, suum diplomatis subscriberet. Cæ-
,, terum a calceis coccineis consulto
,, abstinuit, ob novitatis insolen-
,, tiam, διὰ τὸ τῆς καινότητος ἔθος.
,, Sperabat tamen, duobus illis prio-
,, ribus sibi assertis, tertium quoque
,, sibi facile indultum iri. Hæc ve-
,, ro illi male cesserunt, ait Grego-
,, ras, ut, quum honestam illam &
,, optime constitutam auctoritatem,
,, cuius erat compos, ad contrarias
,, regulas torqueret, eo etiam exci-
,, derit, quod assequi peroptabat,
,, quin & ipsomet Patriarchatu; ut
,, qui Dominus & pastor esset, nihil
,, subinde a mancipio discreparet.

,, Illo quidem, de quo mox dixi,
,, capitis tegmine aureis figuris in-
,, tertexto Patriarchæ utebantur, dum
,, in publicum prodibant: verum in
,, Ecclesia pileum oblongum gesta-
,, bant, qualis describitur in imagi-
,, nibus, quæ in multis Byzantinæ
,, historiæ Regiæ Typographiæ volu-
,, minibus Patriarcham in Florentino
,, Concilio sedentem repræsentant:

,, Alte-

„ Altero autem capitis tegmine Patriarcham a Turcarum Sultano donatus fuit. Hoc nempe posteriori ævo in Ecclesiis aurea corona, Imperatoriæ simili, sive cidari, operiuntur, quam Dositheus Jerosolymitanus *lib. XI hist. Patriarcharum Jerosolymitanorum pag.* 1195, describit, ubi narrat quæ Paisius nuperorum decessorum suorum unus, similis coronæ quoque suæ, quam in Sarcinis habebat, causa, a Turcarum proceribus toleraverit, quippe qui putarent illam Moschorum Imperatoris regiam coronam esse, Re ad Sultanum delata, & probe cognita, concessum tandem est Patriarchæ illi, ut ea ornaretur. Atqui cidaris ille utique pileolus Patriarchalis erat, quem Joannes Leunclavius in Pandecte hist. Turc. p. 132 Theolepti Patriarchæ Constantinopolitani capiti dum inaugurarerur, a Silvestro Alexandrino & Michaele Antiocheno narrat impositum die X Martii 1585. Hoc utique capitis ornamento, Papalis Tiaræ Byzantini Antistites similitudinem ambierunt. Obiter addam, jam pridem Patriarchas Alexandrinos mitram gestare solitos, Episcoporum nostrorum mitræ similem, qua Cyrillum magnum a Cælestino Papa tempore Concilii Ephesini donatum jactant: de quo legendus Balsamon in *Meditatis*.

„ Quod calceos coccineos spectat, quos Apocaucus a Joanne Apreno assumi suadebat, Joannes Scylitzes Curopalata, Cedrenus, & alii Græciæ Scriptores tradunt, Michaelem Cerularium Patriarcham, ut se Romano Papæ omni modo parem ostentaret, coccineos quoque calceos usurpare voluisse, veteris Sacerdotii (Judaici utique) morem fuisse obtendendo tales gestare: nihil quippe Sacerdotium inter ac Regnum esse discriminis; quin Sacerdotium potiore forsan honore habendum. Quia vero e præcipuis Imperatorum ornamentis & insigniis hoc unum erat, ut rubris calceis uterentur, in quibus Aquilæ opere phrygio pictæ essent; hic Cerularii Patriarchæ ambitus, in causa fuit, cur ab Isaacio Comneno Imp. Byzantina Sede deturbatus sit. Id quod nempe Balsamon etiam *in Nomo-canonem Photii tit.* 8, *c.* 1, his verbis innuit: *Quia autem secunda Synodus*, inquit, *Archiepiscopo Constantinopolis omnia Papæ Romani privilegia attribuit*, ἐπεχείρισάν τινες τῶν πατριαρχῶν, ὡς ὁ κηρούλλας ἐκεῖνος, ϗ κύριος Μιχαὴλ, καὶ ἕτερός τις τοῖς αὐτοῖς ἀποσεμνύνεσθαι προνομίοις, ὃ γέγονε δὲ αὐτοῖς εἰς καλὸν ἡ ἐπιχείρησις, *conati sunt Patriarchæ quidam, velut ille Cerulas Dominus Michael, & alter etiam, eadem sibi privilegia arrogare: hoc vero ceptum ei male cessit.* “

Q U.

QU. XX.

Quinam sunt Patriarcharum, ac præcipue Constantinopolitanæ Ecclesiæ Administri.

„ §. I. PResbyterorum, & Clericorum magnæ Ecclesiæ, qui Constantinopolitano Patriarchæ assistunt, numerum, ac singulorum officia variis ex codicibus recensita nobis exhibet Georgius Codinus, in libro de *Officialibus Palatii Constantinopolitani & magnæ Ecclesiæ*, quem noster Jacobus Goar rerum Græcorum quam qui maxime peritus, eruditis annotatibus in editione Regia Parisiensi illustravit. De illis etiam idiomate Græco vulgari nuper scripsit præstantissimus, nec sine laude mihi nominandus, Jerosolymorum hodiernus Patriarcha Chrysantus, libro περὶ τῶν ὀφφικίων. Quo demum quisque illorum ordine Patriarchæ & Ecclesiæ ministrent, & assideant, Leo Allatius strictim recitat *lib. 3 de perpet. consens. c. VIII, n. VI*, quem hic juvat exscribere.

„ Patriarcha nunc quoque sua officia habet & dignitates, quas ipse ad libitum donat, & a quibus in rebus Ecclesiæ curandis adjuvatur, & dum Patriarchalia exercet, ipsi assident. Nos ordine quo sedent recensebimus. Ex parte dextra, *Magnus OEconomus, Magnus Sacellarius, Magnus Scevophylax, Chartophylax; Sacellarius, Protonotarius, Castrensis, Referendarius, Logotheta, Commentariorum Scriptor, Profecdicus, Hieromnemon. A genibus, Hypomimnescon, Magister*. Ex sinistra, *Protopapas, Deutereuon, Præfectus Ecclesiis, Exarchus, Exdici duo, Domestici duo, Laosynactæ duo, Primicerii duo, Protopsalta, Deputatus. Magnus Archidiaconus, & Diaconorum secundus* sunt officia tantum, non dignitates. Hæc vero officia & dignitates Magnæ Ecclesiæ ad Antistitis tantum ministerium facta sunt, nec non ad causas decernendas eorum, qui in sæculo vivunt. Quid alio atque alio tempore nomina hæc significarent, & cuinam addicerentur ministerio, alii ante me ex antiquorum penu exposuerunt. Quum vero non tantum nomina, sed ministeria quoque sæpius immutata sint, & in dies mutentur, ipse præsens tantum, & quod nunc in usu est, breviter aperiam; quamvis certus sim illud quoque non multo post pro libidine Antistitum immutandum.

„ Magnus Œconomus a dextra sacræ mensæ astat, quum Antistes sacrum facit, reddituum & expensarum Episcopalium rationem habet, & reliquæ supellectilis & possessionum curam gerit, notatque res omnes quæ ad Episcopatum veniunt, bisque in anno Antistiti rerum administratarum rationem red-

„ reddit, Judiciis quoque deservit; a „ morte etiam Episcopi, quoad alius „ suffectus fuerit, Episcopatus res administrat, primusque suffragium in eligendo Episcopo dat, & quæ ex „ Episcopatu aliis suggerenda sunt, „ distribuit.

„ Magnus Sacellarius a sinistra parte sacræ mensæ stat, judiciis operam navat, & promovendum ad „ Sacerdotium defert.

„ Magnus Scevophylax, quum Sacrum Antistes facit, ante Scevophylacium stat; si quid ex Scevophylacio opus fuerit, sive vas, sive liber, sive candelæ, sive vestis, „ sive aliud exhibet, cuius ipse curam gerit, ut & ejus in quo supellex Ecclesiæ conservatur. Sub „ eiusdem etiam cura sunt Ecclesiæ „ Præsulibus orbatæ, & res earum sacræ omnes. Judiciis etiam incumbit, & ut sua quisque in Ecclesia „ habeat, procurat.

„ Cartophylax, in sacra communione ipse dicit, *Sacerdoti accedite* „ *&c.* & suffragia pro Episcopo ad Antistites defert, & personam induens „ Antistitis in omnibus causis sententiam dicit: recognoscit matrimoniales omnes controversias.

„ Sacellarius servit primæ dignitatum Pentadi, & Episcopatum custodit.

„ Protonotarius in Ecclesia Antistiti ministrat, tenensque atramentarium, stat ante ipsum, & si quid „ scripto opus fuerit, scribit. Scribit „ præterea ordinationes, manumissiones, edicta, & similia.

„ Castrensis vestes Præsulis mutat, „ gestat thuribulum & velum quo Sancta teguntur, dum canitur hymnus „ Triadicus: jura & dignitatem Antistitis tuetur.

„ Referendarius mittitur ad Principes & in dignitate constitutos viros, quibus omnia significat quæ „ jusserit Antistes.

„ Logotheta habet in facultate sigillum Antistitis, quo epistolas signat.

„ Hypomnematographus suffragia „ Episcoporum notat, scribitque quidquid illi præceperit Antistes: servit „ secundæ Pentadi.

„ Protecdicus ex persona antistitis „ causas, sed parvi momenti, quæ „ ad Episcopum pertinent, cum „ duobus Ecdicis audit & decernit.

„ Qui a genibus est, quum Antistes sacrum facit, gestat Supergenuale illius.

„ Hypomimnescon supplicationes & „ monita accipit quæ in Ecclesia deferuntur, atque Antistiti suggerit.

„ Hieromnemon in propria facultate habet Breviculum quo minores „ moduli continentur, & Contacium „ Ecclesiæ in quo continentur ordinationum ritus.

„ Magister interpretatur Evangelium, si tantum virium habeat, & „ Psalterium, & servit tertiæ Pentadi.

„ A sinistris vero Protopapas, quum „ Antistes Missam celebrat, super omnes Ecclesiæ principes locum habet, & in sacra Missa Antistiti sacram communionem impertitur; similiter & Episcopus primo Sacerdoti (Protopapæ). Primas etiam „ obtinet in privilegiis Ecclesiæ, „ & in Ecclesia locum habet Antistitis.

„ Deutereuon, quum abest Protopapas, ipse locum ejus occupat.

„ Præfectus Ecclesiis notat Antimensia & Stauropegia.

„ Exarchus quærit si causa quæ „ judi-

„ judicata est in Ecclesia, recte sit judicata:

„ Ecdici duo cum Protecdico causas non ita graves decernunt.

„ Domestici ex utraque parte stant & canunt cum Protopsalta.

„ Laosynactæ Diaconos congregant & intimant ne quis ex ipsis absit; convocant & Principes & populum ad Ecclesiam.

„ Primicerii locum habent super Diaconos, & cum Protopsalta concinunt.

„ Protopsalta in medio Ecclesiæ stat, & cantum exorditur; eum sequuntur Domestici, & Primicerii.

„ Deputatus Principes ad Antistitem accersit, semovetque populum in itinere ne viam impediat.

„ Et hæc sunt officia & dignitates magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, a qua etiam in alias Metropoles & Episcopatus, saltem majori sui parte, & ut loci amplitudo patitur, influxerunt. Ne ipse nimius sim, quærat ista lector ab aliis. “

§. II. Hucusque Allatius; a quo Diaconos Cruciferos, & Syncellos video esse prætermissos, quos in Synodis loco superiore ante Episcopos & Metropolitas sedere solitos fuisse observat Christianus Lupus *in Schol. & not. ad can. Concil. Tom.* 2, *pag.* 1474, *& Tom.* 3, *pag.* 441, & Benedict. XIV *de Syn. Diœc. L. III, cap. X*, n. 1. De Syncellis hæc Thomassinus *de V. & N. E. D. part. I, L. II, cap.* 100, n. 1. „ Syncelli dicebantur, qui in eadem cum Episcopis cellula commotabantur, ut vitæ privatæ actionumque omnium testes essent. Ejusmodi erat Anastasius Presbyter, qui Antiochia Constantinopolim Nestorium secutus erat; de quo ita Socrates: *Erat familiaris Nestorii Anastasius Presbyter, qui una cum illo profectus erat Antiochia. Hunc Nestorius magno in honore habebat, ejusque consilio in rebus gerendis utebatur.* Sed ejusmodi certissime erant, quos Schiron Diaconus proferebat testes criminum, quæ Dioscoro Alexandrino Episcopo impingebat, in Concilio Chalcedonensi: *Per nominatos a me testes, Syncellos ejus constitutos, qui hactenus cum ipso degunt & comitantur.* Agorastus unus ex his erat Dioscori Syncellis, ut liquet ex libello supplici, quem Sophronius Laicus obtulit Chalcedonensibus Patribus adversus eundem Dioscorum petiitque repræsentari, ut eum convinceret tamquam consocium sociumque vitæ contaminatissimæ: *Agorastum unum ex cooperatoribus ejus insaniæ, & Syncellum ejus existentem jubete adduci.* Actione VI Concilii Constantinopolitani sub Flaviano, Eusebius Dorilæi Episcopus petiit, ut comparere juberetur Narses Presbyter & Syncellus Entychetis. His exemplis addocemur, quam necessarii fuerint, & quam utiles Syncelli. Cum enim jam olim Abbatibus & Monachis id usitatissimum fuisset, ut Concellanos haberent Monachos, seu ejusdem secum Cellæ hospites, ut assuescerent, ne quid privatim agerent, quo in publico suffunderentur: hinc factum est, ut ad Episcopatum vocati, eosdem retinerent privatim inspectores, censoresque juges, & si necesse esset accusatores. Acacium Berœæ Episcopum narrat Sozomenus admirationi potissimum fuisse, quod aperto semper esset & domus ostio, & cubiculi: ut sive cives sive hospites inopinum illum possent semper opprimere: aut potius ut sci-

psum

„ psum ita compararet & componeret, ut nec ex improviso obviantes quidquam in eo deprehenderent, quo jure verecundaretur.

„ Pulcherrimo instruxerat consilio Hieronymus Nepotianum: *Tales habeto socios, quorum contubernio non infameris. Si Lector, si Acolythus, si Psaltes te sequitur, non ornentur veste, sed moribus.* Illud porro interest discriminis inter Episcoporum, & maxime Patriarcharum Syncellos, & aliorum quorumvis Clericorum, quod priores illi inter primarias florerent dignitates, & volventibus sæculis in summum provecti fuerint culmen honoris ac potestatis, veluti Vicarii & Administri Episcoporum, & Patriarcharum, nec non & eorum persæpe successores: cum Syncelli aliorum uno fruerentur gaudio exempli solatiique mutui, quo se se invicem concellanei confovebant.

„ Et n. 9. Ut origo nominis *Cella*, κέλλιον, *Syncellus*, a Græcis profecta est, ita & ea apud eos dignitas & gratia florentior, & major potestate fuit. In Occidente tum Pontifici Summo, tum Episcopis singulis Syncelli aderant plures, quorum hæc gratia, hæc potestas erat, ut Præsulis innocentiam & testimonio tuerentur suo, & pia imitatione sectarentur. At Patriarchæ Orientales vel unum omnino, vel si plures, unum eximium & exortem præ cæteris habebant Syncellum, qui & Protosyncellus dicebatur, qui & consiliorum omnium conscius, & potestatis administer tandem fuit. Itaque Syncelli Patriarchis fere ubique in monumentis Historicis adsunt, & ministri omnium dum in vivis agunt, & plerumque post mortem successores. Unus accusatorum Dioscori Patriarchæ Alexandrini in Concilio Chalcedonensi omnia se accusationis capita expressurum spopondit ex ore ipso Syncellorum ipsius: *Per nominatos a me testes, Syncellos ejus constitutos, qui hactenus cum ipso degunt & comitantur.* Accusator alius Agorastum indicavit, iisdem cum Dioscoro flagitiis implicatum, utpote Syncellum ejus: *unum ex cooperatoribus ejus insaniæ, & Syncellum ejus existentem.* Erant tunc forsan Patriarchæ Alexandrino Syncelli plures; at cum Dioscorus Diaconus Romanus scripsit Hormisdæ Papæ, Joanne Patriarcha Constantinopolitano mortuo, Epiphanium Presbyterum Syncellum ejus suffectum ei fuisse, unus ibi spectatur Syncellus: *In cujus locum Epiphanius quidam Presbyter, quondam Syncellus ejus, successit.* Similiter & ubi in Synodi Constantinopolitanæ Epistola Synodica ad Papam nominatur Heraclianus Presbyter Ecclesiæ Constantinopolitanæ, & Epiphanii Patriarchæ Syncellus: *Cohabitator Patriarchæ Epiphanii.* In Collatione tamen Catholicorum cum Severianis anno 532, Heraclianus & Laurentius nominantur Presbyteri & Syncelli Patriarchæ Epiphanii. In Concilio vero Romano sub Martino I memoratur Stephanus Presbyter Syncellus & Chartophilax Patriarchæ Sergii.

„ Narrat Anastasius Bibliothecarius in Historia sua, ut Leo Isauricus Imperator, dum occasiones aucuparetur exauctorandi Patriarchæ Constantinopolitani Germani, quod in eo expertus esset invictissimum sacrarum Imaginum defensorem: subornarit Anastasium discipulum & Syncellum ejus, desponso in prodi-

„ tionis pretium throno ipso Ecclesiæ Constantinopolitanæ. *Habuit in hoc comparticipem discipulum ejus & Syncellum Anastasium, cui spopondit, utpote impietatis suæ consentaneo, throni eum adulterum successorem futurum*. Abiit sacro Magistratu Germanus, successor ei datus Anastasius. Idem Scriptor, sicut & Theophanes ante dixerat de Joanne Cappadoce, qui ex Syncello Patriarcha factus erat, fatis concedente Timotheo: eique ipsi vivis excedenti dixerat successisse Epiphanium Syncellum. Satis, ut opinor, superque hinc elucet Syncellorum quanta fuerit potestas. Eo compulsi sunt Patriarchæ in plures eam curam potestatemque partiri: tumque ita excrevit eorum numerus, ut ejus puduerit tandem Patriarcham Sergium, qui & Constitutione edita, quam leges, si voles, in Jure Orientali, decrevit, ut ne plures posthac essent quam duo. Sed intra eas angustias tam Clericorum ambitio circumscribere se non potuit, quam nec Patriarcharum seu facilitas, seu levitas. Rursus ebullierunt Syncelli permagno numero, & eorum primus dici cœpit Protosyncellus. At quot Syncelli, tot quandoque insidiatores, & ubi simultates Patriarcha cum Imperatore susceperat, tot aliquando proditores. Ita expertus est Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus sanctissimus, ut memorat, qui vitam ejus litteris mandavit. "

§. III. Sed jam tempus est, ut ad ipsa Patriarcharum jura veniamus.



Q U.

QU. XXI.

Christiana in Barbarorum oris fidei status Juris ne est Patriarchici?

§. I. PAtres Concilii Constantinopolitani I, Œcumenici II, in eo Canone, quem ad Patriarchalium Ecclesiarum fines regundos tulerunt, postquam Alexandrinam Ægypti, Libyæ, & Pentapolis, Antiochenam Orientis, Ephesinam Asiæ minoris, Cæsareensem Ponti, Heracleensem Thraciæ regionibus conclusere, tandem hæc addiderunt: *Quæ in Barbaris sunt gentibus Dei Ecclesias administrari oportet secundum Patrum, quæ servanda est, consuetudinem*.

§. II. At quænam hac de re Patrum erat consuetudo? Narrant Ruffinus, & Socrates *l.* 1, *cap.* 15, Athanasium Episcopum Alexandrinum (*an.* 371.) id muneris mandasse Frumentio suo, ut Indos (hoc nomine vocabantur Barbari Orientales) divinis doctrinis excoleret, moribusque imbueret Christianis. *Frumentius Alexandriam adventans Athanasio omnem rem narrat.... Indos Christianam Religionem recepturos ostendit.... Athanasius ipsum Frumentium Episcopum designat*. Ea igitur ante Concilium Constantinopolitanum habitum anno 381 vigebat consuetudo, ut Patriarchæ Barbararum gentium curam gererent.

§. III. Qui vero postea tenuit mos? Nam Constantinopolitani Concilii neminem interpretem tutiorem sequi possumus, quam eam disciplinam quæ Constantinopolitanos canones consequuta est. Habe eam ex Joanne Chrysostomo, qui anno 398 in Constantinopolitana Sede collocatus fuit. Is, ut futuræ illius dignitatis, ad quam postea Constantinopolitana Ecclesia provecta est, fundamenta jaceret, quasique semina quædam spargeret, Patriarchalibusque juribus proluderet, Vuillam in barbaras Getarum regiones misit, qui Christianam fidem ibi disseminaret, atque Episcopale munus obiret: *Eximium illum Vuillam, quem non ita pridem Episcopum creavi, atque in Gotthiam misi*. Chrysostomus *ad Olympiadem*.

§. IV. At quam Patriarchalis Ecclesiæ Constantinopolitanæ structuram designarat Chrysostomus, in eam perficiendam, inchoatamque molem absolvendum enixe incubuerunt Concilii Chalcedonensis Patres. Ii vero cum *can.* 28 Patriarchalia jura in Ponticam, Asianam, Thracicam Diœceses Constantinopolitanæ Ecclesiæ indulsissent, manca ea, ac mutila fore rati sunt, nisi illam Barbararum etiam Provinciarum curandarum potestate cumulassent: *Ut & Ponticæ & Thracicæ Diœcesis Metropolitani soli; præterea Episcopi Diœcesium, quæ sunt inter Barbaros, a Throno sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ ordinentur*. Can. 28. Hinc plane discimus, quam prope Patriarchas attingat Barbarorum Po-

Populorum cura, atque tutela (*a*).

§. V. Neque solum Patriarchas tenuit Barbararum orarum curatio; sed id oneris ac muneris etiam in incultis, ac derelictis sui Patriarchatus terris perferre suum esse duxerunt. Nam Dionysius Alexandrinus in Cephron Libyæ vicum relegatus ait, *se illis incolis verbum Dei prædicasse, pluresque ad Christi fidem perduxisse*.



Q U.

(a) Thomass. *de V. & N. Eccl. D. P. I, L. I, cap.* 55, N. 14. Diximus jam supra, Frumentium in Indiam ab Athanasio missum, Vuillam a Chrysostomo ad Gotthos; a Constantinopolitano & Chalcedonensi Conciliis Constantinopolitanis Episcopis subjectas fuisse barbaras gentes, ut ad eas Episcopos instruerent necessariis præsidiis & mitterent. Juvenalis Jerosolymorum Episcopus Episcopum Saracenis primus ordinavit, teste Cyrillo *in vita Magni Euthymii*. Misit Alexandrinus Patriarcha Episcopum ad Homeritas Arabiæ populos, qui fidem Christianam amplexati fuerant cum Rege suo Elesbean.

Q. U. XXII.

Ecclesiarum in Barbarorum oris Constitutio cujusnam juris?

§. I. ECclesiarum fundandarum potestas Fidei disseminandæ Juris appendicula est, & additamentum. Quam igitur potestatem fidei ferendæ Patriarchis affirmavimus, eamdem etiam Ecclesiarum statuendarum illis asseramus oportet.

§. II. Apostoli nihil prius, nihil potius habuerunt, (*a*) quam ut in iis provinciis, quas Prædicatione obierant, atque lustraverant, Ecclesias fundarent, h. e. collectis Christianorum cœtubus Presbyteros seu Episcopos præficerent ipsimet, vel per eos, quos in Christi doctrina evulganda adjutores, suorumque laborum socios sibi adsciverant, præficiendos curarent. Hinc illa D. Pauli ad Titum vox: *Hujusce rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ desunt corrigas, & CONSTITUAS PER CIVITATES PRESBYTEROS.*

§. III. Hoc ipsum factitarunt & Patriarchæ, utpote illi, qui in singularem Apostolorum potestatem & locum venerunt. Nam in iis Regionibus, quas Evangeliorum præconum opera ad Christum evocarunt, adduxeruntque, id caput curarum Patriarchis fuit, ut Ecclesias vel ipsimet figerent, atque locarent, vel per suos Metropolitas in Titi, Timothei &c. vestigia ingressos figendas locandasque curarent.

§. IV. Ecclesias omnes Latinas ab Ecclesia Romana ortas esse, earum agrum ab illa subactum, Christianæ fidei semine præcultum, ac ne longius excurramus, Ægyptiacam Christi Religionem, Ægyptiasque Ecclesias omnes ab Alexandrina Ecclesia originem suam duxisse accepimus jam ab Innocentio I, *epist. XXI ad Decentium Eugubinum*, atque ab Eutychio *in CHRON. ALEXAND.* Vid. supra Qu. I, §. 2, 3.

Q. U.

(a) Thomass. *de V. & N. E. D. P. I, cap.* 54, *N.* 1. Nullus est dubitandi locus, quin Apostoli & temporum Apostolicorum Episcopi, qui sibi urbes totius Imperii principes, ac Provinciæ cujusque Metropoles sumpsere Christo debellandas subjiciendasque, Episcopatus quoque novos, seu totidem Christiani Imperii arces, in iis urbibus, ubi nova erat collecta Ecclesia, & ipsi fundaverint, & successoribus reliquerint fundandi potestatem. Cum enim omnes, ut supra dictum est, & Apostoli essent, & abundantiorem potestatis Apostolicæ copiam futuris Metropoleon Episcopis facerent; jus profecto eis tradebant, & Ecclesiæ novæ, & novi constituendi Episcopatus. Id aperte docet Eusebius, ubi de viris Apostolicis loquitur: *Munus obibant Evangelistarum, &c. Hi postquam in remotis ac barbaris regionibus fidei fundamenta jecerant, aliosque Pastores constituerant, ad alias gentes properabant.*

QU. XXIII.

Metropolitarum Consecratio cujusnam juris?

§. I. PAtriarchalis. Hæc sententia ab ipsis Apostolorum temporibus sui fundamenta repetens tam firma stabilitatis suæ præsidia sæculo V jecerat, ut Ecclesia Constantinopolitana a Chalcedonensibus Patribus anno 45 ad Patriarchale fastigium provecta, Metropolitarum Consecrationem (*a*) tamquam hujusce dignitatis appendicem sibi statim vindicare non dubitarit.

§. II. Nec Sæculo IX hæc relanguerat opinio. Nam Concilium Constantinopolitanum IV, Œcumenicum VIII, de Patriarcharum auctoritate, ac Metropolitarum ordinatione tamquam de rebus simul implicitis, atque uno nexu colligatis ita loquebatur can. 17. *Ita ut universorum Metropolitanorum, qui ab ipsis* (Patriarchis) *providentur, & sive per manus impositionem, sive per Pallii donationem Episcopalis dignitatis firmitatem accipiant &c.*

§. III. Quid quod plura nobis vetustissima supersunt, quæ non solum Metropolitarum, sed Provincialium etiam Episcoporum ordinandorum potestatem in unis Patriarchis hæsisse testantur? Audi, quæ Innocentius I Antiocheno Patriarchæ rescribit. *Itaque arbitramur, frater carissime, ut sicuti Metropolitanos auctoritate ordinas singulari, sic & cæteros non sine permissu, conscientiaque tua sinas Episcopos procreari. In quibus hunc modum recte servabis, ut longe positos litteris datis ordinari censeas ab his, qui nunc eos suo tantum ordinant arbitratu. Vicinos autem, si æstimas, ad manus impositionem tuæ gratiæ statuas pervenire. Quorum enim te maxima expectat cura, præcipue tuum debent mereri judicium* S. Innocentius I in Decret. c. 45.

§. IV. Atque ut intelligas nullam hic ab S. Innocentio novitatem induci, sed antiquitatem suo loco restitui, en tibi hujusce ipsius auctoritatis clara & illustria exempla in Ecclesia Ale-

(a) Quien. *T. I*, *colum.* 111, §. 1. Ex his quæ hactenus dicta sunt, ac præsertim propter illum Chalcedonensis Concilii canonem vigesimum octavum, præcipuum Constantinopolitani Patriarchæ jus apparet fuisse, ut uniuscujusque provinciæ sui tractus, sive Diœcesis, Metropolitas ordinaret, aut saltem electionum decreta ei referrentur, quæ ipse approbaret, & confirmaret. Quam Canonis partem vocibus hisce a proceribus, qui adfuerant, enarratam vidimus: *Ut electio referretur ab omnibus eligentibus Archiepiscopo regiæ Constantinopolis; ut penes eum sit, si velit, hunc qui electus est accedere, & hic ordinari, aut secundum ejus permissionem in provincia, & decreto ipsius Episcopatum consequi*. Quocirca, quum anno 1087 prisci Metropolitæ ordinationes Episcoporum illarum civitatum quæ in Metropoles recens erectæ erant, ad se spectare contenderent, sancitum a Byzantina Synodo est, Metropolitas quoscumque omnes a solo Patriarcha oportere ordinari. Atqui illius quoque juris sunt Archiepiscoporum consecrationes, qui per diversas provincias instituti fuere, a Metropolitarum potestate avulsi.

Alexandrina, quicum eadem jam legum, ac jurium communio Antiochenæ Ecclesiæ jam a Nicæni Concilii temporibus intercedebat. (Conc. Nicæn. can. 6.) Habe ea, quæ leguntur in epistola Nicænorum Patrum ad Alexandrinum Episcopum apud Theodoretum *l.* 1, *c.* 9, nimirum *per Ægypti provincias eum ceu legitimum habendum Episcopum, qui a Populo electus, atque ab Alexandrinæ Urbis Episcopo fuerit inauguratus*. Tene ea, quæ a Synesio (an. 405) dicuntur *in Epistola 67 ad Theophilum Alexandrinum* de Siderio creato Palebiscæ Episcopo, videlicet, *unum illum, & solum Palebiscæ* (in Pentapolitana Provincia) *Episcopum creatum, sed neque legitimum ipsum, contra vero jura omnia, quantum de senioribus accepi, cum neque sit Alexandriæ constitutus, neque a tribus hic, quamvis illinc ordinandi esset facta potestas*. Et *Epist. 76. Meo quoque illum* (Olbiatis in Pentapoli Episcopum) *suffragio renuntio, ut pergratum quidem mihi erit, si illum in Episcopatu Collegam, & socium habuerim. Unum adhuc superest, SACRA TUA SCILICET MANUS. Hoc uno Olbiatis satis est, mihi vero precibus.*

§. V. Verum quid luculentius iis, quæ habentur in Concilii Nicæni Canone 4, & 6? Hisce canonibus condendis causam dederat Meletius Lycopolis in Thebaide Episcopus, qui rursum prorsum per provincias cursitans plures Episcopos jusserat, creaveratque. Nicæni Patres antiquitatis tenacissimi eos tandem Episcoporum nomine dignos esse dijudicarunt, qui vel ab ipsis Alexandrini Episcopi manibus, vel saltem ex ejus sententia Episcopatu fuerint initiati. En verba Canonis sexti: *Antiqua consuetudo servetur per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Episcopus Jus Patriarchicum. horum omnium habeat potestatem, quia & Urbis Romæ parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam cæterasque provincias suis privilegia serventur Ecclesiis. Quod si quis præter sententiam Metropolitani* (Alexandrini) *factus fuerit Episcopus, hunc magna Synodus definivit* (can. 4.) *Episcopum esse non oportere: ANTIQUA CONSUETUDO SERVETUR*, inquiunt Nicæni Patres. At quænam erat hæc consuetudo? ea certe, quam perruperat Meletius creando Episcopos. Episcoporum igitur creatio ad Alexandrinum Episcopum pertinebat, quandoquidem Nicæna Synodus ait, eorum munerum functiones, quas in Ægypto, Libya, & Pentapoli Meletius usurpaverat, in Alexandrina potestate esse debere, *ita ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem.* (Vide infra Lib. III, Qu. II, §. 27.)

Neque hoc unius tantum Patriarchæ Alexandrini proprium erat, ut Binghamus *Or. Eccl. l.* 2, *cap.* 17, §. *XI*, somniat, sed omnium Patriarcharum, *quia*, ajunt Nicæni Patres, *& Urbis Romæ Episcopo parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, cæterasque Provincias Cæsareæ, Heracleæ, Ephesi*, (Concil. Const. I, Œcum. II, can. 2) quarum Episcopi Patriarchali jure fruebantur (Vid. supra Q. V.) *suis privilegia*, nimirum Episcoporum ordinationes, *serventur Ecclesiis*. Nec vero est, cur miremur, si hoc in loco Episcopi Alexandriæ, Romæ, Antiochiæ, Ephesi, Cæsareæ, Heracleæ Metropolitani vocantur. *Illud autem generaliter clarum est, quod si quis præter sententiam METROPOLITANI fuerit factus Episcopus, hunc Magna Synodus definivit Episcopum esse non oportere*. Nam ante Concilium Chalcedonense Antistites harum Urbium, quæ Majorum Diœcesium capita erant, ac

METROPOLES, modo Archiepiſcopi, (*b*) modo *METROPOLITANI* (*c*) appellati fuerunt, nec niſi poſt annum 440 Patriarcharum nomen illis inditum fuit. Hæc ſi ſecum ipſe reputaſſet Binghamus *l. c. cap.* 16, §. 12, ordinationes Epiſcoporum non Metropolitici, ſed Patriarchici juris eſſe dixiſſet. Nec Quiennius noſter *Or. Chriſt. T. II, colum.* 355, §. 39, aurificis ſtatera rem expendit, ſed rudi admodum, ac populari trutina, cum Ægyptiacam Diœceſim longe lateque patentem totos primos illos quadringentos annos Metropolitis caruiſſe pronuntiavit, proindeque Provinciales Epiſcopos nonniſi a Patriarcha pleno Sacerdotio cumulatos fuiſſe. Nam non ſolum ex Theodoſii Junioris litteris ad Dioſcorum Alexandrinum datis, quibus illum una cum *DECEM SUIS METROPOLITIS* ad Epheſinam Synodum invitabat, ſed etiam ex Syneſio *Epiſt. ad Theophan. pag.* 231, atque ex Epiphanio *hæreſ.* 69, *n.* 3, palam eſt; plures in Ægypto, Libya, Pentapoli Metropolitas & extitiſſe, & Metropolitico jure uſos fuiſſe. Vid. ſupra Quæſt. IX, §. 3, N. 8.

§. VI. Neque ullum nobis negotium faceſſit Canon XXVIII Concilii Chalcedonenſis, qui Conſtantinopolitani Patriarchæ auctoritatem intra unorum Metropolitarum ordinationum ſepta contineri juſſit. Immane enim diſtat Conſtantinopolitanam inter, atque alias Patriarchales Sedes. Romanus enim, Alexandrinus, Antiochenus ante ullos ſuarum Diœceſium Metropolitas extiterunt; Conſtantinopolitanus vero longe poſt Patriarcha nobis exortus eſt. Illi ſuis juribus Metropolitas induerunt, hic a Metropolitis indutus eſt. (Vid. ſupra Quæſt. V.) Quamobrem non eſt mirandum, ſi in Eccleſiarum Epheſinæ, Cæſareenſis, Heracleenſis direptione, ac naufragio aliquid earum Exarchis relictum tum fuerit. Cæterum quibus do-

(b) Ephiphanius *hæreſ.* 69, n. 3. Is ipſe Meletius Archiepiſcopus in Ægypto, & Alexandro ſubjectus rem omnem (de Ario) ad Alexandri *ARCHIEPISCOPI* aures detulit. *Et hæreſ.* 68, *n.* 1. Meletius cum Martyribus, ac præcipue Petro *ARCHIEPISCOPO ALEXANDRINO* in vinculis habebatur. *Et hær.* 69, *n.* 1. Quotquot Alexandriæ communionis Eccleſiæ ſunt, uni *ARCHIEPISCOPO* ſubjectæ ſunt. Vid. Bigham. *T. I, pag.* 213.

(c) In Concil. Antioch. an. 341, Laodicen. an. 320, Arelat. II, an. 390, Epheſin. an. 431. Ipſe Binghamus Patriarchas ſæpe vocat Metropolitanos, ut in *l.* 2, *cap.* 17, §. 8, ubi ait: Quemadmodum Alexandrinus Epiſcopus ſex provincias ſibi ſubjectas habuit, ita etiam Metropolitanos, ſeu Archiepiſcopos, ut Archiepiſcopum Lycopolitanum in Thebaide, Metropolitanum Ptolemaidis in Pentapoli ſibi ſubordinatos habuiſſe videntur. Etſi hi proprie dicti Metropolitani fuère, ipſe ſub nomine *METROPOLITANI* totius Diœceſis Ægyptiacæ Patriarcha fuerit neceſſe eſt.

Idem *l. c.* §. 7. Hieronymus in *Epiſtola ad Pammachium* contra errores ſcribens Joannis Jeroſolymitani dicit, a Concilio Nicæno fuiſſe decretum, ut Palæſtinæ Metropolis Cæſarea eſſet, ut totius Orientis Antiochia; Epiſcopum igitur Jeroſolymitanum aut ad Epiſcopum Cæſareenſem tamquam proprium ipſius Metropolitanum, aut ad Epiſcopum Antiochenum, utpote Orientis *METROPOLITANUM* appellare debere. Mens Hieronymi hæc ſit oportet, quod & Metropolitani Provinciarum, & *METROPOLITANI* Diœceſium jam ante Concilium Nicænum extiterint. Concilium Carthaginenſe IV, C. 1, Primatem totius Africæ vocat Metropolitanum. Vid. Bingham. *T. I, pag.* 213, *in N. c.*

(d)

dolis, ac fraudibus hunc Canonem 28 Constantinopolitanus Episcopus e Chalcedonensibus Patribus extorserit, non est hujus loci referre. Satis erit hic memorare, hunc Canonem illi fuisse quemdam quasi gradum, atque aditum ad cætera Patriarchalia jura obtinenda. Nam licet hic Canon a Leone Pontifice Maximo conticescere jussus esset (*d*), tamen hoc uno gradu posito ad altiores deinde ascendit, & qui primum sola Metropolitarum ordinatione contentus esse videbatur, omnium postea Episcoporum ordinationes obsedit (*e*), occupavitque.

§. VII. Stat igitur sententia, tum Metropolitarum, tum etiam Episcoporum ordinationes ad Patriarcharum jura pertinere, & si in Episcopis ordinandis etiam Metropolitæ aliqui esse visi sunt, vicario, precarioque jure usos tunc esse putandum est. Quamquam ipsum *METROPOLITANI* nomen effecit, ut hi in multa Patriarcharum jura involarint. Nam cum primum hoc nomine compellarentur tum Majorum Diœcesium Antistites (Vid. supra N. *c.*) tum minorum Provinciarum Præsides, postquam hoc nomen ad hosce contractum est, omnia etiam jura, quæ sub hoc nomine latebant, sive majorum, sive minorum Metropolitanorum propria, minorum Provinciarum Præsulibus accesserunt. Si distinctio inter

(d) Quien. *T. I*, *colum.* 51, §. 8. Merito Marcianus Imperator Leoni Papæ annuit, ut Anatolius Constantinopolitanus statuto canoni abrenunciaret, qui, ut narrationis hujus series declarabit, Chalcedonensis Synodi auctoritati, & Ecclesiarum paci & tranquillitati maximo detrimento fuit. Ex illo utique Ægyptii, Dioscoro suo Alexandrino ad ordinem redacto, colores & prætextus petierunt, ut definitam in eo Concilio Fidem respuerent. Item, quum Leo Imperator Marciani successor, Proterio Alexandrino occiso, litteras ad universos Orientalis Imperii Metropolitas misisset, ut suam de Chalcedone celebrata Synodo sententiam darent, Joannis Ephesini, ad quem Imperator, velut aliis, scripserat, Epistola non extat in Epiphanii quæ hodieque superest Collectione; quod videtur argumento esse, Ephesinos cavisse, ne Synodum illam approbando, suæ Sedis juribus derogasse putarentur. Cæsareensem Primatem Alypium, qui eumdem canonem ignoravit, quo Sedes ipsius Byzantini Pontificis ordinationi obnoxia facta erat, verisimillimum est ab Anatolio Constantinopolitano, ejusve nutu & decreto consecratum non esse. Ex his omnibus concludo, canonem vigesimum octavum Chalcedonensem prima illa qua conditus est ætate, exequutioni minime mandatum esse, sed Marciani Imperatoris opera antiquatum.

(e) *Quien. T. I*, *colum.* 27, §. 8. Plane ex iis, quæ in postremo illius Synodi conventu canonis vigesimi octavi causa hinc inde dicta gestaque sunt, discimus Eusebium Ancyræ sese cum Episcopis suæ provinciæ Byzantinæ Sedis ordinationi jam antehac addixisse. Quocirca palam protestatus est, se nihil curare ordinationes Episcoporum; quumque Gangrenses ad se de more venissent Callinici electionis decretum ferentes, noluisse illum consecrare, nisi acceptis a Proclo Constantinopolitano Litteris, ne in litem cum eo incurreret. Cæterum defuncto post dies aliquot Callinico, Gangrensibus ab eo Episcopum poscentibus, ordinationi illius omnino renuntiasse; illos vero regiam in Urbem profectos, inde Petrum, qui in Concilio sedebat, secum deduxisse. Adjecit se non ab alio nisi ab ipsomet Proclo consecratum. Magna quoque pars aliorum Metropolitarum Asiæ ultro declararunt, sese Constantinopolitanæ Sedi subdidisse, ut Ecclesiarum suarum commodo & utilitati consulerent; quum Ephesinam Sedem vix ulli homines frugi tenerent. Quinimmo Thalassius ipse Cæsareensis totius Ponticæ Primas &

ter majores; & minores Metropolitanos notata esset, nec tanta in canonibus interpretandis obscuritas, nec tot, tantæque de Juribus lites obortæ fuissent. Quam enim, quantamque Jurium confusionem nominum mutationes non pepererunt?



QU.

ἐξαρχῆς ordinatus a Proclo fuerat, quem Cæsareenses, Firmo Præsule suo defuncto, adierant, ut ipsis Antistitem designaret.

QU. XXIV.

Patriarcharum nomina recitanda ne de sacris Diptychis (a)?

§. I. INter eorum nomina, quæ Sacerdotibus rei divinæ operantibus recitanda sunt, primum locum tenet nomen Summi Pontificis, alterum Patriarcharum, tertium Episcoporum.

§. II. Summi Pontificis nomen in omnibus Ecclesiis, quibuscum Romanæ Ecclesiæ communio intercesserat, recitari solitum semper fuisse constat tum ex multis, tum ex Epistola Petri Patriarchæ Antiocheni ad Michaelem Cerularium, quam græce, & latine edidit Cotellerius *T. II monum. Eccles. Græc.* Is cum Photianum Schisma refricasset, grandem dicam scripserat Patriarchis Alexandrino, Antiocheno, Jerosolymitano, eo quod Romani Pontificis memoriam Sacrorum Diptychorum honoribus consecrarent. Verum furentis hominis audaciam compressit Petrus Antiochenus, atque hunc morem in Ecclesia Antiochena, & Constantinopolitana perpetuis temporibus servatum fuisse, ac constanter custoditum ostendit. Vid. Benedict. XIV Bullar. *T. IV, Const.* 54, §. 13.

§. III. Patriarcharum nomini non solum in suis, sibique subjectis, sed in aliis etiam Patriarchalibus Ecclesiis eumdem honorem haberi consuevisse nosmet dubitare non sinit Theophilus Antiochenus, qui in Concilio Œcumenico VI hæc ait: *Euphemius hic erat Patriarcha Antiochiæ, & recensetur in Diptychis sanctæ, quæ hic Constantinopoli est, magnæ Ecclesiæ*. Theodorus autem Balsamon: *(in lib. de Patriarch. Jur.) Statutum est*, inquit, *ut in quavis Ecclesia Dei, sive ad Euphratem, sive ad ipsum pertingat Oceanum, conjunctim Patriarcharum nomina recitentur*; Jacobus autem Goarius e vetustissimis Codicibus tabulas protulit Grapho-

(a) Vid. Sand. *V. P. pag.* 96, *N.* 3, Bona *lib.* 2 *Rer. Liturgic. cap.* 12. Diptychorum nomen a Ptychis, id est plicis derivatur: unde Diptycha tabulæ sunt, quæ duas habent plicas .... Invenio autem tria fuisse genera Diptychorum, sive tabularum, quibus nomina in singulis Ecclesiis inscribebantur. Primum erat peculiare Episcoporum, eorum præsertim, qui illam Ecclesiam rexerant, dummodo probitate ac sanctis moribus claruissent. Secundum vivorum, in quibus eorum nomina descripta erant, qui adhuc viventes dignitate aliqua, vel beneficiis illi Ecclesiæ collatis conspicui, vel alio titulo benemeriti erant. In his primo loco Romanus Pontifex, tum alii Patriarchæ, & proprius Antistes, ac reliqui Clero adscripti recensebantur; postea Imperator, Principes, Magistratus, & populus fidelis. Tertium erat mortuorum, qui in catholica communione decesserant. Usum vero Diptychorum, eorumque lectionem inter Missarum solemnia vel ab Apostolis, vel ex illorum institutione seu traditione ab immediatis successoribus cœpisse, satis constat ex iis, quæ supra cap. 8 de nominum recitatione ex Priscis Patribus allata sunt.

(b)

pholiturgicas, in quibus hæc leguntur: *Memento mei & cunctorum, & cunctarum... Joseph sanctissimi, & Universalis Patriarchæ*, (Constantinopolitani, nomen enim Papæ schismaticus homo omisit) *Philotes Alexandrini, Marci Antiochiæ, Theophyli Jerosolymorum &c.* (In *var. Lection. Liturg. Chrysost. pag.* 97.)

§. IV. Nec Episcopos silentio præteritos, sed in suis, suique territorii Ecclesiis eorum memoriam celebratam usque fuisse diximus ab eodem Goario *in Notis ad Rituale Græcorum pag.* 63. & nunc etiam celebrandam esse ex Latinorum, Græcorumque docemur Euchologiis.

§. V. Qui autem fit, ut Orientalium Patriarcharum nomina nec in Romanæ, nec in ullius Latinæ Ecclesiæ Diptycha relata unquam fuerint? Id non aliunde ortum est, nisi ex eo, quod Romana Ecclesia, a qua Latinæ omnes Ecclesiæ suos Rituales libros mutuatæ sunt, & quicum unam tantum Occidentalem & Patriarchalem Ecclesiam conficiunt, Caput sit, aliæ autem Patriarchales, Orientalesque omnes Ecclesiæ, membra. Ac quemadmodum membra, nisi capitis communionem retineant, manent inanimata, ita etiam Ecclesiæ Orientales, nisi Romanæ communionem colant, licet pulsu agitentur externo, nullo tamen motu interiore cientur; atque uti Caput, etiamsi pedibus, manibusque minutum, ac debilitatum, nihilominus vivit, integrisque sensibus viget, ita etiam Romana, Occidentalisque Ecclesia etiam sine Orientalibus vi sua stat. Quamobrem S. Leo IX Michaeli Cerulario Patriarchæ Constantinopolitano, *qui petierat nomen suum inscribi Romanis tabulis, noluit annuere:* (ut videre est apud Christianum Lupum *ad Conc. Part. 4, pag.* 427, Edit. Bruxell.) *mutua enim Patriarcharum nominum recitatio viguit in solis æqualibus, & consororibus Orientalium Patriarcharum Sedibus, nusquam in Romana. Hæc enim non tantum soror, sed etiam Caput est, & mater, ideoque nullius, nisi solius Episcopi nomen unquam recitavit.* Et pag. 438. *Orientalium Patriarcharum nomina nunquam recitavit Romana, immo nec ulla Latina Ecclesia.*

De Sacris Diptychis consule Cabassutium, & Henbertum Rosvveydum in ejus *Onomastico ad vitas Patrum pag.* 1024. seq. (*b*)

(b) I. *Græcum verbum* diptychum δίπτυχον, *Latinis tamen usurpatum, sed sæpe apud depravatum Etymologicum:* Diptycha, nomen neutrum. Fit a masculino δίπτυξ, quod fit a verbo πτύσσω, plico, Futuro πτύξω, unde πτὺξ plica, & cum δὺο duo δίπτυξ, δίπτυχα flectitur, & traducitur ad rectum casum, & neutrum diptychum. Diptycha facientes, id est duplicantes arvinam, nunc autem dicit ἐπίπλοον, omentum. *Alludit hic Etymologicum ad versus Homeri, de quibus post.*

Diptychum *igitur hic capitur pro libello duarum plicarum, seu foliorum, seu paginarum, quasi dicas* duplices. *Unde O*vidio lib. I Amorum lib. 12.

Ergo ego vos rebus duplices pro nomine sensi,
Auspicii numerus non erat ipse boni.

quas Joannes Wowverius (*ad lib. Sidonii Epist.* 5) *non rite refert ad Comainas, seu diplomata Impp.*

Sic Martiali *lib.* 7, *epigr.* 52, triplices, τρίπτυχα *seu a tribus foliis.*

Bis senos triplices & dentiscalpia septem.

Et eodem *libro, epigr.* 71.

Nec vani triplices brevesque mappæ.

Idem *lib.* 14, *epigr.* 6.

Tunc triplices nostros non vilia dona putabis,

Cum

Cum se venturam scribet amica sibi.

Sic apud eumdem Martialem lib. 14, Epist. 4, quintuplices, seu πεντάπτυχα habes.

Cæde juvencorum domini caret area felix,
Quintuplici cera cum datur altus honor.

Duplex autem fuit diptychorum usus, profanus, & sacer. *Profani mentio apud veteres, qui ea muneris loco sæpe mittebant, maxime in editione munerum*. Symmachus (*in Auctario Epistolarum, Epist. 7, quam fratribus scribit*): Religiosum atque votivum est, ut a Quæstoribus candidatis dona sollemnia potissimis, atque amicissimis offerantur. In eo numero jure censemini. Offero igitur vobis eburneum diptychum, & canistellum argenteum librarum duarum filii mei nomine, qui quæstorium munus exhibuit. Idem (*lib. 2, Epist. 81, ad* Flavianum): „ Filius noster *Symmachus* peracto munere „ candidati, offert tibi dona quæstoria, & „ cæteras necessitates pari honore participat. „ Quæso igitur, ut ejus nomine diptycha, „ & apophoreta suscipere dignemini. Idem „ (*lib. 5, Epist. 56, ad Sallustium*). „ Ad te diptychum Candidati, & apophoreticum librarum argenti duarum per „ hominem misimus, approbare cupientes „ Editioni nostræ non defuisse. “ Idem (*lib. 9, Epist. 109*). „ Non aspernabere, „ ut existimo, diptychi & apophoretici oblationem. “

II. *Erant* diptycha, *quæ muneris loco mittebantur, fere eburnea: quod Epitheton etsi non semper additur, tamen subintelligendum videtur: sic cape* diptychum *absolute positum* apud Symmachum: (*lib. 2, Epist. 81.*) *Nam subdit, quasi explicans:* „ Cæteros quoque amicos eburneis pugillaribus, & canistellis argenteis „ honoravi. “

Cum eadem Principi mittebantur, inaurari solita. Symmachus: (*lib. 2, Epist. 81.*) „ Præterea Domino, & Princi- „ pi nostro ad referendam largitati ejus sedulam magis, quam parem gratiam, auro „ circumdatum diptychum misi. “

III. *Prohibitum post, ne minor consularis magistratus diptycha ex Ebore, & sportulas aureas daret*. L. 1, de expensis ludor. C. Theod. *ita constituunt* Impp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius Augg. Illud etiam constitutione solidamus, ut exceptis Consulibus ordinariis, nulli prorsus alteri auream sportulam, diptycha ex ebore dandi facultas sit, cum publica celebrantur officia. Sit sportulis nullus argenteus, alia materia diptychis. *Unde* Claudianus *lib. 3 de laude Stiliconis consulis* ab eo sparsas in populum eburneas tabellas canit.

Tum virides pardos, & cætera colligit Austri.
Prodigia, immanesque simul Latonia dentes
Qui secti ferro in tabulas, auroque micantes,
Inscripti rutilum cælato consule nomen
Per proceres, & vulgus eunt: stupor omnibus Indis
Plurimus; ereptis elaphas inglorius errat
Dentibus.

Cur diptycha, *seu pugillares tabulæ in editione munerum dono missa fuerint, equidem nescio*. Ludovicus Carrion lib. 2 emendat. cap. 6, *supra existimat ea a Quæstoribus candidatis offerri solita, quod iis ipsis essent in usu frequenti. Sed & Consules aliique diptycha obtulerant.*

IV. *Videntur* diptycha *amantium fuisse tabellæ, unde vetus commentator* ad illud Juvenalis Satyr. *9:*

..... Et *blandæ assiduæ, densæque tabellæ*
Sollicitent.

adscribit: blandis & Epistolis, & diptychis sollicitet. *Glossarium Cumberonense manuscr.* Diptychæ dicuntur tabellæ, quibus corruptiores puellis suis inscribunt amorem. Papias *Vocabularista*. Diptychæ tabellæ, quibus corruptiores amorem suum inscribunt puellis. *Apud* Ovidium *quoque* (lib. 2 *Amorum eleg.* 15,) habes tabellas arcanas ad hanc rem.

V. *Quod* Carrion *putat* diptycha *universim fuisse plerumque* eburnea, *falli eum* ex:

existimo. *Nec enim simile vero*, diptycha Epistolica, *quæ vulgo Epistolæ loco sibi mutuo mittebant*, *quibusve arcana sua declarabant*, *fuisse eburnea*; *sed potius lignea*, *cera obducta*. *Unde* Ovidius *supra amicæ suæ* duplices, *seu* diptycha, *quibus noctem negaverat*, *execrans ait*:

> *Quid precer iratus? nisi vos cariosa senectus*
> *Rodat*, *&* *immundo cera sit alba situ*.

Unde colligitur lignea *fuisse*. Et eodem lib. 1, Eleg. 11, *quæ priorem præcedit de tabellis suis amatoriis*, *ait*;

> *Subscribam*. *Veneri fida sibi NASO tabellas*
> *Dedicat*. *At nuper vile fuistis acer*.

Alia erant sacra diptycha, *quorum usus erat in Ecclesia Catholica*, *a communi in privatam notionem deflexa*.

Erant igitur hæc sacra diptycha *duplices tabulæ*, *quarum una parte inscribebantur nomina Episcoporum pie defunctorum*, *altera vero vivorum*.

VI. *Et quidem quod mortuos spectat*, *earum tabularum*, *quæ* ἱεραὶ πτυχαὶ *ibi vocantur*, *mentio est apud Dionysium* Areopagitam *Eccl. Hierarch. cap.* 3, *ubi agitur de mysterio Synaxeos*, sive Communionis: καὶ ἀσπασαμένων ἀλλήλους ἁπάντων, ἡ μυστικὴ τῶν ἱερῶν πτυχῶν ἀνάῤῥησις ἐπιτελεῖται ... *quæ* ita *vertit* Perionius: Cum omnes se inter se salutaverint, mystica Sanctorum recitatio fit. Ambrosius *Camaldulensis*: Et cum se mutuo omnes salutaverint, mystica Sanctorum recitatio fit. *Uterque omisit vertere vocem* πτυχῶν. *Rectius igitur* Joannes Scotus *vetus* Dionysii *interpres*: Et omnibus salutantibus inter se invicem, mystica sacrorum voluminum prædicatio perficitur. Item Joannes Saracenus: Et osculatis se invicem univiris mystica sanctarum tabularum prædicatio perficitur. *Recte igitur verterunt*, *modo per volumina*, & tabulas *intelligant* diptycha.

VII. *Rursus eodem in capite in Theoria*: ὁ δὲ θειότατος ἀσπασμὸς ἱερουργεῖται, καὶ τῶν ἱερογράφων πτυχῶν ἡ μυστικὴ καὶ ὑπερκόσμιος ἀνάῤῥησις. Perionius: Divina autem salutatio, sive osculum adhibetur, sanctorumque animorum, qui scripti sunt, mystica cœlestisque prædicatio. Ambrosius *Camaldulensis*. Porro sacratissima consalutatio idcirco celebratur, sanctorumque descripta nomina mystice, & modo supramundano prædicant. *Clarius veteres interpretes*. Joannes Scotus: Divinissima autem salutatio sancte agitur, & hagiographorum voluminum mystica, & supermundana recitatio. Joannes Saracenus: Divinissimum autem osculum sancte agitur, & hagiographarum tabularum mystica, & supermundana enunciatio.

VIII. *Iterum in ejusdem capitis theoria*, *qua hujus rei contemplatio*, *&* *explicatio continetur*: Τῶν δὲ ἱερῶν πτυχῶν κατὰ τὴν εἰρήνην ἀνάῤῥησις, ἀνακηρύττει τοὺς ὁσίως βεβιωκότας, καὶ πρὸς ἀρετῆς ζωῆς τελείωσιν ἀμεταστάτως ἀφικομένους. *Quæ* ita vertit Perionius: Sanctorum autem animorum, quæ post pacem adhibetur, prædicatio, eos qui pie sancteque vixerunt, atque ad vitæ virtuti consentaneæ perfectionem pervenerunt, laudibus afficit. *Rursus hic* Perionius ψυχῶν *legit pro* πτυχῶν. Ambrosius *Camaldulensis*: Enim vero sanctorum post pacem illam nominum prædicatio, eos præconio attollit, qui pie sancteque vixerunt, atque ad finem usque virtutis vitam constanter, nusquam ab eo deflectendo, tenuerunt. *Clarius* Joannes Scotus: Sacrarum autem tabularum post pacem recitatio prædicat sancte firmatos, & ad strenuæ vitæ consumationem immutabiliter advenientes. *Item* Joannes Saracenus: Sanctarum autem tabularum post pacem prædicatio, prædicat illos qui sancte vixerunt, & ad virtutum vitæ perfectionem intransmutabiliter pervenerunt.

IX. *Ut hic habuimus* ἱερὰ πτυχὰ, *quæ* Maximus, & Pachimeres Scholiastæ Dionysii δίπτυχα *interpretantur*; *ita* δίπτυχα *diserta mentio in epistola Ægyptiorum Episcoporum ad* Anatolium *Constantinopolitanum* Episcopum *contra* Timotheum *invasorem Sedis Alexandrinæ*, *quæ habetur parte* 3 *Concilii Chalcedonensis ex Romana editione*: Etiam in venerabili diptycho (in quo piæ memoriæ, transitum ad Cœlos habentium Episcoporum vocabula continentur, quæ tempore sanctorum mysteriorum secundum sanctas regulas relegerunt) posuit suum nomen & *Dioscoris*, qui sub damnatione anathematis a Deo, & universali Concilio esse decre-

cratus est; & delevit exinde sanctæ memoriæ, & secundum Deum viventis *Proterii* nomen, regulariter Archiepiscopi constituti. *Item in sexta Synodo* Act. XIII. Hos sanctæ memoriæ tres viros, idest *Thomam*, *Joannem*, & *Constantinum* prævidimus in identitate manere, atque in sacris diptychis sanctarum Ecclesiarum recitari. Theodoretus: (*Ecclesiast. hist. lib.* 5, *cap* 35.) Iste (Alexander *Antiochenus Episcopus*) primus magni *Joannis* nomen Ecclesiasticis diptychis inseruit. *Quod etiam habes in Historia Tripart. lib.* 10, *cap.* 20, *&* *apud* Georgium *Alexandrinum in Vita Chrysostomi cap.* 71. Isidorus *Trimithensis Episcopus in Vita Joannis Chrysostomi*: nomen *Joannis* sacris inscribe diptychis. Innocentius *Papa* ad Arcadium, & Eudoxiam *apud* Georgium *Alexandrinum Patriarcham de Vita Chrysostomi*: Jubete autem *Joannis* nomen sacris inscribi diptychis. *Epistola* Justiniani *Imperatoris ad quintam Synodum generalem*, *quæ est Constantinopolitana II.* Sicut & eos qui injuste condemnati sunt revocaverunt post mortem, & in sacris diptychis scripserunt. Quod factum est, & in *Joanne* (Chrysostomo), & in *Flaviano* religiosæ memoriæ Episcopis Constantinopolitanis. *Citatur canon* Sane 34, quæst. 1. *In Sacramentali* Gregorii *Magni habes Orationem* super diptycha: Memento etiam Domine famulorum, qui nos præcesserunt, & dormierunt in somno pacis. *Et in Liturgia S. Marci*: Ὁ διάκονος τὰ δίπτυχα τῶν κεκοιμημένων... Diaconus legit diptycha defunctorum. *Ad hanc consuetudinem defunctorum nomina in Missa recitandi alludit* Cyprianus *Epist.* 10 *ad Clerum*, *&* *Presbyteros*, *qui temere pacem lapsis dederant*: Offertur nomen eorum. *Et Epist.* 66 ad Presbyteros, Diaconos, & plebem Furnitanam: Neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes, & ministros voluit avocare.

X. *Uti rite defunctorum Episcoporum nomina sacris* diptychis *inscribebantur*, *ita hæreticorum*, & *schismaticorum*, *ex iisdem tollebantur*. Justinianus *Imperator in confessione rectæ fidei adversus tria capitula*, *seu in edicto de fide Catholica*, *quod habetur post quintam Synodum*: Itaque & omnis plenitudo Mopsuestanæ Ecclesiæ in qua Episcopus dicitur fuisse, cum invenisset quod Paganis, & Judæis, & Sodomitanis a Sanctis Patribus connumeratus est, deleverunt ipsi ex illo tempore e sacris Ecclesiæ diptychis ejus nomen. Justinianus *Imperator epistola ad quintam Synodum*, *quæ habetur ibi Act. I*, *de Theodoro Mopsuestano*: Propter istas (*blasphemias*) superioribus temporibus deletum est & nomen ejus e sacris diptychis Ecclesiæ, cujus fuit Episcopus. *Divalis sacra* Constantini Pogonati *ad Dominum Papam* Agathonem, *quæ* præmittitur sextæ Synodo generali, quæ est Constantinopolitana III. „ Multam enim nobis instantiam „ fecerunt tam hic sanctissimus ac beatissi„ mus Patriarcha Theopoleos ... ut ejiceretur „ *Vitalianus* beatissimus de diptychis, asse„ rentes *Honorium* memorari in diptychis, „ præter honorem Apostolicæ Sedis antiquæ „ nostræ Romæ. “ *Ecclesiastica historia* Theodori *Lectoris Constantinopolitani apud* Damascenum *orat.* 3 *de imaginibus.* Εἰς τοσοῦτον γὰρ ἐλήλυθε τῆς τόλμης, ὥστε καὶ τὰ τῶν γεγονότων μακαρίων ποιμένων ὀνόματα, τῶν ἱερῶν διπτύχων ἀνῆγε, καὶ τὰς αὐτῶν εἰκόνας καθεῖλε κατακαύσας τυραννικῶς.

Quæ Franciscus Zinus *Veronensis ita vertit*: Eo vero provectus est audacia, ut beatorum, qui illic fuerint Episcoporum nomina sacerdotum geminorum sustulerit, tyrannicéque combusserit. *Qui non recte percepit* ἱερῶν διπτύχων, *quod vertit* sacerdotum geminorum, *cum vertendum sit* e sacris diptychis, *ut recte monuit* Jacobus Billius *in notis ad eam Orationem*. *Sic quod ex eadem historia citatur apud* Damascenum Ἀναθεματίσας τὰς τῶν ἐπισκόπων εἰκόνας, καὶ τῶν ἱερῶν διπτύχων ἀπαλεῖψαι. Episcoporum imagines anathemate damnatæ, & e sacris diptychis deletæ. *Ibi rursus* Zinus *verterat* sacerdotes geminos delete. Innocentius *Papa epist. ad Arcadium Imperatorem apud Georgium Alexandrinum de vita Chrysostomi*, *ut* Arsacis *etiam mortui memoria deleatur*: Οὐ τοῦ ἔδει τὸ ὄνομα ἐγγραφῆναι τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις...: *cujus ne nomen quidem sacris diptychis inscribatur.* Anast. *in Agath.* Abstulerunt de diptychis Ecclesiarum nomina Patriarcharum, vel de picturis Ecclesiæ figuras eorum. Victor Tunnen-

nunensis in Chronico: Nomina *Proterii & Salafatiatii* de Ecclesiasticis diptychis tollit, & *Dioscori & Æluri, qui Proterium interfecit*, scribit. *Atque hactenus de mortuorum nominibus quæ diptychis inscripta*.

XI. *Vivorum, qui diptychis inscribi solent, meminit* Joannes *Diaconus* in Vita S. Magni Gregorii *lib.* 4, *cap.* 23. Orientales præcipue retinent hactenus Sedes, ut in suis diptychis nullius Pontificis nomen describant, quousque Synodicam ipsius suscipiant: & tandiu defunctum Pontificem inter viventes numerent, quamdiu successor illius suas litteras studuerit destinare. *Concilium Chalcedonense Act.* 11: Suscepit enim eum, & communicavit ei beatæ memoriæ *Proclus*, & fecit synodicas litteras, & in diptychis eum posuit. *Et pleraque priora exempla*, quibus *post mortem quorumdam nomina e diptychis expuncta docetur, & satis ostendunt, dum viverent, diptychis inscripta fuisse*. Gregorius *lib.* 5: In sacris hymnodiis mentionem faciunt Papæ cum oratio super diptycha recitatur, una cum aliis quatuor Patriarchis.

XII. *Uti viventium Episcoporum nomina sacris diptychis inserebantur, ita ex iisdem tollebantur quandoque viventium nomina*. Proclus *Archiepiscopus Constantinopolitanus ad Domnum* Antiochenum *Episcopum pro caussa* Athanasii *Perrhæ Episcopi, cujus viventis nomen e sacris diptychis erasum erat; habetur in* Concilio *Chalcedonensi Action.* 14. καὶ τῶν ἱερῶν δέλτων περιεῖλεν τὸ ὄνομα τοῦ ἐπισκοπεύοντος. Ubi *vetus interpres vertit*: & Episcopi nomen de sacris diptychis abstulisse. Vigilius *Papa* in *damnatione* Theodori. „ Etiam Alexandrinæ Ecclesiæ sa-
„ cerdotem fratrem nostrum *Zoilum*, cujus
„ nomen usque ad memoratum diem com-
„ municatum vobis fuerat, diptychis exi-
„ mentes, Apollinarem quemdam perverso-
„ rem, atque Ecclesiæ ipsius adulterum vo-
„ bis sociatis. “

XIII. *Nomina viventium, quæ sacris diptychis inscribebantur, erant fere Episcoporum, & Patriarcharum, ut passim patet. Quare nescio an referendus sit ad hæc diptycha, quæ altari imponebantur, liber vivorum, seu sacra delta, quorum meminit* Dionysius Areopagita *Ecclesiast. Hierarch. c. II, quibus nomina illuminatorum, & susceptorum inscribebantur, quæ* Ζώντων δίπτυχα, vivorum diptycha *vocata esse existimat* Pachimeres: Tunc manum capiti imponit, & Presbyteris ac Diaconis ipsi subditis jubet in sacris deltis nomina scribere, tam ejus qui ad Baptismum venit, quam susceptoris. Hæc autem, opinor, sunt vivorum diptycha.

XIV. *Vivorum & mortuorum simul mentionem facit* Chrysostomus in *Liturgia*: Diaconus incensat in circuitu sacram mensam, & diptycha; defunctorum autem & vivorum, uti vult, memoriam facit.

XV. *Permansit hujus rei, tam vivos, quam mortuos in Missa commendandi, consuetudo in canone Missæ, cum primo viventium, inde defunctorum mentionem facimus per duplex* Memento. *Vide* Alcuinum *de Div. Offic. cap. de celebratione Missæ, &* Florum Magistrum qui de hoc diptychorum usu eadem habent.

XVI. *Ex dictis colligitur, non ideo* diptycha *dicta, quod* gemini *essent* libri, *unus viventium, alter mortuorum, ut existimavit* Meursius *in suo Glossario Græco-barbaro; cum unus idemque liber utrorumque nomina continere potuerit; & solus liber viventium, item solus mortuorum etiam* diptychum *sint dicta. Dicta igitur* diptycha, *quod liber ille duobus foliis, seu tabulis constaret, ut supra dixi. Unde & apud* Georgium *Alexandrinum cap.* 71 *supra citato pro* δίπτυχοις, *alia* διθύροις, *quod liber hic duarum quasi januarum, seu valvarum esset, seu ut* Ausonius *loquitur* bipatens pugillar. quomodo in Evagrio *lib.* 6 *Hist. Eccl. cap.* 20. ἀμφίθυρον κοινόν, *capio de* amphithyro, *seu* diptycho *opere* Hunico *facto, nisi malis de* velo *cum aliis capere*.

XVII. *Tale ex ebore diptychum vidisse me memini in Ecclesia* S. Lamberti Leodii, *cui aliquot Sanctorum, & quorumdam Episcoporum nomina inscripta sunt. Videtur ex profano consulari diptycho, qualia in editione munerum amicis mittere Consules solent, ut supra attigi, in Ecclesiasticum diptychum translatum. Sane* nomen Saviniani, *seu* Sabiniani *consulis inscriptum habet, qui consul fuit anno Domini* 505, *continetque varias figuras, quæ profanam mili-*

militiam spectant, cum hac etiam inscriptione: Com. Domest. Equit. *Effigiem diptychi hujus hic subjecissem, si ad me correcta inscriptio transmissa fuisset. Alias forte correctam exprimere dabitur. Et* diptycha *Ecclesiarum fere eburnea fuisse, colligere quoque est ex* Fortunato *lib.* 10, *Carm.* 10.

Nomina vestra legat Patriarchis, atque Prophetis,
Cui hodie in templo diptychus edit ebur.

Sane diptycha olim ex præstanti materia fuisse, ita ut capsis includerentur, colligitur ex Ekkehardo *Cœnobita* S. Galli de *casibus Monasterii* S. Galli in *Alemannia cap.* 5. Capella citata fit Oratorium, in quod invehuntur Cruces, & diptychiis capsæ, nec non & pene omnis, præter libros repositorios Ecclesiæ Thesaurus; *quæ habes Alemannicarum rerum* T. 1, *parte* 1, *ubi* Goldastus Scholiastes *per diptycha intelligit libros anniversarios, in quibus eorum nomina perscripta, qui pro suæ aliquid animæ remedio monachis, & clericis legassent: custodiæ quorum capsæ ipsæ paratæ. Dubito an diptycha illa communia mortualia apud monachos ita ornari sint solita, ut inter thesauros numerari possint. Potius per* diptycha *eo loco intellexerim diptycha Sanctorum, vel librum Evangeliorum, vel similes, quorum coopertorium diptychum, seu extremæ tabulæ egregie ornari solent auro, argento, figuris, & in Processione circumgestari.*

XVIII. *Originem hujus rei, nomina videlicet Sanctorum Martyrum, Imperatorum, Pontificum Summorum, & aliorum fide, ac meritis excellentium virorum sacris* diptychis *inserendi, & inter hymnodias recitandi* Isaacus Casaubonus *Animadversionibus* ad Athenæi *librum* 6, *cap.* 14, *acceptam refert gentilitati Romanæ, quæ eorum nomina, quos eximio honore vellet decorare, saliari carmine canenda decernebat. Ita Germanico,* inquit, *mortuo hic honos inter alios tributus, Auctore* Tacito *lib.* 2, & M. *quoque* Antoninus *Philosophus mortuo filio Vero jussit, ut nomen ejus saliari carmine insereretur, teste* Spartiano. *Jam olim id Romæ institutum, ut ex iis constat, quæ* de Mamurio Veturio, & Lucia Volumia *scribunt* Varro, Oudinus, Festus, Plutarchus, *& alii. Vetus quoque,* inquit, *Ecclesia Christiana, ut videtur, morem ad pium usum traduxit: qua de re,* addit, *dicemus multa alibi, si vitam Deus produxerit, scitu digna, nec protrita.*

XIX. *Quam vellem* Casaubono *mentem meliorem fuisse, ne ab Ethnicis sacra nostra arcesseret, quam a veteris Testamenti Ecclesia! Ne Patres Ethnicorum magis rituum, quam sacræ legis gnaros observantesque faceret! Meminisset apud Magnum* Dionysium *quem merito veterem Patrem asserit, & æstimat esse:* sed animadverte eos in sacris etiam memoriis inesse, non quod more hominum divina memoria in ea parte memoriæ, quæ visa recepit, inesse declaretur, sed ut aliquis dicat pro Dei dignitate pretiosam immutabilemque in Deo eorum, qui divinam speciem perfecte prætulerunt, scientiam significat. Novit enim, inquit Scriptura divina, qui sunt ejus. Et pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus, morte sanctorum dicta pro perfectione in sanctitate. *Meminisset ab Ecclesiastico dictum* cap. 44: Laudemus viros gloriosos, & patres nostros in generatione sua, *qui ibi, & sequentibus capitibus catalogum virorum justorum texit. Non huc potius, quam ad saliaria carmina,* respexit vetus Ecclesia?

XX. *Quin, ut notat* Brouwerus *noster* ad Fortunatum, *in* diptychis *librorum vitæ quamdam ideam adumbrasse Majores videntur. Ut enim in horum albo nonnulli inscripti, qui non perenni, sed brevi justitiæ laude commendati; alii qui pro certo, & immutabili Numinis decreto in sortem sanctorum cooptati: ita diptychis eorum quoque nomina irrepsisse meminimus, quorum ad tempus simulata virtus id non meruerat, aliorum vero firmius insedisse, quorum constans exstitit, & illibata fidei, & morum integritas. Usus itaque finisque diptychorum fuit in sacris, tum memoriæ Sanctorum retinendæ, tum pacis ecclesiasticæ, & communionis sanciendæ: cum dignos cælo, ac sempiterna memoria viros reciperent, indignos vero respuerent, & excuterent. Hactenus* Brouwerus.

De diptychis sacris commentariolum olim scripsit Joannes Baptista Cardona Episcopus

Dertosanus, *rogatu* Gabrielis *Cardinalis* Paleotti, *quem cum aliis ejus commentariolis impressit* Philippus Mey Tarracone an. 1587. *De iisdem etiam quædam habet* Joannes Stephanus Durantus *De Ritibus Ecclesiæ cap.* 43, *qui litteras* Innocentii *Papæ*, & Arcadii *Imp. quas supra habes*, *non rite contrario modo citat. De iisdem etiam agit frater* Angelus Rocca Camers ad *librum sacramentorum D. Gregorii*.

XXI. *Habuimus hactenus* diptycha *profaneris tabulis mortualibus*, *quæ duplices*, *seu duorum foliorum erant*. *Eo respectu* Augustinus *Tom. 6*, *lib.* 15, *contra* Faustum Manichæum cap. 4, *tabulas* Moysis *lapideas vocat* diptychium. Nam in illo diptychio lapideo jam tu non corde lapideo intelligis, quod duro illi populo congruebat. *Item epist.* S. Petri, *ex qua quædam citarat*: Lege sane illud diptychium, ne timeas, plane sponsi tui est. *Item*: Ex hoc diptychio repellis adulterum. *Item*: Noli ergo reformidare diptychium, quo tibi scripta olim, quæ nunc agnosceres mittebantur: *Item*: Hoc ergo diptychio ille præmisit, qui tibi hæc duo præcepta veniens commendavit. *Item*: O pudicum diptychium, in quo vetere figura ille dilector, & dilectus tuus prænuntiavit tibi canticum novum, in decachordo psalterio. *Item*: O diptychium conjugale, quod non sine caussa odit adultera. *Ita etiam usurpat* Isidorus *lib. de vocatione Gentium c.* 14. Et non quidem foris in lapideis diptychis, sed intrinsecus in tabulis cordis.

XXII. *Hoc modo a* Prudentio *librum suum*, *qui titulos historiarum veteris*, *& novi Testamenti continet*, diptychon *quidam inscriptum volunt*. *Quod ad* Prudentium *cum bono Deo aliquando examinabimus*.

XXIII. *Aliud est* diptychum *apud* Homerum Iliad. α & β, *videlicet duplex membrana*, *seu tunica omenti*; *ut insinuat supra citatum Etymologicum*, *quo etiam* Suidam existimo respicere: Δίπτυχα, δύο περιβόλαια ἔχοντα, ὥστε τὸ μὲν ὑπεστρῶσθαι, τὸ δὲ ἕτερον ὑποβεβλῆσθαι. . . ., *quæ* Cujacius *Observat.* lib. 4, cap. 27. Carrion *supra*, & Dionysius Gothofredus ad *lib.* 1 *Cod. de summa Trin. & fide Cathol. tit.* 1, L. 7, §. 5, *de diptychis tabellis intelligunt*, *& citans*. *Sed textus apud* Suidam *depravatus est*, *& mutilus*, *& intelligenda verba illa de duobus omenti tunicis*. *Locus integrior extat apud* Hesychium: Δίπτυχα, δύο ἐπιβολὰς ἔχοντα, ἢ διπλοῦν κάλυμμα, ὥστε τῷ μὲν ὑπεστρῶσθαι τὴν ἐπίπλουν, τῷ δὲ ἐπιβεβλῆσθαι: Diptycha sic dicta, quod duas commissuras habebant, seu duplex operimentum, sic ut pars una omento substernatur, altera eidem superjiciatur. *De duabus omenti tunicis*, vide Joannem Corræum in *Definitionibus Medicis*, *verbo* ἐπίπλοον, seu ἐπίπλουν.

XXIV. *Aliud quoque* diptychum *ostrei*, *idest*, *duplex ostrei testa*, *qua se includit*. Ambrosius lib. 5 Hexaemeri cap. 8, *agens de cancro insidiante ostreo*: explorat si quando ostreum remotis in locis ab omni vento contra solis radios diptychum illud suum aperiat, & referet claustra testarum.

Q. UT

Q. U. XXV.

Pallii concessio cujus juris?

§. I. INnocentius III, anno 1213, in Concilio Lateranensi IV, Œcumenico XII, exolescentem jam morem, ut Patriarchæ a Summo Pontifice, Metropolitæ a Patriarchis Pallium ferrent, lato canone redintegravit: *Ut singuli Patriarchæ, postquam a Romano Pontifice Pallium acceperint, quod & Plenitudo officii Pontificalis, & insigne, & Juramentum fidelitatis, atque obedientiæ Romano Pontifici præstiterint, licenter & ipsi suis suffraganeis Pallium largiantur*. Concil. Lateran. *can.* 5, *rel. in c.* 23 *de Privileg.*

§. II. Non novam disciplinam hoc canone in Ecclesiam invectam fuisse, sed antiquam suo pristino nitori restitutam evincunt ea, quæ narrantur a Willelmo Tyrio apud Baronium ad an. 968, nimirum Rodulphum Patriarcham Antiochenum anno 1136, Innocentio II rerum potiente, venisse Romam, & Pallium, quod privato ausu sibi induerat, sibi detraxisse, novumque Pallium e Summi Pontificis manibus recepisse. Quid ea, quæ perhibentur a Luitprando? qui cum floruerit sæculo decimo longe ante Latinorum Imperium in Oriente, ac plures annos Constantinopoli Legati munus obierit, testis in hanc rem est omnium gravissimus. Is igitur testatur, Patriarcham Constantinopolitanum nunquam Pallium sibi cepisse, sed a Summo Pontifice tanto honore cumulatum fuisse. *Scimus, immo videmus, Constantinopolitanum Episcopum Pallio non uti, nisi Sancti Patris permissu*. Apud Baronium ad annum 934.

§. III. Venio ad Metropolitas, quos antiquitus ab suis Patriarchis Pallio ornari solitos fuisse fidem nobis facit Constantinopolitana Synodus IV, Œcumenica VIII, habita anno 869. (*Can.* 17.) *Tam in seniore, & nova Roma, quam in Sede Antiochiæ, & Jerosolymorum PRISCAM CONSUETUDINEM decernit in omnibus conservari, ita ut earum Præsules METROPOLITANORUM UNIVERSORUM, qui ab ipsis promoveantur, & sive per manus impositionem, sive per PALLII EPISCOPALIS dignitatis accipiant firmitatem, habeant potestatem*.

§. IV. Recentiores heterodoxi, qui nil intentatum liquere, ut Romanam Ecclesiam omni scelere lacerarent, postquam ejus cutem strinxerunt, ac momorderunt, Pallium etiam cædere non pepercerunt. Ajunt igitur (Boehm. J. E. P. *Lib.* I, *t. VIII*, §. 1, 2.) Pallium esse Insigne Imperatorium, eoque Patriarchas ab ipsis Imperatoribus ornatos fuisse clamant. Id ut probent donationem Constantini in lucem educunt, quam, etsi subditiam esse fateantur, atque a Græcis confictam, tamen ad hac rem confirmandam plurimum ponderis habere volunt. Testem præterea proferunt (Boehm. *Ibid.*) Liberatum diaconum c. 21 *Brev.* cujus hæc sunt verba: *Anthimus videns se Sede pulsum, Pallium, quod habuit, Imperatoribus reddidit:* quasi vero reddere dicatur de ea tantum re, quam retro damus, non de ea quoque, qua uti nolumus. In medium

dium etiam afferunt Gregorri Magni epistolam 27, in qua Pontifex Imperatorem rogat, ut sinat, Anastasium Patriarcham Antiochenum ab sua Ecclesia extorrem Romæ sedem figere, suamque dignitatem, ac Pallium retinere; nec vident, si ex hoc loco conficeretur, Pallium esse Imperatorium munus, illud etiam confici, Patriarchalem ipsam dignitatem in Imperatorii beneficii loco ponendam esse, cum utriusque veniam a Mauritio Gregorius petat. Tandem ex Baronii, & de Marca arculis promunt (Boehm. *ib.*) Valentiniani Rescriptum datum anno 582 hisce verbis: *Conferentes ei ob decorem Apostolicæ dignitatis honorem Pallii, & omnis Pontificalis decoris usum*: nec argumenta, quibus Baronius ad annum 432, n. 42, & de Marca *de C. S. & I. Lib. 6*, *c. 6*, §. 11, hoc Rescriptum ad fabulas rejiciunt, ullo verbo refellunt.

§. V. At urgent illi, Romanosque Pontifices primis temporibus Pallium nemini concessisse contendunt, nisi Imperatoris auctoritas accesserit; (Boehm. *ibid.* §. 2.) idque duobus tantum nixi exemplis affirmant, nec præter Vigilium, & Gregorium ullos alios memorant Pontifices, qui Imperatoris consensum efflagitarint. Quod si a me quæras, quid causæ fuerit, quod hi Pontifices non antea Arelatensi, & Augustodunensi Episcopis Pallium mittere voluerint, quam hujusce rei Imperatorem certiorem fecerint, ea certe nulla alia fuit, nisi ut omnem, quam Imperatori hæc res movere potuisset, suspicionem deprecarentur. Agebatur enim de Pallio mittendo Episcopis in aliena ditione sitis; agebatur de gratificando Childerico; Theodorico, & Theodoberto Romani Imperii hostibus, qui pro hac re supplicem libellum Pontifici obtulerunt; agebatur de honorandis Urbibus, quæ in Imperii fide esse desierant, agebatur denique de novis rebus eo tempore, quo Imperatori omnia suspecta erant, atque sollicita, ipsique Pontifices sibi infensi esse videbantur. Prudentissime igitur Vigilius, & Gregorius si difficillimis illis temporibus sua omnia hac de re consilia cum Imperatore contulerunt, si apud exteras gentes nihil novi agere, nihil moliri inscio, atque ignaro Imperatore voluerunt. Versabantur adhuc ante oculos ea, quæ Silverius Pontifex pertulerat a Belisario in crimen proditionis vocatus, perinde quasi per litteras egisset cum Vitige Theodati successore de Urbe tradenda Gothis. Cæterum cum Symmachus Cesario, Pelagius Sapando, aliique Pontifices omnes, ac Patriarchæ suis suffraganeis, inconsulto Imperatore Pallium concesserint, duo illa exempla tanti non sunt, ut non assentiamur Baronio dicenti (*l. c.*), Pallium esse ornamentum non Imperatorium, sed Ecclesiasticum, nec prohibent, quin dicamus, ad veritatem propius accedere illos, qui primam Pallii institutionem Lino Pontifici, quam qui Constantino Imperatori tribuunt.

§. VI. Latrant autem illi, non loquuntur, qui Pallii honorem escam quamdam fuisse obganniunt, qua Episcopi veluti hamo pisces caperentur, atque in Pontificis servitutem redigerentur. (Marc. Anton. de Dominis *in Rep. Eccl. lib. 3*, *cap. 2*, Boeh. *l. c. cap.* §. 3, *seq.*) Quæ putida, & fetida calumnia a Thomassino (*a*) satis super-

(a) Thomass. *de V. & N. E. D. Part. I, Lib. II*, *cap. 53*, *n. 10*. Illud quoque ani-

perque diflata mea non indiget Oratione. De Usu Pallii agemus Lib. III, cum de Jure Metropolitico erit sermo.

animadvertendum in postrema hæc Gregorii verba: egisse illum apud Imperatorem, ut Episcopo Antiocheno exulanti usum Pallii retinere liceret, quo posset *Missarum solemnia celebrare, & in honore suo vivere &c.* seu cætera Pontificalia munera exercere. Igitur nec Patriarchis in Oriente fas erat, nec Metropolitis Pontificalia exercere sine Pallio. Ut casula Presbyteri, ita & Pontificis proprium insigne est Pallium. Hinc si quis aut Metropolita aliquando aut Patriarcha deponeretur, ei auferebatur Pallium. Denique confirmabatur Metropolita vel Exarchus misso a Patriarcha Pallio. Unde Gregorius Magnus de Episcopo primæ Justinianæ ita habet: *Ratam nos ejus consecrationem habere, dirigentes Pallium indicamus*. Quod ergo Metropolitano mittebatur a Patriarcha Pallium, ejus & electionis & consecrationis quasi sigillum & munimen erat. Eo ejus electio & ordinatio confirmabatur. Hinc apparet, unde orta sit ea lex & consuetudo, ut Archiepiscopo ante acceptum Pallium Pontificalia exercere nulla unquam liceret munia, Episcopo vero liceat statim atque consecratus est. Qua de re infra uberius. Adnotasse hic unum id juvat, eum usum antiquiorem esse, quam ut calumniæ patere posset, vel eorum maledicentiæ, qui has juris novi tendiculas fuisse calumniantur, ad deprimendam strictiusque subjiciendam Romano Pontifici Metropolitarum amplitudinem.

Inane prorsus istud commentum est, nulloque nixum fundamento, hoc jugum Metropolitis imposuisse Pontifices callida & abstrusa dominandi libidine, ut eos subjectiores suæ Sedi haberent, quasi plenitudo potestatis non eis nisi simul cum Pallio traderetur, & ab eo ipso traderetur, a quo Pallium ipsum accipitur. At contra jam ostensum est, 1, Vel ipsis Gregorii Magni temporibus, ne quidem Patriarchæ Antiocheno licuisse sine Pallio Pontificalia exercere. 2, Et ipsa Imperatoris cura ad hoc se porrigebat, quæ utique sub jugum aliquod ejusmodi novum mittendis Imperii Orientalis Episcopis famulata non esset. 3, Quoniam in sola Metropolitani ordinatione vel confirmatione dabatur Pallium, minime mirum est, si ea sensim inducta consuetudo sit, ut ne quis Pontificali ullo ante consecrationem aut confirmationem munere fungeretur; & semel inducta etiam tum obtinuerit, cum jam non amplius missum est Pallium, nisi post consecrationem aut confirmationem. 4, Pallium proprium est Pontificis ornamentum: cætera cum inferioribus Clericis sunt ei communia. Nec novum autem, nec mirum videri debet, si ei qui ordinatur, sine proprio suscepti Ordinis habitu, Ordinem deinceps exercere non liceat. 5, Cur ei quem deponis, Patriarchæ vel Metropolitano Pallium aufers? aut in quo verum ab exauctorato Metropolitam discernis, si ei sine Pallio, id quod suæ dignitatis munus est proprium obire licet? 6, Nonne & æquius est, & Sacerdotio honorificentius, hæc Episcopis divinæ dignitatis insignia a Christi Vicario, quam ab ipso Imperatore accipere, aut de ejus consensu gerere? In Occidente nemini unquam Pontifex, ut mox liquebit, nisi petentibus & solicite instantibus Regibus & Episcopis Pallium dedit. Non ergo illud fuit Pontificis consilium, ut Episcopis novum jugum imponeret; sed ut voluntati Principum, Episcoporumque cupiditati faceret satis, regalisque Sacerdotii undequaque in Episcopos decora spargeret & ornamenta. 8, Longe probabilius est, cupidos Pallii Episcopos, antequam illud accepissent, Pontificali ipsos fungi munere noluisse. Nam alioqui facile poterant ipsi carere Pallio, & eam retinere veterum Metropolitanorum consuetudinem, qui in Occidente Romanum Pallium quatuor aut quinque prioribus aut pluribus etiam sæculis nullum habuere. 9, Nam paulo post ostensuri sumus initio a Pontificibus Pallium Metropolitanis datum non esse, nisi paucissimis, quorum eo munere minime insidioso, sed longe pulcherrimo, non modo non imminuta potestas est, sed & ultra modum aucta, ubi Legatorum Vicariorumque Sedis Apostolicæ nomine & potestate cumulati sunt. Demonstratum a nobis supra est hanc Delegationem cum Pallio personæ plerumque fuisse, nec nisi Regum precibus concessam. Quod si deinde qui hujusmodi successere Metropolitanis, & instantia sua & Principum gratia id consecuti sunt, ut perpetua hæc essent deinceps privilegia: si Metropolitani Occidentis alii decus hoc ornatus regii, quo a cæteris discerne-

ne-

nerentur Episcopis, diu exambierint, & multis post sæculis adepti sint: sibi solis imputent, si qua cum Regiis illis insignibus jam olim conjuncta erant, quæ servitutis speciem & umbram habere aliquam sibi viderentur. Sua est & Regum majestati conjuncta agnataque servitus; suæ diademati, quamvis aureæ, catenæ tamen. Inducta a Metropolitanis ipsis consuetudo est, quæ deinde paulatim in legem evasit, ut a Pontificali omni se abstineant functione, donec Pallium acceperint.

Idem *l. c. cap.* 54, §. 7. Quod porro vehentissime postulandum esset Pallium, præter ea quæ jam in eam rem dicta sunt, liquet id ex iis quæ ad Brunechildem Reginam scripsit Gregorius: *Maxime quia & prisca consuetudo obtinuit, ut honor Pallii nisi exigentibus causarum meritis, & fortiter postulanti dari non debeat.* Quare voluit ut & Siagrius Augustodunensis, ipse sibi Pallium, & alii pro eo Episcopi postularent: *Facta cum aliquantis Episcopis suis petitione.* Quasi ante providisset animo & eorum prævertere voluisset calumniam, qui posterioribus his sæculis dixere, Pallium novum quodam esse servitutis vinculum, quod astute excogitatum sit ad subjugandos Romano Pontifici Metropolitanos. Cum contra solis Principum vehementioribus precibus, & Episcoporum votis ac diligentiæ, illud ab eo fuerit semper concessum.

Quod si Siagrium Augustodunensem excipias, & Episcopum Ostiensem, cui, referente Anastasio Bibliothecario, in consecrando Papa Pallio uti concessit Marcus Romanus Pontifex: & Aiglibertum Cenomanensem Episcopum, Regi Theodorico III carissimum & Archicapellanum, quem probat Cointius noster anno 685, accepisse Pallium cum honore Archiepiscopi, hoc est, Protothroni inter Episcopos Provinciæ Turonensis, uti & Siagrio cum Pallio accesserat prærogativa sedendi supra alios Provinciæ suæ Episcopos: tres, inquam, hos si excipias, solis Papæ Legatis & Vicariis datum est Pallium, hoc est in unoquoque Regno Metropolitæ uni; cujus tantum abest, ut propterea restringeretur potestas, fieretque obnoxia magis alteri, ut contra novum honoris & potestatis cumulum sibi is videret accrescere, utpote qui Primas evaderet, & Regni totius quasi Patriarcha.

Nam una cum Pallio Archiepiscopis Arelatensi, Hispalensi, Cantuariensi & Moguntino Vicariatum sive Legationem Apostolicam, quæ Patriarchalis Papæ in Metropolitanos potestatis delibatio & portio quædam est, Pontifices contulere. Honorem Pallii Metropolitæ ipsi summo studio ambiere, neque tamen dignitas ea nisi tertio quartove post sæculo Archiepiscopis omnibus communis fuit. De Primatiis & Vicariatibus Apostolicis in variis Occidentis Regnis dicta sunt superius bene multa, ostensumque est solis his Metropolitanis Pallium missum esse. Missa sunt quidem a Gregorio ejusque successoribus duo in Angliam Pallia, Cantuariensi unum, alterum Eboracensi. At hi ex Gregorii instituto certa in sese mutuo jura & quasi alternam potestatem, habere debebant. Superstes enim alteri qui præmortuo erat, is ei curabat eligi ordinarique successorem. Est in Epistola Zachariæ Papæ ad Sanctum Bonifacium exemplum aliud, quo Grimoni, Abeli & Artberto, qui meri Metropolitani essent, Pallium largitur. Quamquam possit & dici concreditam illis simul fuisse Missionum Apostolicarum provinciam, & Gentilium ad fidem adducendorum. Fatendum est tamen non ante, sed tunc demum tantum meros Metropolitanos Pallio donari cœpisse.

Non dicam hic de concessis a Pontifice una cum Pallio & Apostolico Vicariatu juribus extraordinariis. Jam enim ea de re dicta sunt satis multa in eo tractatu, qui est de Archiepiscopis & Primatibus sive Exarchis. Potes Epistolas a me laudatas consulere, ex quibus intelliges fuisse illam Patriarchalis potestatis participationem quandam uberiorem. Non ergo hinc vel Papæ augescebat, vel decrescebat Metropolitanorum potestas: sed Papæ auctoritas in Metropolitanos effundebatur, qui cum Primatu id consequebantur, ut causas ipsi jam dirimerent in partibus plurimas, propter quas alioqui adeunda fuisset Apostolica Sedes. Hinc ergo multum roboris & incrementi accedebat libertati singularum Ecclesiarum, quarum causæ in ipsismet locis finiebantur. Apage ergo inanes illas invectæ servitutis suspiciones. Nam etsi jam Metropolitani cogerentur ante Exarchi quam Papæ subire judicium, non ea erat Metropolitanorum servitus nova, cum Provincialis Concilii judicio & ipsi ab Ecclesiæ exordio obnoxii fuissent; sed Provincialis & Diœcesani

erat

erat ea potius libertas eximia, & antiquissimæ innovatio potestatis.

Redeo ad Pontificum epistolas, in quibus nullum prorsus usquam vestigium imminutæ per Pallium, vel ad majores angustias redactæ Metropolitanorum potestatis. Hoc sibi Episcopi præscripsere, ut donec Pallium acciperent, ab omni se Metropoliticæ potestatis exercitio abstinerent. Sic enim Concilium I Matisconense anno 581 sancit, *ut Archiepiscopus sine Pallio Missas dicere non præsumat*. Solus tunc Metropolita Arelatensis Pallium & Archiepiscopi nomen obtinebat. Hinc singulari nomine canon, & Archiepiscopi voce utitur, non Metropolitani.

Idem *l. c. cap.* 55, §. 1. Pro comperto est, Metropolitanos Galliæ anno 742 Pallium tandem a Zacharia Papa omnes impetrasse. Hinc illud Concilii Decretum, cui Bonifacius interfuit, ut a Pontifice id postularetur, eique protinus desponderetur promptissima & expeditissima obedientia, quæ demum cunque Sedes Apostolica præcepisset. Hæc sunt ea de re verba Epistolæ Bonifacii in Angliam datæ: *Decrevimus in nostro Synodali conventu &c. Sancto Petro & Vicario ejus velle subjici, Synodum per omnes annos congregare, Metropolitanos Pallia ab illa Sede quærere, & per omnia præcepta Petri canonice sequi desiderare*. Et paulo post: *Unusquisque Episcopus si quid in sua Diœcesi emendare nequiverit, itidem in Synodo coram Archiepiscopo & palam omnibus ad corrigendum insinuet &c. Omnes Episcopi debent Metropolitano, & ipse Romano Pontifici, si quid de corrigendis populis apud eos impossibile est, notum facere, & sic alieni fient a sanguine animarum perditarum*. Hinc dilucidum est, nomen Archiepiscopi cum Pallio Metropolitanis omnibus fuisse communicatum. Nec tamen existimaveris collatum esse, qui cum Pallio hactenus conjunctus fuerat, Vicariatum Apostolicæ Sedis; sed Primatialis tantum potestatis partem aliquam, quatenus Vicario Apostolico subducti sunt, & Summo Pontifici sine medio subjecti.

Vidimus enim per sæculum integrum & amplius penes Arelatenses Archiepiscopos in Regni fere totius Francici Metropolitanos omnes jus potestatemque fuisse. Grata erat & perutilis Regibus novæ hujusce Dignitatis institutio, quod ita causæ plurimæ in Regno retinerentur, quas Romam oportuisset deferri; quodque suus Galliæ quasi Patriarcha tribueretur, Conciliumque Nationale, cujus non poterat non esse summa vis & auctoritas. Verum, uti res erat & Regibus accepta, & Archiepiscopis Arelatensibus, unde & illam, ut supra patuit, vehementissime expetiere: ita simillimum veri est, minime gratam fuisse Metropolitanis aliis, qui collegis, & æqualibus subjicerentur. Extincto vero per longiora illa & cruentissima bella, quæ cadente Clodovæi stirpe sæviere, non solum Vicariatu Apostolico, sive Exarchatu Arelatensi, sed ipso etiam per Galliam pene omnem Episcopatu sublato: Bonifacius in Franciam missus ut collapsam restitueret disciplinam, novam Episcopatui formam attulit. Fecit enim liberos omnes ab ejusmodi Vicariis Apostolicis sive Primatibus Metropolitanos omnes, eosque singulos eo verissimo sensu Primates constituit, quod, ut supra diximus, Primati nulli alteri subessent.

Et hæc quidem ratio, hoc consilium certissime fuit, cur immutata tum Ecclesiæ Gallicanæ Disciplina sit, communicatumque Metropolitanis omnibus cum Pallio Archiepiscopi nomen. Quare audacius quam solidius dixeris, a Bonifacio Metropolitas Galliæ eo adactos, ut Francicum Pallium deponerent, peterentque Romanum, qua veluti nova compede, novæ Pontificum servituti illigarentur, quibus cœperant in susceptione Pallii novo cum sacramento obedientiam polliceri. Hinc Francos, cum statuissent petere a Zacharia Metropolitanis tribus Rotomagensi, & Remensi & Senonensi Pallia tria, quasi præsagirent animo, quibus se induerent laqueis, petitionem distulisse. Id moleste tulisse Pontificem, nec habuisse Bonifacium quo apud eum has moras excusaret. *De eo quod jam præterito tempore de Archiepiscopis & de Palliis a Romana Sede petendis juxta promissa Francorum, Sanctitati vestræ notum feci, indulgentiam Sedis Apostolicæ flagito: quia quod promiserunt, tardantes non impleverunt, & ventilatur, & quid inde perficere velint, ignoratur*.

Mera hæc sunt animi figmenta, mera insomnia. Ut quid enim posset Bonifacius solus, qui in Episcopos Galliæ potestatem a Pontifice nullam acceperat, eosdem tamen ad

ea cogere, ex quibus tantum in eos redundaret detrimenti? Quî posset Bonifacius solus vim adhibere vel fraudem facere Concilio Nationali, quo regni Optimates & Principes eodem simul tempore, eadem in Urbe cum Episcopis convenissent? *Decrevimus in nostro Synodali conventu*. Quî posset Galliarum & Reges & Proceres invitos cogere, ut novo illi Episcoporum suorum jugo assentirentur? Quî poterant tam ignari rerum suarum esse, tam cæci, & ut ita dicam fascinati Principes, ut Bonifacio & preces offerrent, & suppetias ferrent, ut Ditioni suæ id dedecoris, hanc inureret notam? *Synodum congregandam & hortandam, jussu Pontificis Romani & rogatu Principis Francorum & Gallorum sub spe restaurandæ legis Christi suscepi*. Ut quid rogasset idem Bonifacium Carolomannus, veniret ad se, Synodum celebraturus in Gallia, ubi jus ei nullum erat, quod ei sola a Pontifice Germania esset concredita? Assensus roganti Zacharias est, permisitque Bonifacio Synodum habere in Gallia, quam in rem illum eo mittere ne cogitarat quidem. Sic enim ille in Epistola ad Bonifacium scripta: *De eo quod nobis intimasti, quod te Carolomannus filius noster ad se rogavit accedere ut in urbe Regni Francorum, in sua ditione constituta Synodum celebrare debeas, & hoc libenter concedimus, & fieri præcipimus*. Præscribit deinde Pontifex Bonifacio, quibus sit de rebus in ea Synodo tractandum. At in his omnibus nec callidi hujus consilii vestigium est ullum, nec augendæ dominationis ullam usquam olfacies cupiditatem.

Juvat autem ex ea quæ est ad Zachariam Bonifacii Epistola ediscere, quam fuerint eo tempore profligatæ res Ecclesiæ Gallicanæ, ut intelligas quam verissimæ fuerint justissimæque causæ, cur vir sanctissimus ea instituerit quæ nonnulli carpere & malitiose vertere conantur. Affirmat enim ab annis sexaginta aut septuaginta conculcatam jacere disciplinam in Galliarum Ecclesiis omnibus: nullam Synodum ab annis amplius octoginta habitam fuisse, nec Archiepiscopum fuisse ullum; Episcopatus laicis datos fuisse, vel Clericis contaminatissimis, & sæculari prorsus vita Clericalem habitum dehonestantibus. *Carolomannus Dux Francorum Synodum me rogavit congregare, & promisit se de Ecclesiastica Religione, quæ jam longo tempore, idest, non minus quam per sexaginta vel septuaginta annos calcata & dissipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle. Franci enim, ut seniores dicunt, plusquam per tempus octoginta annorum Synodum non fecerunt, nec Archiepiscopum habuerunt, nec Ecclesiæ canonica jura alicubi fundabant vel renovabant. Modo autem maxima ex parte per civitates Espiscopales Sedes traditæ sunt laicis ad possidendum, vel adulteratis Clericis, scortatoribus & publicanis sæculariter ad perfruendum*. Hæc fuit eo tempore horrenda facies, hic miserrimus Ecclesiæ Gallicanæ status. His malis mederi volens Carolomannus, auxilium poposcit a Bonifacio, & re cum illo communicata, existimavit initium melioris spei ducendum esse a restituendis Conciliis & Archiepiscopis sive Metropolitanis. Quod autem dicit Bonifacius Francos per annos amplius octoginta Archiepiscopum non habuisse, non temere credideris eum spectare ad extinctum Arelatensem Vicariatum Apostolicum: is erat enim tum unus in Gallia Archiepiscopus, quia unus Apostolicæ Sedis Vicarius & Legatus. Ut ergo in pristinum decus restitueretur Ecclesia, quoniam cum ruina Primatus Arelatensis corruerat & funditus Ecclesiæ disciplina, necesse fuit, aut peteretur Archiepiscopus novus, Legatus & Vicarius Pontificis: aut antiqua illa renovaretur consuetudo, qua summo Pontifici Metropolitani singuli immediate subjicerentur. Videntur Franci, saltem post abitum Legati Bonifacii, ad disciplinam illam veterem redire maluisse, qua Pontificem inter Summum & Metropolitanos nullus alius constitueretur.

Ita Metropolita suo quodam modo fiebat Primas, utpote qui nulli alii Primati subesset, solique Papæ subjiceretur. Novæ hujus, quæ Primatus utcumque dici poterat, libertatis & immunitatis signum aptissimum Pallium fuit. Et hæc quidem causa Concilii Episcopos adduxit, ut Metropolitanis omnibus a Pontifice Pallia postularent. Forte tribus tantum initio postulaverant; deinde vero satius existimavere, æquatis omnibus *Metropolitanis Pallia ab illa Sede quærere*. Qua forsan ex voluntatis mutatione orta illa mora est, quæ anxios habuit Bonifacium, & Papam. Concesso Metropolitanis omnibus Pallio, le-

ge

ge etiam communi illa omnes tenebantur, ut quæ corrigere ipsi non poterant, id Papæ significarent. Id quippe unum erat e privatis Episcopi olim Arelatensis officiis, ut supra dicebat Bonifacius: *Omnes Episcopi debent Metropolitano, & ipse Romano Pontifici, si quid de corrigendis populis apud eos impossibile est, notum facere.*

Quod autem eo tempore Galliarum Episcopi ac Metropolitani præ cæteris privilegiis & libertatibus suis illud cupidissime amplecterentur, ut ne quem Papam inter & Metropolitas quoslibet Primatem vel Metropolitam paterentur esse; id prorsus hujus Operis serie tota vel evicimus jam, vel evincemus. Quotiescumque enim a Pontificibus & Regibus id tentatum est, ut Primates de novo aliqui Vicariique crearentur Apostolici, tentatum est autem non semel; toties ab illis constantissime, & plerumque invictissime repugnatum est. Poterat & Episcopis Galliæ tum venire in mentem Anglicanæ exemplum Ecclesiæ, ubi duo tantum erant Metropolitæ aut Archiepiscopi, cum æquali ambo honore & potestate; æqualiter ambo decorati Pallio, æquabiliter & alter alteri subjecti & non subjecti, sic obtinuerat Gregorii Magni constitutio. Poterat & in mentem venire consuetudo Gregorii Magni, qui quos vulgo consecrabat Metropolitanos, Ravennatem, Mediolanensem, Salonitanum, Panormitanum, Syracusanum, Calaritanumque; quanquam Metropolitæ tantum sine Primatu ullo essent, Vicariatuque Apostolico, Pallio tamen donabat. Denique referente Anastasio Bibliothecario, Vilicarium Episcopum Viennensem Zachariæ præcessor Gregorius III *Pallio dato Archiepiscopum constituit*; mansit tamen ille, quod ante fuerat merus Metropolita.

Quod autem voluit Bonifacius Apostolicæ Sedis subjectionem promitti, frustra sunt, qui inde mali aliquid suspicantur. Hoc enim non soli fecerunt Metropolitæ, sed omnes Episcopi, Concilium omne: *In nostro Synodali conventu confessi sumus fidem Catholicam & unitatem & subjectionem Romanæ Ecclesiæ fine tenus servare, sancto Petro & Vicario ejus velle subjici.* Id quod omni loco, omni tempore laicis omnibus Clericis & Episcopis commune est. Neque quidquam ibi est, quod privatim ad Metropolitanos aut ad Pallia referatur, aut ad nova quæ a Pallio proficiscantur onera. Quæ vero Ecclesia, quis usquam Archiepiscopus, aut Metropolita, qui se Pontifici, tanquam Christi Vicario, subjectum non profiteatur? Ne ipsi quidem Orientis Patriarchæ ab ea se potestate immunes aut tum esse volebant, aut aliquando velle potuerunt; nisi si qua se membra in sui ipsorum perniciem a capite abscindant suo.

Quod autem his subjicitur, *Metropolitanis Pallia ab illa Sede quærere:* non novum Metropolitis hic servitutis jugum additur; sed nova libertas, nova immunitas, privilegium novum. Concessum enim simul omnibus est, quod intra centum aut ducentos annos uni tantum Archiepiscopo Arelatensi, & Augustodunensi Siagrio potuerant Reges obtinere: datumque, ut ab ea essent subjectione liberi, qua eorum Majores suberant Archiepiscopo Arelatensi. Quod autem dicuntur postea *præcepta Sancti Petri canonice sequi:* fateor id consequi ex Pallio. Verum hæc an nova quædam servitus, & non magis innata nascenti Ecclesiæ lex, ut inferior superiori parere debeat, & constitutis a Deo potestatibus homines omnes subesse? Porro tametsi satis id per se intelligatur, præcepta superiorum legibus & æquitati consentanea fore: nihilo tamen minus, ne quid dubii aut suspicionis in animis hominum resideret, disertis verbis illud pronuntiatur, hanc Episcoporum obedientiam ad mandata Pontificis, legibus canonicis regi: *Præcepta Sancti Petri canonice sequi.* Quin & Zacharias Papa id præ se ferebat, Decreta Sedis Apostolicæ Canonibus consentire. *Nec enim ab hac Apostolica Sede illa diriguntur, quæ contraria esse Patrum sive Canonum statutis inveniantur.* An novæ servitutis genus est, Canonibus Pontificumque Decretis obsequi, idque profiteri? Nonne potius verissimæ libertatis inconcussum hoc munimentum est, totiusque ejus quæ sanctissima & pene divina in Ecclesia floret, disciplinæ? An tristis illa servitus est, quod Pastoribus laici, Clerici Episcopis, suo Episcopi Metropolitæ pareant? Hæc una, hæc vera libertas est, parere legibus, & iis qui juxta leges præsint. Quæ si sacra vincula abruperis, confusis ac perturbatis omnibus in miserrimam præceps ibis servitutem.

Non poterat Metropolitanis omnibus conferri

ferri Pallium, quin striĉtiore observandorum Canonum Decretorumque lege illigarentur. Id enim Arelatensibus semper Archiepiscopis Pontifices imposuerant oneris, & aliis quibus Pallium concessere. Evolve omnes Pontificum ad Metropolitanos omnes Epistolas, quibus cum Legatione & Vicariatu Apostolicæ Sedis adjunxere Pallium, nullam invenies, qua non diligentior inculcetur Canonum custodia, majorque cum Pontifice concordia & societas, ut eum faciant eorum malorum certiorem, quibus ipsi mederi non potuerint. Neque tamen id unquam impedimento fuit, quominus Metropolitani, Reges, & ipsi etiam Imperatores Pallium, & quæ erat cum Pallio conjuncta, Legationem postularent.

Quod si velis novam eo impingi servitutem, quod a Metropolitanis deinceps in ipsa Pallii susceptione cœpit exigi jusjurandum, fatebor equidem novum esse hoc sacramentum: at quam juras legibus, canonibus, & superiori a Deo constitutæ potestati obedientiam, uti sanctissimam & inviolabilem, ita & antiquissimam eam esse, tu confiteare necesse est. Nonne novis in dies exorientibus morbis nova cogimur remedia adhibere? Quæ usquam autem potest vel fingi Ecclesiæ ægritudo; quam si ab annis octoginta omnis in ea interierit disciplina, si nulla Concilia, si Episcopalibus Sedibus laici, aut laicis profaniores & scortatores Clerici incubent? An ista nec nova satis, nec satis exitiosa erat ægritudo, ut novo remedio curaretur? Quod aptius autem poterat esse, tot & tantis Ecclesiasticæ Disciplinæ vulneribus remedium, quam ut novis vinculis constringerentur, & ad diligentiorem custodiam Canonum, & ad majorem cum Pontifice, qui eorum vindex, & Ecclesiasticæ Disciplinæ tutor ac defensor est, conjunctionem?

Memineris enim oportet, non profanum quoddam esse ornamentum Pallium, quod præstringendis oculis, aut palpandæ ambitiosi Præsulis cupiditati sit institutum. Splendida quidem vestis est, sed quæ & moneat & jubeat, ut supra alios Antistites longe majori excellas & pietate & fortitudine, ac magnitudine animi, in defendendis sanctissimis Ecclesiæ legibus & institutis. Minabatur jacturam pallii Episcopo Salonitano Gregorius, ni labem sarciret, & quod a se peccatum fuerat, expiaret, excommunicatione etiam præterea intentata. Ravennati Episcopo qui Pallium extra Missarum solemnia contumacius gestabat, atque adeo per urbis vicos, scribebat idem ipse, humilitate magis ornari Episcopos, quam ascititio quolibet ornamento: *Decorari Pallio volumus, forsitan moribus indecori, dum nihil in Episcopali cervice splendidius fulget, quam humilitas.* Monebat Mediolanensem Episcopum, Pallii genium esse humilitatem & obedientiam: *Peto ut dum hoc Pallium suscipitis, ejus honorem ac genium ex humilitate vindicemus.* Episcopo Justinianæ I Pallium mittens, Episcopalium virtutum summam quandam pulcherrimam contexebat. Objurgabat Ravennatem Episcopum, quod fulgore sacrarum vestium non inflammaretur ad amorem virtutum: *Invenio quia honor Episcopatus vestri totus foris in ostensione est, non in mente.* Ad Virgilium Arelatensem Episcopum scribebat, ornatum Pallii ipsum ornari ab eo debere insomni vigilantia, pietate singulari, Apostolico animarum salutis zelo: *Sed jam nunc studio, majori res indiget; ut cum honor crescit etiam solicitudo proficiat: & erga cæterorum custodiam etiam vigilantia excrescat, vitæ quoque merita subjectis in exemplum veniant, & nunquam sua per suscepti honoris gratiam, sed lucra cælestis patriæ, vestra fraternitas exquirat.* Cum Archiepiscopo & Regi, qui hoc petierat, Pallium mitteret, per Epistolas suas illos excitabat, constringebatque, ut iis malis quæ in Regno grassabantur, & de quibus commonefieri se curabat, mederentur. Ejusdem rationis Epistolas cum Pallio ad Episcopum Corinthi misit. Concesserat Mariniano Ravennati Episcopo Pallii usum ad Missæ solennia, & quater anno quolibet ad processiones per urbem publicas, ea addita lege, ut hic illum stimulus acueret ad Episcopalium virtutum flagrantius studium: *Ut sicut a nobis hujusmodi decoris usum ad Sacerdotalis officii honorem largiente Domino percepisti; ita etiam morum atque actuum probitate ad Christi gloriam susceptum adornare contendas officium.* Ita etiam ille ad Episcopum Syracusanum. Cum autem Brunechildis Reginæ precibus adductus est, ut Syagrio Augustodunensi Pallium concederet, eamdem illi disciplinæ puritatem revocandam inculcavit. Ita

enim ille ad Siagrium: *Pallii te usu praevidimus honorandum, quod tamen ita tibi dandum esse decrevimus, si prius per Synodi definitionem emendari promiseris, quae corrigenda mandavimus*. Ubi non sacramentum quidem, sed ejusdem rei promissionem exigi perspicis a Gregorio. Quod si promissione non contentus, exegisset sacramentum, quis de zelo tanto, tam justo, tam laudabili, jure conqueri posset? Involabant in Episcopales Sedes Laici, promercalis erat sanctissima quaeque Ecclesiae dignitas: an malum erat, tanti mali emendationem vel certa promissione, vel etiam jurejurando exigi? Cum Zacharias & Bonifacius obedientiam Decretis Pontificum praestandam jurejurando firmare contendebant, non aliam quam hujusmodi exigebant obedientiam. Cum rursum Gregorius Leandro Hispalensi Episcopo Pallium mitteret, scribebat eodem tempore ideo de Episcopalibus virtutibus & officiis nihil a se ad eum perscribi, quod officiorum & virtutum numeros omnes jam Leander implesset: *Transmisso Pallio valde debui qualiter vobis esset vivendum admonere, sed locutionem supprimo, quia verbo moribus anteitis*. Ad Salonitanum Episcopum de Pallio scribens, ita ajebat: *Hujus indumenti honor, humilitas atque justitia est*. Panormitanum Episcopum Pallio donavit, & una id oneris imposuit, ut & Capiti Ecclesiae universalis reverentiam dependi curaret, & Canones religiosissime observari: quae summa erat omnium Bonifacii & consiliorum & laborum: *Illud autem admonemus, ut Apostolicae Sedis reverentia nullius praesumptione turbetur. Tunc enim status membrorum integer manet, si Caput fidei nulla pulsat injuria, & Canonum manet incolumis atque intemerata semper auctoritas*.

Apparet autem ex Joanne Diacono in vita Gregorii, Pallium ab eo jam tempore coepisse ad eam formam accedere, in qua modo est. *Pallium ejus bysso candente contextum, nullis acubus perforatum, sic ipsum circa scapulas devolutum, non autem confixum, sicut vetustissimis musivis, vel picturis ostenditur*. Alcuinus id confirmat, ubi Pallium componit cum Rationali Aaronis: *Pro Rationali nunc*. In refellenda vero Pelagii Papae Decretali illa, quam profert Gratianus, quamque Damaso tribuunt Burchardus & Anselmus, Epistola immorari nolui. Satis enim superque duobus hisce capitibus ea refellitur, & supposititia declaratur.

Idem *l. c. cap.* 56, §. 8. Visum quibusdam est in VIII denum hac Synodo conflatum esse illud ferreum necessitatis vinculum, quo tenentur Metropolitae a Papa petere & expectare Pallium, obedientiamque profiteri: quod prioribus saeculis inauditum inusitatumque fuerat. At non satis firma sunt hujus opinionis argumenta. 1, Nec enim hoc Canone praecipitur Metropolitanis, ut Pallium postulent: sed tantum ut Patriarchae Concilio se sistant Metropolitae, a quo vel ordinati sunt non sine largitione Pallii, vel misso Pallio confirmati. Ergo nihil hic novi juris conditur, sed receptae consuetudini novum robur accedit. 2, Id ipsum conceptis verbis profitetur Synodus, inolitam jamdiu consuetudinem a se confirmari tantum: *Antiquam consuetudinem jubet servari*. 3, Hoc canone eadem Patriarchis aliis confertur, aut adseritur potestas in ditionis suae Metropolitas, quae Papae in suos. Ecquid ergo invidiosum hic est? *Tam in Seniori, & Nova Roma, quam in Sede Antiochiae*. 4, Qui hinc invidiam faciunt octavae Synodo, illi ipsi non inficiantur hanc eandem obedientiae professionem a Legato Bonifacio centum ante & viginti annis invectam constitutamque fuisse in Concilio Gallicano. Quod a centum amplius annis in Gallicana receptum erat Ecclesia, quorsum in Constantinopolitano hoc Concilio rursum statui curassent? An Latinis proniores fuissent Graeci ad haec nova potestatis incrementa Apostolicae Romanae Sedi concedenda? 5, Haec obedientia ad Canones revincta erat: *Per omnia, Praecepta Petri canonice sequi*. Et Bonifacii ipsius Legati professio obedientiae Pontificibus praestandae ad Canones religata fuerat: *Sicut praedecessorum vestrorum pro auctoritate Sancti Petri servi devoti & subditi, obedientes & subditi sub jure Canonico*. Atqui nec nova servitus, nec servitus omnino est, Canonibus obsequi. Nova erat professio, sed necessaria medicina temperata ei malo procurando, quo Clodovaei Magni Prosapia, unaque sanctissima Ecclesiae disciplina profligata fuerat. 6, Non paucis nec illaudatis visum est Gallicanam libertatem eo maxime contineri, ut priscis Canonibus obtemperetur. An indi-

indidem oritur nunc libertas, alias servitus? 7, Non ita morigeros se Galli præstiterant Synodi VII statutis, ut Romani Præsules hinc augurari possent, VIII Synodi auctoritate eos expugnatum & oppressum iri. Et sane; nec Decretum VII Synodi de sacrarum Imaginum cultu, in VIII Synodo confirmatum: nec cætera omnia VIII Synodi decreta publicari & convalescere in Gallia potuere, nisi multo post tempore. Minime ergo huic VIII Synodo affingi debuit hæc nova obedientiæ professionis institutio.

Aspergetur aliquid novæ lucis iis omnibus, quæ disputata sunt hactenus de Pallio, si animo revolvamus ea, quæ sparsim de eo relata sint in Conciliis, & in Actis Ecclesiæ Gallicanæ. Misit Adrianus Papa I Pallium Tilpino Remensi Archiepiscopo interpellatus ab ipso Carolo Magno, ut omnia illi rata faceret Metropoleos suæ jura: *Ad petitionem Regis Caroli, Pallium secundum consuetudinem tibi transmisimus, cum privilegio ut Metropolis Ecclesia Remensis in suo statu maneret; &c. Neque aliquis tuas Parochias aut Ecclesias vel civitates subtrahere audeat*. Metropoliticæ ergo dignitatis quasi cumulus aut sigillum erat Pallium, cui conjunctum & id erat, ut ne posset quis decretorio percelli judicio & damnari, nisi interposita Romani Pontificis auctoritate: *Et te aut futuris temporibus Remensem Episcopum & Primatem illius Diœcesis non præsumat, neque valeat aliquis unquam de Episcopatu dejicere sine canonico judicio, & neque ullo judicio, sine consensu Romani Pontificis, si ad hanc Sanctam Sedem Romanam, quæ caput esse dignoscitur orbis terræ, appellaverit in ipso judicio; sed in sola subjectione Romani Pontificis permanens, Diœcesim, & Parochiam Remensem nostra atque B. Petri fultus in ista Sancta Sede auctoritate, secundum Sanctos Canones & hujus Sanctæ Sedis præceptiones ita studeas gubernare, &c.* Hæc ergo Romano Pontifici præstanda obedientia & subjectio adeo non servitus erat, ut privilegii potius loco esset, quod ambirent cum Pallio Metropolitani; hæc Metropoliticæ auctoritatis munimentum erat Apostolicæ ipsi Petræ innixum; hæc immunitas erat a quacumque alia spirituali ditione, quam Papæ: hæc prærogativa, qua unius Papæ summo quis subesset judicio; hæc denique summa quædam potestatis exageratio erat, ut posset Metropolita secundum canonicas leges Provinciam suam administrare. Porro eodem tempore idem Pontifex Tilpino id oneris imposuit, ut in vitam & in mores inquireret Lulli Moguntini Archiepiscopi, ut ei quoque post editam fidei Catholicæ confessionem Pallium mitteretur: *Ut si aptus fuerit, manu sua subscriptam Catholicam & orthodoxam fidem per Missos suos, cum litteris ac testimonio tuo, seu aliorum Episcoporum, quos tecum esse mandavimus, ad nos dirigat, ut Pallium illi secundum consuetudinem transmittamus*.

Nec aliam rationem secutus est idem Pontifex, cum Ermenberto Bituricensi Archiepiscopo Pallium largitus est anno 786. 1, Precibus obsecutus est Caroli Magni: *Pro nimio vestro regali ex intimo cordis amore*. 2, Illam Ecclesiam uni Romanæ subjecit: *Sub jure S. Romanæ Ecclesiæ degenti*. 3, Ut ea Ecclesia convenienter canonicis institutis regeretur: *Ut ministerium sibi commissum digno valeat & canonice dispensare*.

Egiloni Senonensi Archiepiscopo Pallium concessit Nicolaus I interpellante Rege Carolo Calvo, quem obtestatus est Pontifex, ut Bituricensi aliisque Ecclesiis regni omnibus redintegrarentur, quæ expilata avectaque fuerant, dum diutina furerent bella: *Unde & Pallium secundum consuetudinem utendum ei secundum postulationem vestram direximus*. Super eadem ipsa re ad Egilonem Archiepiscopum scribens, unam vehementissime inculcat Canonum observantiam accuratissimam.

Concilium Trecense, cui aderant sex Archiepiscopi, Episcopique complures, Præside Hincmaro Remensi, apud eumdem Pontificem preces suas interposuit, quibus & suas ipse Carolus Rex adjunxit, pro Vulfado Bituricensi Archiepiscopo, ut Pallio donaretur: *Ut fidelissimum servum vestrum Vulfadum Pallio Apostolicæ auctoritatis exornando decoretis, & decorando confirmetis*. Adrianus II, qui Nicolao interim successerat, Pallium ipse concessit: *Postulantibus vobis, ut Vulfadus Pallii usu more decessorum suorum, nostræ auctoritatis largitione decorari potuisset, merito condescensionis aures accommodavimus*.

Idem ipse autem Adrianus II desolatæ & funditus eversæ a Normannis Ecclesiæ Nanne-

netensis certior factus, ad Regem & Episcopos scripsit Concilii Suessionensis, ut alia donaretur Episcopalis vel Metropolitica Sedes, si qua vacaret, Actardo Nannetensi Episcopo, ad quem & Pallium deferendum misit, justissimam tot exiliorum totque carcerum mercedem & vinculorum, quæ pro Ecclesiæ fide pertulerat; monens tamen hoc Pallii decus personæ ejus, non Ecclesiæ, quam demumcumque assecutus esset, adhæsurum: *Quod non aliter illi, nec cuilibet absque Metropolitis concederemus, nisi multoties hunc exilia, mare, vincula passum, etiam ad capitalem sententiam frequenter tractum fuisse comperissemus, &c. Ut pro exilio & catena, Pallii ornamenta, non ad Ecclesiæ, cui incardinandus est, perpetuum institutum, sed ad suum specialem certique temporis usum.* Huic Pallio illud idem quod & cæteris conjunctum erat privilegium, ne ullius nisi Summi Pontificis subjiceretur judicio, qui eo decorabatur: *Ut nullus Metropolitanorum Antistitum, seu cæterorum Episcoporum, in controversia criminis, si Sedem appellaveris Apostolicam, vel ejus speciali expetieris audiri vel discuti fortassis examine, præsumat de te proferre, non nostro præmisso decreto judicium, sed Apostolicæ Sedis tantum reserveris examinandus incunctanter arbitrio; cujus videlicet decreto vel largitate vacanti Ecclesiæ incardinatus, vel palliatus esse dignosceris.*

Adalgarium Episcopum Augustodunensem Pallio impertivit Joannes VIII Caroli Calvi Regiis precibus id donans: *Quem vestri amoris causa, ipsiusque morum probitate moti, palliatum ad vos remittimus.* Facile adducor, ut credam Metropolitani potestati subductum tunc non fuisse Augustodunensem, uti nec Siagrium olim a Gregorio Magno, cum Pallio & ipse donatus est. Itaque peculiaris & eximia illa fuit in Actardum indulgentia, cum a Metropolitani auctoritate absolutus est. Villiberto Archiepiscopo Coloniensi tandiu Pallium mittere distulit Joannes idem VIII, donec ab eo fidei confessionem recepisset, ubi & mentio haberetur Conciliorum universalium, & Decretorum Romanæ Sedis Pontificum: donec *Decretalium Pontificum Romanorum secundum morem feceris mentionem.*

Cum obliquis rumoribus sparsum esset de Hincmaro, quod aliis diebus gestaret Pallium, quam quibus jure fas erat: hanc ut abstergeret calumniam, ad Nicolaum I scripsit, vix alio quoquam die illud a se gestari, quam Natalis Christi & Paschæ, quod aliis temporibus quibus eo uti fas est, Ecclesiæ & Regni negotia ipsum ab Ecclesiæ suæ sinu divellerent; postulatum a se Pallium, ut genium Metropoliticæ dignitatis, non ut superbiendi ansam: *Non enim usum Pallii esse meæ dignitatis puto, sed genii Sedis Metropolis esse cognosco.* Si autem Pallio emineret supra reliquos Provinciæ Episcopos, se sibi tamen esse conscium, non eo aut alio ejusmodi, sed virtutum & sanctimoniæ eminere; id vero luculentum, id magni, id plurimi faciendum esse. *Ut si excellentiorem cæteris Remorum Provinciæ Sedibus Metropolim Sedem Pallii usus demonstrat in oculis hominum; non tamen majorem me facit in oculis Domini.*

Posset tamen speciosus aliquis parum fidei habere huic Hincmari responsioni. Auctor quippe idoneus est Flodoardus, interpositam alias ab eo fuisse Lotharii Imperatoris auctoritatem, ut a Leone IV facultatem extunderet utendi singulis diebus Pallii; id vero a Pontifice concessum ita esse, ut contestaretur, nihil istiusmodi quemquam hactenus impetravisse, nec posthac impetraturum. *Per interventionem Imperatoris Pallium ad quotidianum suscepit usum a Leone IV Papa, a quo jam aliud perceperat ut designatis sibi solemnitatibus debite fruendum. Quem quotidianum Pallii usum nulli unquam Archiepiscopo se concessisse, vel deinceps concessurum esse idem Papa in Epistola tunc ad eum directa testatur.* Hujus forsan Pallii ad singulos dies collationem Nicolaus I vel improbabat, vel in dubium vocabat.

Si anhelaverat Metropolita Hincmarus ad Patriarchalem prærogativam utendi quotidie Pallii, aspirarunt & aliquando Episcopi ad Metropolitanorum honores, ex Pallii impartitione. Moleste id tulit Fulco Remensis Archiepiscopus, qui ad Formosum Papam per Epistolas conquestus est de Episcoporum ambitiosis molitionibus, qui Metropoliticæ jurisdictionis jugum excutere conabantur, quo non poterat non extrema pernicies Ecclesiasticæ importari disciplinæ. Illud denique etiam atque etiam orabat Fulco Pontificem, ut ne quid novi, ne quid insuetati

Epi-

Episcopis concederet, nisi consultis, & consentientibus Metropolitanis, qui tam justis causis in hanc rem studia sua omnia contulerunt. *Subnectis de quibusdam Episcopis Galliarum, qui sibi pallium indebite a Romana poscebant Sede, Metropolitanos suos tali spernentes tenore; asserens quod res eadem, nisi prudenti præcauta foret solicitudine, confusionem generaret Ecclesiæ, magnumque charitati dispendium valeret inferre; unde tam se quam omnem precari dicit Ecclesiam, ne cito alicujus irrationabili petitioni sine generali assensu & litteris consentiat. Ne per hoc Ecclesiasticæ dignitatis honor vilescere incipiat, si res indebita, quæ temere affectatur, inconsulte tradatur.*

Porro Fulco hic ipse Caroli Crassi Imperatoris gratia & auctoritate apud Pontificem egit, ut Pallio ab eo impertiretur, cum confirmatione privilegiorum juriumque omnium Remensis Metropolit. *Scripsit & ad eundem Imperatorem pro percipiendo a Sede Romana Pallio, roborandisque datis olim a Romanis Pontificibus Ecclesiæ Remensi privilegiis*. Carlomanus Rex Ludovici filius, Germaniæ Regis, Archiepiscopo Theomaro Pallium impetravit a Joanne VIII Papa: *Pallium vestra petitione inclinati, consuetudinaliter dirigentes Theomaro Archiepiscopo*. Facile conjicitur Otthonem Imperatorem partes suas apud Pontificem interposuisse, ut Pallium concederetur Archiepiscopo Coloniensi, cui & in hæc verba hilarius jocosiusque rescribebat: *Ottho Imperator Augustus, Hereberto Archilogothetæ gratiam & Coloniam & Pallii cubitum unum*. Quibus verbis allusit Cæsar ad Archicancellariatum, Coloniensi Sedi illigatum, & ad Pallii formam. Sanctus Bruno Coloniensis Archiepiscopus Pallium & ipse impetravit, ea singulari & pene inconcessa cum prærogativa, ut eo toties uteretur, quoties ex re esse ipse existimaret. Certe ita affirmat ejus vitæ Scriptor: *Legatus Roma rediit, portans sacrum habitum, ab universali Pontifice missum, prætendentem jugum Domini suave, & onus ejus leve, & ipsum quod sub eo dispensatur, humile ministerium, quod verba Domini testantur, dicentis; Qui major est vestrum, erit minister vester; & privilegium Apostolicæ sublimitatis auctoritate traditum, quo & eodem Pallio præter consuetudinem Sacerdos Domini, quoties vellet, indui permissus &c.* Denique Dunstanus Cantuariensis Episcopus Romam perrexit, Pallium petiturus ipse, quod & accepit, effusa simul in ipsum Apostolicæ auctoritatis derivatione quadam; Legatione quippe Sedis Apostolicæ in Angliam universam decoratus est. Unde & *Stola Apostolatus* dicitur Pallium non inscite a Scriptore ejus vitæ: *Stola Apostolatus pro qua venerat, decentissime illum decoravit. Sicque delegata ei Legatione Apostolicæ Sedis &c.*

Theodulphus Aurelianensis Episcopus, Ludovici Pii Imperatoris jussu, Stephano Papæ in Gallias adventanti obvius prodiit cum Archiepiscopis Coloniensi & Arelatensi. Ibi satis probabiliter creditur a Pontifice Pallium ei collatum fuisse, sicut his ille versibus testatum fecit: *Solius illud opus Romani Præsulis extat, cujus ego accepi Pallia sancta manu*. Hinc non paucis Imperatoris Pii chartis Theodulphus Archiepiscopus appellatur. Jam supra monuimus, dum de Metropolitanis dissereremus, Galonem Metensem Episcopum Pallii honore & ipsum donatum fuisse, cum ante ipsum quatuor jam Metenses Episcopi hoc ipsum idem decus consecuti essent ab Apostolica Sede. Primus fuerat Urbicius, Crodegangus Pipini Regis ex sorore nepos secundus, Angiralmus tertius, quartus denique Drogo Caroli Magni filius. Hinc Metenses Episcopi Archiepiscoporum nomen persæpe usurparunt. Exarsit in Galonem Bertolfus Treverensis Archiepiscopus, nec deferbuit ejus indignatio, nisi postquam Pallium abdicavit Galo. Quo Bertolfi facto audaci facile suademur, prædecessores quoque ejus ne excandescerent in suffraganeos suos Pallium ambientes, una deterritos fuisse Principum Regumque auctoritate.

Ex his autem exemplis illud rursus emergit, a veri similitudine prorsus abhorrere, ut prima omnium Synodus Œcumenica VIII necessitatem Metropolitis inflixerit, & postulandi Pallii, & profitendæ Pontifici subjectioni. Nam 1 si Imperatores ipsi & Reges jamdiu certabant, ut a Pontifice Pallium quibusdam impetrarent: ecquid opus erat ut VIII Synodus præciperet illud a Metropolitanis omnibus flagitari? 2 Si post VIII Synodi tempora similiter Imperatores, & Reges omni virium contentione enixi sunt, ut Pallia suis Præsulibus impetrarent, ut modo ostensum est,

est, non erat ergo cur Generalis Synodus decretis suis urgeret Præsules ad Pallii postulationem. 3 Metropolitani ipsi, ut qui gratia florerent apud summos Principes, eorum precibus & auctoritate eblandiebantur, vel extorquebant Pallia a Pontifice. Minime ergo opus fuerat præcepti & necessitatis vinculo ad petendum Pallium eos costringi. 4 Ecquid autem tam morosos & difficiles se præbebant Pontifices, ut Regum preces interponendæ essent, si id ipsimet per VIII Synodum præcipi curaverant, ut Pallium a Metropolitis postularetur? 5 An summi Principes tantis ambissent precibus ornatum, vel potius vinculum, quo regni sui Antistites servitute quadam nova Summo Pontifici astringerentur? 6 Nec Pallio tantum clarescere affectabant Metropolitæ, sed & frequentiori, quam alii, immo Pallii quotidiano usu. Qui ita comparati erant, non necesse erat eos impelli præcepto synodico ad flagitandum Pallium. 7 Captabant & ipsi Episcopi ansas aliquas, quibus ad Pallii decus venire possent. Non alieni ergo, ac ne tepidi quidem erant Metropolitæ in Pallii prosecutione, cujus cupiditate etiam Episcopi flagrabant. 8 Rara, aut nulla superius exempla obvia habuimus hujus professionis, cum tot a Pontificibus Pallia, vel præsentibus data sint, vel absentibus missa. 9 Postremo non fefellisset Hincmarum hæc nova, si qua usquam fuisset, servitus, non siluisset ille, non acquievisset. Non denique altius se ipse in ea vincula indere concupisset, postulato usu Pallii quotidiano. Quis enim Hincmarum, novæ servitutis patronum, novique sub Pontifice jugi vel auctorem, vel fautorem esse potuisse suspicabitur?



QU. XXVI.

Quid habes de jure Stauropegii? Patriarcharum ne proprium?

§. I. CUm sacræ ædes alicubi erant inædificandæ, moribus legibusque cautum fuerat, (*a*) ut nulla fundamenta jacerentur, nisi prius ibi Episcopus preces fudisset, ac Crucem locasset. *Si quis voluerit* (sunt verba Novell. CXXXI, c. VII.) *fabricari venerabile oratorium, aut monasterium, præcipimus, non aliter inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimus Episcopus orationem ibi fecerit, ac venerabilem ibi fixerit Crucem.* Vid. etiam Novell. LXVII, c. 1, Novell. V, c. 1.

§. II. Nonnulla tamen erant loca, in quibus sacras ædes excitare haud fas erat, ac proinde nec Crucem in eis figere concedebatur. *Decernimus* (ait Justinianus *Lib. I, tit. III, de Episc. leg. XXVI.*) *ut posthac Monachi, neque quicumque alii cujuscumque status, ac fortunæ in ædes publicas, vel in quæcumque loca populi voluptatibus fabricata Venerabilem Crucem, & Sanctorum Martyrum Reliquias illicite inferre conentur, vel occupare audeant ea, quæ vel ad publicas causas, vel ad populi oblectamenta constructa sunt.*

§. III. Cum igitur quædam loca sacrarum ædium usui inservire prohiberentur, quædam non, ea, in quibus Templa exstrui, ac consecrari nulla lege vetabantur, si Swicerum & Meursium audimus, *Stauropegia* dicta fuerunt, atque ipse actus figendi Crucem *Stauropegium* appellabatur. Hinc ille, cui jus erat in aliquo loco figendi Crucem, Jus Stauropegii habere dicebatur; locusque, in quo Crux constituebatur, in ejus ditionem, imperiumque concedebat, qui hoc jure utebatur.

§. IV. Hoc jus in Orientalium Patriarcharum (*b*) moribus positum fuit, qui in iis locis, in quibus Cœnobia, ac

(a) Quien. *T. I, colum.* 115, §. 7. Vetus Ecclesiæ consuetudo est, ut ubi templum aliquod Omnipotenti Deo exstruendum sit, ædificationi illius præeat ritus figendæ Crucis eo in loco qui Mensæ sacræ, sive altari primario erigendo destinatur, illaque solennis defixio Crucis σταυροπήγιον, *Stauropegium*, Græca voce dicitur. Cujus defixionis ritum videre licet *pag.* 608 *Eucologii Græcorum*, quem eruditis annotationibus explicavit doctissimus editor Jacobus Goar, atque a Jacobi Gretzeri critica Martinum Crusium, Lutherarum licet, ulcisci non dubitavit; Meursii vero rursum oscitantiam perstrinxit, allato Germani Patriarchæ sigillo, quod extat *l.* 3 *Jur. Græco-Rom. cap.* 3, in quo, ut in appendice & summa totum illud *Stauropegii* jus accurate effertur.

Vid. Binghamum *Orig. Eccl. Lib. VIII, cap. IX, §. V.*

(b) Quien. *l. c.* §. 8. Crucis illa defixio non nisi Episcopali auctoritate peragitur, tumque nova illa Ecclesia illius in posterum Præsulis potestati ac jurisdictioni obnoxia est. Patriarchæ autem Orientis omnes, unusquisque in Diœcesi sua ea auctoritate potiuntur, ut *Stauropegio* suo prævio Ecclesiæ ac præsertim Monasteria condantur quo fit ut ea illo-

ac Monasteria ædificanda erant, Crucem ponere sueverunt, atque ita ea Cœnobia, atque monasteria suorum, Episcoporum Jurisdictioni subduxerunt, substraxeruntque, sibique innexuerunt atque manciparunt. Quem sane morem non sequioribus sæculis invaluisse, sed aureis etiam orientalis Ecclesiæ temporibus viguisse ostendit Christianus Lupus *in Scholiis, & Notis ad can. Concil. Tom. III*, edit. Bruxell. *pag. 953.*

§. V. Neque hæc consuetudo omni caret titulo, sed suum habet, quo nitatur,

---

illorum omnino regimini subsint, & ab omni ordinarii Episcopi potestate libera.

Propter illud itaque Patriarchæ Byzantini jus defigendæ Crucis per cunctas sui Orbis provincias, quod vetustissimum profecto est, exstructas extra Urbem Stauropegio suo Ecclesias per Exarchos seu lustratores suos visitari curabant atque etiamnum curant: id quod etiam jam olim in Palæstinæ Diœcesi, institutionis ejus initio fiebat. Tunc nempe supremum omnium Palæstinæ monasteriorum regimen ad Patriarcham Jerosolymorum Juvenalem, ejusque successorem creditum est, ejusque nomine ab uno vel duobus Archimandritis administrabatur, quos etiam ἐξάρχους *Exarchos* appellabant, uti subinde Constantinopoli: de quo legenda Vita S. Sabbæ N. XXX. Sed & eumdem disciplinæ tenorem in Ægyptiaca sive Alexandrina Diœcesi viguisse, nec non in Antiochena & Orientali, suis aliisque locis ostendetur. Exarchi autem monasteriorum dignitas instituta primum mihi videtur fuisse in Ephesina Synodo priore, quæ Sancto Dalmatio vel Dalmato, ἡγουμένῳ, sive Præposito monasterii primarii Constantinopolitanæ Urbis, reliquorum civitatis & viciniæ cœnobiorum curam injunxit; cujus etiam posthac Hegumenus quoque sive Præpositus insignis fuit Marianus, ut fertur in Actis Constantinopolitani Concilii quod Præside Menna Patriarcha celebratum est. Talis quoque fuit dignitas Præpositi monasterii S. Maronis in Cælesyria, cui adnexus erat *Exarchatus monasteriorum sanctorum secundæ Siriæ*. Exarchi itaque monasteriorum visitatores erant, qui ad Patriarchas referrent, aut suapte potestate emendarent, quæ in illis cœnobiis & Ecclesiis corrigi oportebat.

In Jure Græco-Romano p. 289 synodale decretum extat Germani II Patriarchæ Constantinopolitani, quo fertur, prædia, sive loca Monasteriis illis Patriarchalibus adjacentia ac pertinentia, eorumque colonos quoslibet, Ordinariis pagorum in quibus sita sunt, obnoxia esse, nec ulla Exarchum Patriarchalem in eos auctoritate pollere: quod statutum innovatum etiam fuit post Germani obitum. Atqui non ita pridem, ante Germani tempora, in Synodo Constantinopolitana sub Georgio Xiphilino, quum Michael Limnæ in Pisidia Episcopus questus esset, sacerdotes locorum quæ ad patriarchalia monasteria pertinerent, nullam Præsulum ordinariorum memoriam in sacris Missarum solenniis, aliisve officiis ecclesiasticis agere, nec consuetum κανονικὸν, *Canonicum*, sive tributum pendere, sancitum fuit, sola monasteria ab utroque libera esse, dummodo *Stauropegio* Patriarchæ ab initio exstructa essent, non item prædiorum illorum Presbyteros.

Nihilominus Michael Paleologus Imp. jus illud Patriarchale, quod Ordinariis locorum nequaquam arridebat, abolere voluit, Joanne Becco Patriarchatum fungente. Quod ut tentaret, Isaaci prorsus Metropolitæ Ephesi monitis inductus erat, cui tamquam Patri Spirituali suo morem in omnibus gereret: nimirum, si Georgio Pachymeri credimus, Isaac ille Ephesinus hoc versabat animo, ut circumscripta intra Regiam Urbem Patriarchæ Byzantini jurisdictione, Orientem sibi suæque Sedi Ephesinæ submitteret, & monasteriorum quæ intra ditionis suæ fines continerentur, aliarumque quarumlibet Ecclesiarum curam ordinarii civitatum Episcopi in omnibus gererent. Quocirca Michael Imp. Novella data, *Stauropegia* proscripsit; qua Lege, ait Pachymeres, *Œcumenici Patriarchæ* titulum inscius pulsabat, μηδὲ τοῦτο εἰδότος τοῦ λέγοντος, ὡς κωλύει τῷ πατριάρχῃ τὸ οἰκουμενικόν. Quamobrem illo defuncto, *Stauropegium* Constantinopolitano Episcopo redditum est. Quod colligere licet ex Matthæo Blastare, ad Litteram II., cap. 3. *Soli Patriarchæ*

tatur, fundamentum. Quid enim? Nonne, antequam secundariæ constituerentur Ecclesiæ, loca omnia in primariarum Ecclesiarum erant potestate? (Vid. supra quæst. I, §. 3, 4.) Magnum ne, si rebus ita suadentibus (Vid. supra L. I, quæst, XXV.) minusculæ quædam villulæ ad priorem redeant Dominum? Neque vero Patriarchæ, cum agrum suum distribuerunt, singulasque partes singulis Episcopis excolendas tradiderunt, omni suo pristino jure se se exuerunt.

§. VI. Hoc Stauropegii jure usus quodammodo esse videtur etiam Patriarcha Romanus, cum Regularium, ac

Constantinopolis antiqua consuetudine permittitur ampla Stauropegia concedere, oblationem & commemorationem sui nominis habere, non tantum in propriis suis locis, quibuslibet & in immobilibus bonis monasteriorum, quæ ipsi subsunt, &c. Ubi non negatur eodem jure potiri Patriarchas alios, sed Metropolitas quosvis Diœcesis ipsius. Rursum cap. 9. *Constantinopolitanus Præsul in aliarum Sedium ditionibus, ubi nulla præcessit templorum consecratio, Stauropegia potest dare*. Ubi illud videtur innuere quod superius observabam ex Macario Ancyrano, Byzantinum Episcopum illo *Stauropegii* jure in aliorum quoque Patriarcharum Diœcesibus potitum esse. Atqui Blastares circa annum 1335, & quinquagesimum ab obitu Michaelis Paleologi scribebat, suæque proinde ætatis, non priscæ, morem efferebat. Ac sane Martinus Crusius *in Turco-Græc. lib. IV*, epistolas tres recitat sub Hieremia II Patriarcha post annum 1575 scriptas, quibus eadem *Stauropegii* potestas commendatur qua Byzantini Antistites etiamnum fruuntur.

Rursus in jure Græco-Romano *lib. II, cap. VIII*, ex Theodoro Balsamone edictum affertur Alexii Comneni, quo Patriarchæ jurisdicendi potestas vindicatur in omnia suæ ditionis Monasteria, seu illa sæcularibus aliisve personis elocata sint, seu dono concessa, (de qua elocatione & donatione posthac alibi dicetur) ut delictum omne aut scelus quod in eis admissum audiverit, ipse per se, diaconosve suos emendare possit; quin & eos qui monasteria tenent, cogat ad sarcienda damna quæ evenerint, aut a Beneficiariis istis illata fuerint.

Ut vero Byzantinus Patriarcha Stauropegii illo jure summam in Diœcesis suæ Ecclesias potestatem ostentabat, ita Romanorum quoque Pontificum in Byzantinam ipsam Ecclesiam potestas ex eo commendatur, quod intra ejusdem Regiæ illius Urbis muros ad tempora usque Photii, deincepsque monasterium S. Sergii proprio jure suo tenebant, ac gerebant. Id quod quidem Joannes VIII, *epist.* 251 Basilio Imp. ejusque filiis data significat. Illis grates agit, quod illud monasterium, *quod Ecclesia Romana jure proprio quondam retinuit, divina inspiratione repleti, pro honore Principis Apostolorum nostro Præsulatui restituistis*. Vigilium Papam Justiniani Imp. iram veritum ad S. Sergii Basilicam confugisse tradit Theophanes ad ejusdem Justiniani ann. 20. Domum Placidiæ cum altari quod Sanctæ Sedis dicebatur, Romani Pontificis Responsalibus propriam in vita S. Martini Papæ I legimus. Omitto monasterium Ordinis Benedictini Cluniacensis, quod in suburbio Constantinopolis exstructum erat. Nimirum par erat ut Constantinopoli sua Stauropegia Romanus Pontifex haberet, qui potiori jure Œcumenicus Papa appellandus esset, immo ab ipsismet Orientis Episcopis appellatus esset in Chalcedonensi Synodo, aliisque deinceps.

Benedict. XIV Bull. *Const.* 98, §. 19. Neque omissa fuit accurata in Orientalis Ecclesiæ leges disquisitio; & quamvis, juxta earumdem præscriptum, agnoverimus, Monasteria, & Monachos Episcopo subesse debere, Patriarchæ autem competere jus *Stauropegii*, nimirum figendæ Crucis in Monasteriorum fundatione, ex quo sequebatur, ut Monasterium, licet extra ipsorum peculiarem Diœcesim, in alicujus Episcopi Suffraganei finibus situm esset, ipsi tamen Patriarchæ immediate subjectum, atque ab Episcoporum localium jurisdictione omnino exemptum remaneret. Attamen hujusmodi *Stauropegii* jus, quod Pa-

ac Monachorum Congregationes, Communitatesque ab Episcoporum vinculis exemit, easque sub Jus, Jurisdictionem, potestatemque redegit suam. Verum de his alias.



Q U.

Patriarchis, ut supra, concessum fuit, nunquam ad Metropolitanos extensum fuisse cognovimus; quinimmo sicubi tale quidpiam ab eis attentatum fuit, id veluti alieni juris usurpationem habitum fuisse conspeximus.

QU. XXVII.

Cujusnam est Diœcesana seu Plenaria (a) Concilia indicere?

§. I. HAc de re luculentissimum habemus Canonem latum in Synodo Œcumenica VIII, cujus particulam supra recitavimus. Eccillum tibi. Hæc Sancta Synodus tam *in seniori, & nova Roma, quam in Sede Alexandriæ, Antiochiæ, & Jerosolymorum PRISCAM CONSUETUDINEM decernit in omnibus conservari, ità ut eorum Præsules Universorum Metropolitarum, qui ab ipsis promoventur sive per manus impositionem, sive per Pallii dationem Episcopalis dignitatis firmitatem accipiant, habeant potestatem videlicet ad convocandum eos urgente necessitate ad SYNODALEM CONVENTUM, vel etiam coercendum illos, & corrigendum; cum fama eos super quibusdam delictis forsan accusaverit... Consueverunt autem Metropolitani*

(a) Vid. Benedict. XIV *de Sy. Diœc. lib.* 1, *c.* 1, §. 2. Synodorum, ex Petro de Marca *lib. 6 de Concordia &c. cap.* 24, *n.* 5, aliæ olim dicebantur *Regiæ*, quæ non ex Episcopis solum constabant, verum etiam ex Optimatibus, & Comitibus Regni, ut omnium suffragiis leges conderentur, ad utramque politiam, Ecclesiasticam, & civilem, disponendam. Hujus generis Concilia frequentia fuisse Constantinopoli, observat Thomassinus *de veter. & nov. Eccles. disciplin. part.* 2, *lib.* 3, *cap.* 46. Frequentissima vero fuerunt in Gallia, cujus piissimi Reges, uti animadvertit Baluzius *in notis ad Capitularia Regum Francorum tom.* 2, *col.* 1028, nil grave decernebant sine Episcoporum, & Optimatum consilio, quod ipsimet fatebantur in suis edictis, quorum vetustissima formula, edita a Bignonio *in notis ad Marculphum lib.* 1, *cap.* 25, hæc erat: *Nos una cum Apostolicis viris Patribus nostris Episcopis, Optimatibus, cæterisque Palatii nostri Ministris &c.* Aliæ fuerunt, & sunt Synodi *Ecclesiasticæ*, in quas soli conveniunt Sacerdotes, ut de rebus statuant ad Ecclesiam pertinentibus. Tres istarum species commemoravit S. Augustinus *lib.* 2 *de Baptismo contra Donatistas cap.* 3, *tom.* 9 *Oper. edit. Parisien. Monachor. Benedictinorum S. Mauri col.* 98, nimirum, quæ per singulas regiones, quæ per singulas provincias fiunt, & quæ ex universo Christiano orbe congregantur; quibus quartam addit Concilium Toletanum IV, *cap.* 3, *tom.* 3 Collectionis Harduini *col.* 579, illius mentionem faciens, quæ ex unius regni, vel nationis Episcopis conflatur. Quare Conciliorum, seu Synodorum, quatuor nunc genera passim Auctores enumerant, *Generalia*, *Nationalia*, *Provincialia*, & *Diœcesana*. *Generalia*, quæ & *Œcumenica* dicuntur, ea sunt, ad quæ vocantur Episcopi totius orbis, qui possunt, & debent iisdem interesse, nisi legitime impediantur, & quibus præsidet Romanus Pontifex vel per se, vel per suos Legatos. *Nationalia* sunt, in quæ conveniunt Archiepiscopi, & Episcopi unius regni, vel nationis, præside ejusdem nationis Patriarcha, vel Primate. Hæc quandoque vocari *universalia*, quia scilicet talia sunt, quo ad illud regnum, seu nationem, quamvis absolute, & quo ad totam Ecclesiam, universalia non sint, notavit Bellarminus *tom.* 2 *Controvers. lib.* 1, *de Conciliis cap.* 4: quocirca S. Augustinus *Epist.* 215 *ad Valentinum*, *num.* 2, *tom.* 2 *Oper. col.* 794, secundam Synodum Africanam, sub Zosimo Papa anno 418 celebratam, nuncupavit *plenariam*; & *Sy-*

tani bis in anno Synodos facere, ideoque, sicut dicunt, ad Patriarchale penitus non posse concurrere caput. Sed Sancta hæc, & Universalis Synodus nec Concilia, quæ a Metropolitis fiunt, interdicens, multo magis illa novit rationabiliora esse, ac utiliora Metropolitanorum Conciliis, quæ a Patriarchali Sede congregantur, & idcirco fieri exigit. A Metropolita quippe unius Provinciæ efficitur, a Patriarcha vero sæpe totius causa Diœceseos dispensatur, ac per hoc communis causa providetur. Propter quod & speciale propter generale bonum despici convenit, cum a Majoribus super hoc facta fuerit advocatio: quamvis apud quosdam Metropolitanorum ANTIQUA CONSUETUDO, ET CANONICA TRADITIO per contemptum ipsorum postposita videatur, non concurrentibus eis ad communem profectum, quos leges Ecclesiæ severe condemnantes, omni excusatione semota subjacere vocationibus proprii Patriarchæ, sive cum communiter, sive cum singulatim factæ fuerint, exigunt. Hæc Constantinopolitani Patres anno 869, *can.* 17, ex quibus intelligimus, Generalia universæ Diœceseos Concilia indicendi potestatem fuisse penes Patriarcham.

§. II. Hujusce Patriarchicæ auctoritatis longe antiquiorem (an. 450.) testem habemus Theodoretum Cyrri Comagenis Provinciæ Episcopum *epist.* 81, ubi crebras suas memorat itiones Antiochiam ad Patriarchalia Concilia, ne in Ecclesiasticorum Canonum offensionem incurreret.

Quod si superiora tempora consulamus, en tibi sæculo IV S. Athanasium, qui generalem Universæ Ægypti Synodum coegit an. *363*; (Vid. epist. S. Ath. in Lib. de fide ad Jovianum, & Theodoret. *lib.* 4 *H. E. cap.* 3) Sæculo III Dionysium Alexandrinum, qui adversus gliscentem Sabelii hæresim Ægyptiacos, Pentapolitanos, Libycosque omnes Episcopos convocavit, Sæculo II Policratem, qui totius Asiæ præfuit Concilio.

§. III. Cum Constantinopolitani Episcopi cuniculos agerent, quibus ad Pa-

---

Synodus Toletana III, anni 589, *cap.* 18, se appellavit universalem, inquiens: *Præcipit hæc sancta, & universalis Synodus*. Verum Natalis Alexander *hist. Eccl. ad sæc. III, dissert.* 24, opportune animadvertit, ea fere semper plenaria, & universalia dicta esse cum aliqua limitatione, qua a vere Œcumenicis distinguerentur. Sic præfata Synodus Africana dicta quidem est plenaria ab Augustino, sed plenaria *totius Africæ*. Et Synodus Carthaginensis III, *cap.* 7, simile Concilium vocavit *universale anniversarium*: *Sin autem nec ad Concilium universale anniversarium occurrere voluerit*: ut significaret, se de illo loqui, ad quod omnes Africani Episcopi singulis annis confluebant. Allatum autem Toletani III exemplum dubium est; nam in plerisque antiquis codicibus verbum illud *universalis* desideratur, ejusque loco legitur *veneranda*, quod videri potest in Collectione Harduini *tom.* 3, *col.* 482, & in Labbeana *tom.* 5, *col.* 1013, solumque *universalis* legitur in Isidoriana Collectione, & apud Ivonem *part.* 4 *Decret. cap.* 244. *Provincialia* sunt, in quibus conveniunt Episcopi unius Provinciæ sub eorum Archiepiscopo, seu Metropolitano. *Diœcesana* tandem nominantur, quæ quilibet Episcopus congregat ex Parochis, Presbyteris aliisque Clericis suæ Diœceseos, quibus ipse præest.

Notissima, & pervulgata est hæc Conciliorum divisio; eamque communiter tradunt Doctores, præsertim Melchior Canus *de Loc. Theolog. lib.* 5, *cap.* 3, Cardinalis Bellarminus *cit. lib.* 1 *de Concil. c.*4, Cabassutius *in Notitia Ecclesiast. sæculi primi, in observation. de Conciliis Ecclesiæ num.* 3, Doujat *Prænotion. Canonic. lib.* 2, *cap.* 1, *num.* 3, & 4, Duvallius *de supr. potestat.* Rom.

Patriarchalem titulum & rem obreperent, manibus pedibusque obnixi fuerunt, ut ad alias Patriarchicas prædas Jus Diœcesanorum Conciliorum habendorum cumulus accederet. Hinc suam duxere originem Synodi *Endimousæ* (b).

QU.

Roman. Pontif. part. 4, *quæst.* 1, ac Alphonsus Guerrerius in suo, non omnibus obvio Tractatu *de Conciliis*, quem anno 1545 edidit, & Carolo V Imperatori dicavit, qui reperitur inter Miscellanea Bibliothecæ Cardinalis Passionei *tom.* DLVI, & novissime Oddo Scharz *ad Decretales Gregorii IX*, *tit.* 2, *de Constitut.* §. 2, *quæsit.* 4. Attamen accurate pervolventi Ecclesiastica monumenta, nonnulla occurrunt Concilia, a Romanis Pontificibus celebrata, quæ ad nullam ex enumeratis speciebus referri commode possunt, sed videntur quodammodo mixta ex Provincialibus & Diœcesanis. Illis quippe aliquot interfuere Episcopi, quos in Urbe inveniri contigit, atque insuper Romani Presbyteri, aliique Ecclesiastici viri, sive hi ad Romani Cleri cœtum pertinerent, sive ex alienis Diœcesibus Romam advenissent. Ejusmodi fuit Concilium illud, quod Cornelius Papa circa annum 251 Romæ habuit, ut de causa judicaret Maximi, Urbani, & Sidonii, qui, ejurato schismate, in Ecclesiam recipi poscebant; de quo idem Cornelius in *epistola ad Ciprianum*, quæ est 46, hæc scribit: *Omni igitur actu ad me perlato, placuit contrahi Presbyterium. Adfuerunt etiam Episcopi quinque, qui & hodie præsentes fuerunt, ut firmato consilio, quid circa personam eorum observari deberet, consensu omnium statueretur*. Haud absimile est Concilium ab Agathone Papa ex sexdecim Episcopis, & universo Romano Clero in Constantiniana Basilica congregatum pro componendis rebus Ecclesiæ Britannicæ: cujus Acta referuntur in novissima Collectione Conciliorum Britanniæ Davidis Wilkins *tom.* 1, *pag.* 47. Nec diversa fuit Synodus habita a S. Gregorio Magno, cui subscripsisse legimus Episcopos duos & viginti, & Romanæ Ecclesiæ Presbyteros tres supra triginta, in Collectione Harduini *tom.* 3, *col.* 498. Alia similium Conciliorum exempla videri possunt collecta in *Tractatu de studio Conciliorum*, Gallico idiomate conscripto, & Parisiis edito anno 1724, *pag.* 558, eorumdemque meminit etiam Cabassutius in brevi Dissertatione *de urbanis, seu popularibus Synodis*, post Synodum Constantinopolitanam sub Patriarcha Menna anno 536. Quin etiam animadvertere hic libet cum Thomassino *cit. part.* 2, *lib.* 3, *cap.* 43, Constantinopoli cum satis magno numero Præsules continuo versarentur, ibi quamdam quasi perpetuam Synodum fuisse conflatam, cui Regiæ urbis Antistes præsidebat, & difficiliores quasque Ecclesiæ Orientalis causas terminabat. In ejusmodi Synodo Episcoporum Constantinopoli forte obversantium, Nectarius Constantinopolitanus Episcopus de causa judicavit Agapii, & Gabadii, de Bostrensi in Arabia Episcopatu inter se contendentium, sicuti habetur *Jur. Orient. part.* 1, *pag.* 247. In simili Synodo a Chrysostomo exauctoratus est Gerontius Nicomediensis in Bithinia Episcopus, quod narrat Sozomenus *lib.* 8, *cap.* 6. In eodem Synodo idem Chrysostomus querelas & accusationes audivit complurium Asiæ Episcoporum adversus Antonium Ephesinum Episcopum, quemadmodum refert Palladius *in Dialogo historico de vita & conversatione Beati Joannis Chrysostomi Episcopi Constantinopolis*, qui extat *tom.* 13 *Operum* ejusdem Chrysostomi editionis Patris Montefaucon anni 1738. Jam vero cum ab his Synodis abessent laici, & soli in illis assiderent Episcopi, quod colligitur ex eodem Palladio, qui præfatam Synodum exacte describens, solos Episcopos enumeravit, cumque præterea in illis causæ dumtaxat disceptarentur ad Ecclesiæ forum spectantes; diversæ profecto erant a Synodis illis Regiis, de quibus supra; ac proinde aliam constituunt Ecclesiasticæ Synodi speciem, ab iis quatuor distinctam, quas communiter Doctores recensent.

(b) De Marca *de Constantinopolitani Patriarchatus Institutione*. Quia jus nullum Synodi Patriarchalis cogendæ Constantinopolitanis competebat, ut illius aliquo modo vices implerent, ingenioso commento minutionem istam sarciverunt. Quippe cum insano quodam studio ex omnibus orbis Romani Pro-

Provinciis ſub ſpecie negotiorum Eccleſiaſticorum Epiſcopi ad aulam Imperatoris accederent, injuſtis & importunis ſæpe flagitationibus Magiſtratus, & ſæculares functiones charis ſuis ambientes, ut conqueritur Oſius in Synodo Sardicenſi Can. VII, fiebat, ut ſexaginta & amplius Epiſcopi primi & ſecundi gradus in urbe Conſtantinopolitana moram facerent, quibus id in more poſitum erat, ut Palatium Imperatorem ſalutaturi non ſingulatim, ſed ut corpus Epiſcoporum adirent, ut obſervat Sozom. *L.* 7, *c.* 6. τῶν ἐνδημέντων ἐπισκόπων τῆς κωνσαντινεπόλεως παραγεινομένων εἰς τὰ βασίλεια, ὅτιγε εἰκὸς ἀσπάσασθαι τὸν κρατῦντα. Si quod ergo dubium Canonicum incideret, procul dubio ab illis conſulendus erat ſecundæ dignitatis Epiſcopus; qui porro, ne ſpretos haberet tot Epiſcopos in urbe commorantes, eos in conſilium adhibebat, ut prudenti reſponſo ſecundum Canones propoſita quæſtio finiretur. Hic Conventus tot Epiſcoporum, cui præſideret Archiepiſcopus regiæ urbis, ſtatim adulatione fœda invitis Canonibus Synodi nomen ſortitus eſt, &, quod ex occaſione introductum fuit, ipſa conſuetudine Synodi Canonicæ robur contra Canones aſſumpſit.

Quod luculentiſſime demonſtrat illuſtris locus in Act. IV Concil. Chalced. ubi querela Photii Epiſcopi Tyri, & Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Anatolio temerarius auſus retexitur. Obtinuerant Berytenſes ab Imperatore Theodoſio jus Metropoleos in Provincia Phœniciæ primæ, ſex urbibus a jure Tyrenſis urbis, & Eccleſiæ reciſis, & Beryto adjudicatis. Reſcriptum Principis confirmavit Synodus habita Conſtantinopoli ſub Anatolio, depoſitionem comminata Photio, ni præberet aſſenſum novitati. Et ne Maximi Antiocheni Patriarchæ, cui Phœnicia parebat, deeſſet auctoritas, licet ille Epiſcopali Conventui non intereſſet, quia tamen Conſtantinopoli degebat, ad eum eſt allata charta Synodica ſubſcripta ab Anatolio Archiepiſcopo, quem ſequens Domnus ſubſcripſit, ϗ τῦτῳ ἀκολυθήσας κἀγώ, ὑπέγραψα. Subſcripſit & Photius, ſed coactus; ita ut poſtea duos Epiſcopos in diſtractis Urbibus ordinaret; quod factum a Synodo Conſtantinopolitana excommunicationem in Photium abſentem, & inauditum per centum & viginti duos dies provocavit. Integram hujus negotii diſcuſſionem Synodo Chalcedonenſi permiſit Imperator Marcianus. Quæ nulla principalis reſcripti, aut Synodicæ confirmationis ab Anatolio factæ ratione habita, Photio Tyrenſis Eccleſiæ Metropolitæ jus antiquum omnino reſtituit. Sed hic eſt advertenda cognitorum judicum interlocutio. *Dicat*, inquiunt, *ſancta Synodus, an Synodum appellare oporteat, Conventum Epiſcoporum, qui in regia civitate diverſantur* . . . . Tryphon Epiſcopus Chii reſpondit: *Synodus appellatur, & conveniunt & laborantes aliqua appreſſione ſua jura nanciſcuntur*. . . . . Sed Anatolius ipſe, cui præcipue incumbebat, ut Judicibus & toti Concilio cauſam ſuam approbaret, ait: *Tenuit pridem conſuetudo, ut qui in magna hac civitate morantur ſanctiſſimi Epiſcopi, cum eos temporis occaſio vocat, de emergentibus quibusdam Eccleſiaſticis cauſis conveniant ac ſingula definiant, reſponſoque eos dignentur, qui precantur aliquid. Nihil ergo a me factum eſt, quod Novitati ſit affine: nec ſanctiſſimi, qui in civitate erant Epiſcopi, novam formam protulerunt, ac oſtendit præſentiam Epiſcoporum actio, quæ facta eſt*. . . . . Hic gnaviter obſervatum velim, Anatolium non auſum aſſerere ſibi novam auctoritatem ex Canone III Synodi Conſtantinopolitanæ, ſed tantum ex conſuetudine. Etenim non modo Canon tertius, Synodi cogendæ in urbe Conſtantinopolitana jus non conſtituebat, quin potius prohibebat Canone II, cum ex Synodi Nicænæ definitione omnes quæſtiones Canonicas Synodis Provinciæ committebat. Secundo loco notandum eſt, nullam juriſdictionem Canonicam huic Synodo competiviſſe, ita ut actores ad tribunal ſuum cogeret, vetaretque alibi diſceptationem proponere, ſed tantum prorogatam conſentientium partium juriſdictione uſam, ut inſinuat Anatolius: ϗ ἀκουρίσεως ἐξ ὧν τῶν δεομένων. Tertio eſt obſervandum, Synodum iſtam conſuetudine introductam non conſtare Epiſcopis evocatis per litteras tractorias e Provinciis, quale jus competit Metropolitanis Epiſcopis ex Conciliis Antiocheno, Carthaginenſi, Chalcedonenſi aliiſque plurimis, ſed iis tantum, qui, prout res naſcerentur, Conſtantinopoli forte fortuna reperirentur. Erant in-

ἐνδημούντων Episcopi, non vero τῶν συνελθόντων. Quare Synodus illa Constantinopolitana vocata fuit ἐνδημοῦσα Σύνοδος, id est Episcoporum ἐνδημούντων. Ejus rei exemplum illustre desumitur ex Actis Synodi Constantinopolitanæ habitæ sub Flaviano Archiepiscopo Constantinopoleos adversus Eutychetem *Archimandritam*, quæ referuntur Act. I Syn. Chalced. ἐν τῇ φιλοχρίστῳ, καὶ βασιλευούσῃ Κωνσταντινουπόλει νέᾳ Ῥώμῃ, συναχθείσης τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης Συνόδου, τῆς ἐνδημούσης ἐν τῇ προειρημένῃ μεγαλοπόλει, ἐν τῷ σηκρήτῳ τοῦ ἐπισκοπίου προκαθεζομένου τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Φλαβιανοῦ. Ecce diserte vocatur Synodus ἐνδημοῦσα, id est Episcoporum in Civitate morantium, passimque Patres illi in omnibus Actionibus se ἐνδημούσας Συνόδου indigitant. Hinc est, quod Eutyches ad minuendam Synodi sub Flaviano auctoritatem, ait, se ab Eusebio Episcopo Dorylæi hæreseos accusatum coram Flaviano, & aliis Episcopis, qui tunc *pro privatis caussis* in urbe degebant regia; in confessione fidei a se proposita Ephesino Concilio sub Dioscoro, & relata in Act. I Concilii Chalced., παρὰ Εὐσεβίου Δορυλαίου λιβέλλους ἐπιδόντος κατὰ ἐμοῦ τῷ εὐλαβεστάτῳ Φλαβιανῷ, καὶ τοῖς ἐκ διαφορῶν ἕνεκα αἰτιῶν ἐνδημοῦσι τότε τῇ βασιλευούσῃ. Porro Constantinopoleos Archiepiscopi sibi jus illud usurparunt, ut in Synodo ἐνδημούσῃ de fide, & relationibus Metropolitanorum cognoscerent, sicut monebat Anatolius, & docent Acta dictæ Synodi sub Flaviano, quæ non solum hæreseos damnavit Eutychetem, idque Canonice περὶ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, inquit Paschasinus in Damnatione Dioscori: sed & Florentii Episcopi Sardium Metropolis Provinciæ Lydiæ in Asiana Diœcesi, relationi factæ contra Joannem, & Cossinium Episcopos sub se constitutos responsum dedit, Ἀναγινωσκομένης ἀναφορᾶς σταλείσης παρὰ Φλωρεντίου τῆς Σαρδιανῶν μητροπόλεως τῆς ἐπαρχίας Λυδῶν, τύπος τε δοθέντος αὐτοῦ ἐπὶ τοῖς ἀναγνωσθεῖσιν. Hinc illustranda est Anastasii Nicæni Episcopi, adversus Eunomium Nicomediensem Flaviano Archiepiscopo Constantinopoleos porrecta petitio super ordinatione Episcopi Basilinopoleos, quam sibi Nicænus ex antiqua consuetudine contra jus Nicomediensis Metropolitæ vindicabat. ἐπιδέδωκα inquit, λιβέλλους τῷ Ἀρχιεπισκόπῳ γενομένῳ ἀξιῶν αὐτὸν καλέσαι τὸν κύριον εὐτόμιον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ δικάσαι μεταξὺ τῶν δικαίων ἡμῶν. Scilicet, ut de jure partium cognosceret in Synodo Endimonsa. Tamen Archiepiscopus cognitionem istam, quia illi non incumbebat ex muneris necessitate, in se suscipere noluit, ne juri Metropolitico præjudicium aliquid fieret. Tantum generaliter monuit, ut starent antiquæ consuetudini; subjicit enim Anastasius: ὁ δὲ ὅσιος γράμματα, scilicet Archiepiscopus, καὶ πρὸς ἐμὲ καὶ πρὸς αὐτὸν, γράψας ἀμφοτέροις, ὅτι μηδεὶς ὑμῶν μηδὲν καινοτομείτω, ἀλλὰ στοιχεῖτε τοῖς ἀρχαίοις, ἵνα γὰρ ἐγὼ, πῶς ὀφείλω τὰς μητροπόλεις τιμᾶν.

Referrem etiam ad Synodi ἐνδημούσης cognitionem Attici Episcopi Constantinopolitani litteras ad Agapetum Synodorum Episcopum in Phrygia Pacatiana, nisi potius ex lectione Socratis *L.* 7, *c.* 3, constaret, eum interpretis, & pararii pacem conciliantis, non autem judicis egisse munus. Etenim cum Theodosius Ortodoxorum Episcopus Macedonianos hæreticos gravissimis injuriis divexasset, ut ab illis contra jus fasque pecunias emungeret, præcipueque Agapetum hæreticorum Episcopum variis molestiis afflixisset, Constantinopolim tendit, mandatum a Præfecto Prætorio impetraturus, quo majore mole partes opprimeret. Interea Agapetus ad rectam sanamque de fide opinionem redit cum suo clero & populo, & dogma consubstantialis amplexus ad Ecclesiam Catholicam properat, & Sedem, in qua Theodosius considere consueverat, capessit, Ecclesiasque Metropoli Synadensi subjectas administrat. Redux Theodosius cum mandato Præfecti, rerum gestarum ignarus extemplo ad Ecclesiam pergit. Inde ab omnibus, qui aderant, expulsus, Constantinopolim, de injuria conquesturus, regreditur, coram Attico, se inique de Episcopatu deturbatum esse, deplorat. Atticus mœrorem Theodosii verbis lenivit, suadetque, ut genus vitæ quietum sectetur, communemque utilitatem suis privatis commodis anteponat. γνώσει τε τῷ Ἀγαπητῷ ἐᾶσθαι τῆς ἐπισκοπῆς αὐτὸν, ἐκ τῆς Θεοδοσίου λύπης κοινὸν ὑφειμένον. . . . . scilicet persuaso Theodosio,

dosio, Agapeto nihil ab eo timendum denunciabat, non vero cognitionaliter inter eos de Episcopatu decernebat.

Cæterum Archiepiscopus Constantinopoleos cum Synodo, si alienæ Diœceseos, Alexandrinæ puta, vel Antiochenæ quæstio proponeretur, absente Diœceseos Exarcho non de causa cognoscebat, sed litteris commendatitiis eum, qui meliori jure niteretur, apud proprium Patriarcham fovebat. Quod egit Proclus per Synodicas suas litteras ad Domnum Archiepiscopum Antiochenum scriptas in causa Athanasii Perrhæ Episcopi a Clericis suis, ut jactabat, Ecclesia expulsi, rogans disertis verbis Domnum, ut hujus negotii curam suscipiat, litemque judicet ipse; aut si *Perrhena* Ecclesia longe distet a civitate Antiochena, vicinioribus Episcopis audientiam committat, cum Metropolita Provinciæ ob inimicitias suspectus esset Athanasio. Extant Synodicum Procli & Cyrilli Alexandrini Epistola in Actis Concilii Chalcedonensis Act. 14, ipsaque Synodus Antiochena a Domno coacta ad hujus causæ discussionem. Τίσι δὲ εἰκότως γράμματα ἐπιτρέψαι τὴν κρίσιν. Cyr. *in Epist.* Τὰ τῶν ἀ... ἐκ... Proc. *in Syn.*

Porro consuetudo illa, quam Anatolius ad asserendam qualemcumque Synodi ἐνδημούσης auctoritatem prætendit, a facto Joannis Chrysostomi manasse videtur, qui quidem a Synodo ad Quercum convocata ab Imperatore Theodosio, & Præsidibus Theophilo Alexandrino, & Paulo Heracleæ Thraciæ Episcopo, celebrata damnatus: (Dignitate, Patriarchatus Honorarii non tantum Provinciæ Europæ sive Heracleensis, aut totius Thraciæ Diœceseos, sed etiam Ægyptiacæ, Anatolicæ, Asianæ, & Ponticæ Episcoporum conventum de Principis mandato exigente,) cum jussu Theodosii ad sedandum urbis tumultum a Preneto emporio e regione Nicomediæ sito, revocatus fuisset, Sedem suam licet invitus recepit, Decreto tamen sexaginta quinque Episcoporum, qui eo tempore Constantinopolim convenerant, in irritum missis, quæ fuerant acta ad Quercum. Συνελθόντων δὲ τότε ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀμφὶ ἑξήκοντα ἐπισκόπων, ἄκυρά τε τὰ ἐν τῇ δρυῒ πεπραγμένα, καὶ αὐτὸν ἔχειν τὴν ἐπισκοπὴν ψηφισάμενοι διετέλεσεν ἱερώμενος, inquit Soz. *L.8, c.19.* Episcoporum conventus iste nullis litteris Theodosii Principis est evocatus, sed casu accidit, ut Constantinopoli propter privata negotia eo tempore convenirent, & ad hanc sententiam expendenda est dictio τότε apud Sozomenum.

Inde, ut opinor, proficisci potuit usus, & consuetudo cogendorum ad Archiepiscopi Synodum Episcoporum ex omnibus Provinciis, & Diœcesibus, qui Constantinopolim undecumque appellerent. Adeo vero commoda visa est istius generis Synodus, ut etiam post constitutam Patriarchæ Constantinopolitani jurisdictionem in Asianam, Ponticam & Thraciam a Concilio Chalcedonensi, sæpe de gravissimis rebus una cum Episcopis Constantinopoli commorantibus Archiepiscopus disceptarit. Cujus rei illustre nobis erit exemplum Leonis Augusti Epistola ad Anatolium Constantinopolitanum, querentis de Synodi Chalcedonensis viribus & auctoritate, quænam esset omnium Episcoporum Christiani orbis sententia, ut his veluti de novo elicitis suffragiis exortas Alexandriæ seditiones componeret. Scribit ergo: *Tua siquidem reverentia omnes Ortodoxos Episcopos, qui in præsenti in hac urbe regia commorantur, nec non & reverendissimos Clericos ad se repente faciat convenire, & diligenter omnia pertractantes atque discutientes, de prædicto Timotheo, & Chalcedonensi Concilio, quid in commune sapitis, cum omni celeritate meam facite cognoscere pietatem.* Eodem sensu scriptæ sunt litteræ ad Leonem Romanum Pontificem, Basilium Antiochenum, Juvenalem Jerosolymorum, & ad Metropolitanos Episcopos in tertia parte Concilii Chalcedonensis.

Thomassinus *de N. & V. Eccl. Disc. P. II, Lib. III, cap.* 43. Quanquam per Canones Episcopalis residentiæ vindices, Episcopis haud liceret ad Aulam Principis accedere, nisi causis gravissimis, quibus procul ambitu, procul avaritia, Pastoralis una sollicitudinis necessitas illos implicaret; non poterant non semper tamen Constantinopoli versari satis magno numero Præsules, ut ex iis conflaretur Synodus quædam quasi perpetua, ubi Archiepiscopus urbis Regiæ præsideret, & spinosiores quasque Ecclesiæ Orientalis causas terminaret. Nec hujus loci est, nec nostri instituti, expendere an tam justis semper ratio-

tionibus abessent illi omnes Episcopi suis Ecclesiis, ut quod Ecclesiæ suæ damnum absentia sua infligebant, id plurimo suæ Constantinopoli præsentiæ & harum Synodorum fructo compensarent. Nec enim nos tam exemplis quam legibus incumbimus, vel iis exemplis quæ legibus consentanea sunt. Nec illud quidem suis supra locis prætermisimus, præstantissimos Episcopos, gravissimis malis conflictatos, maluisse in Ecclesiis suis sedere, & per litteras, vel per Diaconos negotia tractare, cum ea ratio cordatis quibusque videretur & minus invidiosa fuisse, & non minus felices plerumque exitus habuisse. Sed omnino fieri tamen non poterat, quin cum tam longe lateque pateret Romanum Imperium, cum innumerabiles per Provincias sparsi essent Episcopi, cum tam aptæ inter se, nexæque essent Imperii, & Sacerdotii res, tot semper Constantinopoli essent Episcopi, sola Ecclesiarum suarum vel necessitate, vel utilitate eo perducti, ut Synodum conflare possent.

Hæc ipsissima erat Synodus, quam Græci Ἐνδημοῦσαν dicebant, ut quæ perpetuo in Regia urbe hospitaretur. Quanquam singuli enim suis peculiaribus causis vacarent Episcopi; coibant tamen sæpissime cum Episcopo Constantinopolitano, in Synodum quandam veluti continuam; quæ plerasque disceptabat & dirimebat causas, quas Episcopo Constantinopolitano delegabat Imperator, aut quas partes ipsæ ejus committebant judicio, arbitrioque; invitante seu facilitate conveniendi in urbe Regia, sive auctoritate ejus Episcopi; qui gratissimos mollissimosque ad Imperatorem aditus haberet.

In hujusmodi Synodo Episcoporum Constantinopoli forte obversantium, Nectarius Constantinopolitanus Episcopus, judicavit de causa Agapii & Gabadii Episcoporum, qui de Bostrensi in Arabia Episcopatu contendebant, in finibus posito Antiocheni Archiepiscopi, sive Patriarchæ. Assidebant Nectario Theophilus Alexandriæ, Flavianus Antiochiæ, Helladius Cæsareæ in Cappadocia, Gelasius Cæsareæ in Palæstina Antistites, Gregorius Nyssenus, Amphilochius Iconiensis, Theodorus Mopsuestenus, aliique plures Episcopi. Episcopus urbis Regiæ, cui Canon nuperrimæ Synodi Constantinopolitanæ prærogativam tantam honoris & Sedis adsignaverat supra alios omnes Episcopos sub Romano Pontifice, non solum huic Concilio præerat Patriarchis cæteris, sed Judex sedebat in causa Patriarchatus Antiocheni. Ratio est, quod extraordinaria esset hæc Synodus, quod ex omnibus Orbis regionibus in eam confluerent Episcopi, quod ejus auctoritati suapte sponte assentirentur omnes, quod plurimas illi causas delegaret Imperator, quodque eam auctoritate Regia fulciret.

In istiusmodi Synodo exauctoratus est Gerontius Nicomediensis in Bithynia Episcopus, in Exarchatu Ponti; non a Nectario, ad quem de eo Ambrosius scripserat; sed a Chrysostomo, qui & Pansophium illi successorem designavit.

In istiusmodi quoque Synodo idem Chrysostomus aures commodavit querelis & accusationibus complurium Asiæ Episcoporum adversus Antonium Ephesinum Episcopum, qui ejus Synodi auctoritatem non detrectavit. Tres Episcopos Ephesum delegavit Chrysostomus, qui testes audirent; mox & ipse eo profectus est, nec paucos Episcopos simoniæ convictos gradu dejecit. Non est quod hic immoremur purgandis a calumnia bis Chrysostomi gestis. Immensæ enim cujusdam charitatis hæc erat effervescentia, modi & limitis impatiens, nec tam arctis inclusa terminis, atque jurisdictio; quod tamen illi totum postea crimini vertit invidia & odio malevolorum. Palladii tantum hic verba attexam de hacce Synodo urbis Regiæ. *Venerunt Constantinopolim Asiæ Episcopi, Ecclesiasticarum necessitatum gratia, & nobiscum remorati sunt, præsentibus & aliis Episcopis, e Scythia quidem Theotimo, ex Thracia vero Amone Ægyptio, & ex Galatia Arabiano, Metropolitis omnibus, ac senibus, qui viginti duorum numerum implebant.* Itaque in hanc Synodum coaluerant Episcopi trium Exarchatuum, Asiæ, Ponti, & Thraciæ.

In istiusmodi Synodo aliqua jussus est ab Imperatore Arcadio, & ab Imperatrice Eudoxia Theophilus Archiepiscopus Alexandrinus, seipsum purgare. Contra mox ipse Synodum in Palatio ad Quercum coegit, ubi & Chrysostomum citari jussit, ex reo derepente judex. Concilium Theophili triginta sex erat Episcoporum, quos ex Ægypto abduxerat secum; in Synodum Chrysostomi defen-

sensarricem quadraginta confluxerant. Eorum in numero erat Palladius, qui & hæc narrat: *Eramus cum Joanne quadraginta Episcopi, tunc in Episcopatus triclinio sedentes, admirantesque, quomodo qui solus venire jussus erat, ac pro nefariis respondere criminibus, tot sociatus Episcopis venerat; quo item modo sententias Principum immutarat*. Non immerito stupet Palladius, qui potuisset Theophilus triginta sex adgregare Episcopos; minime tamen miratur quod quadraginta cum Chrysostomo starent, quod ea Episcoporum copia Constantinopoli frequens semper, & pene inevitabilis esset. Sed causa & jurisdictione, magis quam numero vincebat Synodus Chrysostomi. Cum enim Theophilus inverecunde citari eum fecisset, responsum a Chrysostomi Synodo, nihil Theophilum posse extra Ægypti limites moliri, nisi in Canonum contumeliam, qui eos illi fines delineassent: æquius esse, ut ipsemet se Synodo sisteret Chrysostomi, ut numerosiori, & in propria civitate, & ex pluribus Provinciis: *Si impatiens solvis Nicæni Concilii Canones, causasque citra terminos tuos cognoscere vis, ipse ad nos transi, in bene institutam civitatem: neque instar Cain Abel in campum provoces, ut nos te primum audiamus. Habemus enim contra te libellos capitum septuaginta, apertas atque nefarias actiones continentes. Pluresque per Dei gratiam sumus, quam tua Synodus, congregati. Nam tua quidem Synodus triginta & sex habet Episcopos ex una Provincia; nos autem quadraginta sumus, ex variis Provinciis, in quibus septem sunt Metropolitæ, & necessario convenit pauciores a pluribus ac præstantioribus secundum Canones judicari*.

Quod nec mirum, nec rarum est, Aulæ favore labefactata æquitas est, Chrysostomus exilio damnatus. Sed non multo post revocatus, quadraginta duorum rursus Episcoporum Synodo succinctus fuit: *Adjunctis sibi quadraginta duobus Episcopis*, ut ait Palladius: quibus tametsi summa contentione animi pro eo connitentibus, iterato Chrysostomus deportatus est exilio. Affirmat Sozomenus, sexaginta Episcopos Constantinopoli revertos, cum eo revocatus est Chrysostomus, Synodico decreto suo rescidisse sententiam Synodi ad Quercum. Non possumus non summis afficere laudibus infractam Synodi Regiæ Urbis constantiam, quæ Chrysostomi innocentiæ non adversus Theophilum modo, sed adversus potestatem & iram Imperatricis in Chrysostomum conjuratæ, patrocinata est. Hoc exemplo purgari potest suspicio & invidia, qua flagrant plerumque Episcopales Synodi, quæ in Palatio Regum adgregantur; quasi per fas nefasque libidini Principum serviant, Ecclesiæque dignitatem humanis cupiditatibus infringi & debilitari sinant.

Hi ipsi Episcopi forte Constantinopoli reperti, eoque profecti, ut ajebat Palladius, *Ecclesiasticarum necessitatum gratia*, ad Concilium Ephesinum I perscripsere, quid rei gestum esset Constantinopoli in fidei Catholicæ defensionem, utque in Nestorii fautores sanctissime conjurassent Laici, Monachi, Clerici, quod ab illis fucus fieret Imperatori. *Rescriptum Episcoporum Constantinopoli inventorum*. His scilicet Episcopis vicissim Synodicam suam Epistolam inscripsere Ephesini ipsi Concilii Patres, nec non & Clero urbis: *Desideratissimis Comministris Constantinopoli agentibus, & religiosissimis ejusdem civitatis Presbyteris & Diaconis*. Hi ipsi ad Concilium rescripsere, advolaturos se Ephesum fuisse, ad aliquam certaminum & palmarum societatem, nisi omnia terra marique itinera ab adversariis veræ fidei & pietatis obsepta fuissent; sed illis nequicquam furentibus, sedulo navasse se operam, ut magno & forti animo esset Clerus populusque; si Synodi mandato jubeantur, protinus se maria tranaturos, nec ullis quantiscumque periculis deterritum iri, quominus Ephesum pergant, & in aciem cum ipsis descendant pro fidei tuenda integritate. Per Epistolas rursum Ephesini Concilii Antistites gratulati vicissim illis sunt, tamquam commilitonibus suis, & ejusdem pugnæ victoriæque consortibus: propriæ eorum laudi id tribuere, quod populo Urbis animos & calcaria addidissent, terrorem incussissent hostibus; denique hortati sunt, ne Constantinopoli discederent, atque Imperatorem commonefacerent de veritate & æquitate causæ Orthodoxorum. Denique confirmavit Ephesina Synodus sententiam, qua Massalianos Hæreticos compresserat in ejusdem generis extraordinario Concilio Sisinnius Episcopus Constantinopolitanus.

In

tatur, fundamentum. Quid enim? Nonne, antequam secundariæ constituerentur Ecclesiæ, loca omnia in primariarum Ecclesiarum erant potestate? (Vid. supra quæst. I, §. 3, 4.) Magnum ne, si rebus ita suadentibus (Vid. supra L. I, quæst. XXV.) minusculæ quædam villulæ ad priorem redeant Dominum? Neque vero Patriarchæ, cum agrum suum distribuerunt, singulasque partes singulis Episcopis excolendas tradiderunt, omni suo pristino jure se se exuerunt.

§. VI. Hoc Stauropegii jure usus quodammodo esse videtur etiam Patriarcha Romanus, cum Regularium, ac

Constantinopolis antiqua consuetudine permittitur ampla Stauropegia concedere, oblationem & commemorationem sui nominis habere, non tantum in propriis suis locis quibuslibet & in immobilibus bonis monasteriorum, quæ ipsi subsunt, &c. Ubi non negatur eodem jure potiri Patriarchas alios, sed Metropolitas quosvis Diœcesis ipsius. Rursum cap. 9. *Constantinopolitanus Præsul in aliarum Sedium ditionibus, ubi nulla præcessit templorum consecratio, Stauropegia potest dare.* Ubi illud videtur innuere quod superius observabam ex Macario Ancyrano, Byzantinum Episcopum illo *Stauropegii* jure in aliorum quoque Patriarcharum Diœcesibus potitum esse. Atqui Blastares circa annum 1335, & quinquagesimum ab obitu Michaelis Paleologi scribebat, suæque proinde ætatis, non priscæ, morem efferebat. Ac sane Martinus Crusius *in Turco-Græc. lib. IV,* epistolas tres recitat sub Hieremia II Patriarcha post annum 1575 scriptas; quibus eadem *Stauropegii* potestas commendatur qua Byzantini Antistites etiamnum fruuntur.

Rursus in jure Græco-Romano *lib. II, cap. VIII*, ex Theodoro Balsamone edictum affertur Alexii Comneni, quo Patriarchæ jurisdicendi potestas vindicatur in omnia suæ ditionis Monasteria, seu illa sæcularibus aliisve personis elocata sint, seu dono concessa, (de qua elocatione & donatione posthac alibi dicetur) ut delictum omne aut scelus quod in eis admissum audiverit, ipse per se, diaconosve suos emendare possit; quin & eos qui monasteria tenent, cogat ad sarcienda damna quæ evenerint, aut a Beneficiariis istis illata fuerint.

Ut vero Byzantinus Patriarcha Stauropegii illo jure summam in Diœcesis suæ Ecclesias potestatem ostentabat, ita Romanorum quoque Pontificum in Byzantinam ipsam Ecclesiam potestas ex eo commendatur, quod intra ejusdem Regiæ illius Urbis muros ad tempora usque Photii, deincepsque monasterium S. Sergii proprio jure suo tenebant, ac gerebant. Id quod quidem Joannes VIII, *epist.* 251 Basilio Imp. ejusque filiis data significat. Illis grates agit, quod illud monasterium, *quod Ecclesia Romana jure proprio quondam retinuit, divina inspiratione repleti, pro honore Principis Apostolorum nostro Præsulatui restituistis.* Vigilium Papam Justiniani Imp. iram veritum ad S. Sergii Basilicam confugisse tradit Theophanes ad ejusdem Justiniani ann. 20. Domum Placidiæ cum altari quod Sanctæ Sedis dicebatur, Romani Pontificis Responsalibus propriam in vita S. Martini Papæ I legimus. Omitto monasterium Ordinis Benedictini Cluniacensis, quod in suburbio Constantinopolis exstructum erat. Nimirum par erat ut Constantinopoli sua Stauropegia Romanus Pontifex haberet, qui potiori jure Œcumenicus Papa appellandus esset, immo ab ipsismet Orientis Episcopis appellatus esset in Chalcedonensi Synodo, aliisque deinceps.

Benedict. XIV Bull. *Const.* 98, §. 19. Neque omissa fuit accurata in Orientalis Ecclesiæ leges disquisitio; & quamvis, juxta earumdem præscriptum, agnoverimus, Monasteria, & Monachos Episcopo subesse debere, Patriarchæ autem competere jus *Stauropegii*, nimirum figendæ Crucis in Monasteriorum fundatione, ex quo sequebatur, ut Monasterium, licet extra ipsorum peculiarem Diœcesim, in alicujus Episcopi Suffraganei finibus situm esset, ipsi tamen Patriarchæ immediate subjectum, atque ab Episcoporum localium jurisdictione omnino exemptum remaneret. Attamen hujusmodi *Stauropegii* jus, quod Pa-

ac Monachorum Congregationes, Communitatesque ab Episcoporum vinculis exemit, easque sub Jus, Jurisdictionem, potestatemque redegit suam. Verum de his alias.



Q U.

Patriarchis, ut supra, concessum fuit, nunquam ad Metropolitanos extensum fuisse cognovimus; quinimmo sicubi tale quidpiam ab eis attentatum fuit, id veluti alieni juris usurpationem habitum fuisse conspeximus.

QU. XXVII.

Cujusnam est Diœcesana seu Plenaria (a) Concilia indicere?

§. I. Ac de re luculentissimum habemus Canonem latum in Synodo Œcumenica VIII, cujus particulam supra recitavimus. Eccillum tibi. Hæc Sancta Synodus tam *in seniori, & nova Roma, quam in Sede Alexandriæ, Antiochiæ, & Jerosolymorum PRISCAM CONSUETUDINEM decernit in omnibus conservari, ita ut eorum Præsules Universorum Metropolitarum, qui ab ipsis promoventur sive per manus impositionem, sive per Pallii dationem Episcopalis dignitatis firmitatem accipiant, habeant potestatem videlicet ad convocandum eos urgente necessitate ad SYNODALEM CONVENTUM, vel etiam coercendum illos, & corrigendum; cum fama eos super quibusdam delictis forsan accusaverit... Consueverunt autem Metropolitani*

(a) Vid. Benedict. XIV *de Sy. Diœc. lib.* 1, *c.* 1, §. 2. Synodorum, ex Petro de Marca *lib.* 6 *de Concordia &c. cap.* 24, *n.* 5, aliæ olim dicebantur *Regiæ*, quæ non ex Episcopis solum constabant, verum etiam ex Optimatibus, & Comitibus Regni, ut omnium suffragiis leges conderentur, ad utramque politiam, Ecclesiasticam, & civilem, disponendam. Hujus generis Concilia frequentia fuisse Constantinopoli, observat Thomassinus *de veter. & nov. Eccles. disciplin. part.* 2, *lib.* 3, *cap.* 46. Frequentissima vero fuerunt in Gallia, cujus piissimi Reges, uti animadvertit Baluzius *in notis ad Capitularia Regum Francorum tom.* 2, *col.* 1028, nil grave decernebant sine Episcoporum, & Optimatum consilio, quod ipsimet fatebantur in suis edictis, quorum vetustissima formula, edita a Bignonio *in notis ad Marculphum lib.* 1, *cap.* 25, hæc erat: *Nos una cum Apostolicis viris Patribus nostris Episcopis, Optimatibus, cæterisque Palatii nostri Ministris &c.* Aliæ fuerunt, & sunt Synodi *Ecclesiasticæ*, in quas soli conveniunt Sacerdotes, ut de rebus statuant ad Ecclesiam pertinentibus. Tres istarum species commemoravit S. Augustinus *lib.* 2 *de Baptismo contra Donatistas cap.* 3, *tom.* 9 *Oper. edit. Parisien. Monachor. Benedictinorum S. Mauri col.* 98, nimirum, quæ per singulas regiones, quæ per singulas provincias fiunt, & quæ ex universo Christiano orbe congregantur; quibus quartam addit Concilium Toletanum IV, *cap.* 3, *tom.* 3 Collectionis Harduini *col.* 579, illius mentionem faciens, quæ ex unius regni, vel nationis Episcopis conflatur. Quare Conciliorum, seu Synodorum, quatuor nunc genera passim Auctores enumerant, *Generalia, Nationalia, Provincialia, & Diœcesana. Generalia*, quæ & *Œcumenica* dicuntur, ea sunt, ad quæ vocantur Episcopi totius orbis, qui possunt, & debent iisdem interesse, nisi legitime impediantur, & quibus præsidet Romanus Pontifex vel per se, vel per suos Legatos. *Nationalia* sunt, in quæ conveniunt Archiepiscopi, & Episcopi unius regni, vel nationis, præside ejusdem nationis Patriarcha, vel Primate. Hæc quandoque vocari *universalia*, quia scilicet talia sunt, quo ad illud regnum, seu nationem, quamvis absolute, & quo ad totam Ecclesiam, universalia non sint, notavit Bellarminus *tom.* 2 *Controvers. lib.* 1, *de Conciliis cap.* 4: quocirca S. Augustinus *Epist.* 215 *ad Valentinum, num.* 2, *tom.* 2 *Oper. col.* 794, secundam Synodum Africanam, sub Zosimo Papa anno 418 celebratam, nuncupavit *plenariam*; & *Sy-*

tani bis in anno Synodos facere, ideoque, ficut dicunt, ad Patriarchale penitus non poſſe concurrere caput. Sed Sancta hæc, & Univerſalis Synodus nec Concilia, quæ a Metropolitis fiunt, interdicens, multo magis illa novit rationabiliora eſſe, ac utiliora Metropolitanorum Conciliis, quæ a Patriarchali Sede congregantur, & idcirco fieri exigit. A Metropolita quippe unius Provinciæ efficitur, a Patriarcha vero ſæpe totius cauſa Diœceſeos diſpenſatur, ac per hoc communis cauſa providetur. Propter quod & ſpeciale propter generale bonum deſpici convenit, cum a Majoribus ſuper hoc facta fuerit advocatio: quamvis apud quoſdam Metropolitanorum ANTIQUA CONSUETUDO, ET CANONICA TRADITIO per contemptum ipſorum poſtpoſita videatur, non concurrentibus eis ad communem profectum, quos leges Eccleſiæ ſevere condemnantes, omni excuſatione ſemota ſubjacere vocationibus proprii Patriarchæ, ſive cum communiter, ſive cum ſingulatim factæ fuerint, exigunt. Hæc Conſtantinopolitani Patres anno 869, *can.* 17, ex quibus intelligimus, Generalia univerſæ Diœceſeos Concilia indicendi poteſtatem fuiſse penes Patriarcham.

§. II. Hujuſce Patriarchicæ auctoritatis longe antiquiorem (an. 450.) teſtem habemus Theodoretum Cyrri Comagenis Provinciæ Epiſcopum *epiſt.* 81, ubi crebras ſuas memorat itiones Antiochiam ad Patriarchalia Concilia, ne in Eccleſiaſticorum Canonum offenſionem incurreret.

Quod ſi ſuperiora tempora conſulamus, en tibi ſæculo IV S. Athanaſium, qui generalem Univerſæ Ægypti Synodum coegit an. *363*; (Vid. epiſt. S. Ath. in Lib. de fide ad Jovianum, & Theodoret. *lib.* 4 *H. E. cap.* 3) Sæculo III Dionyſium Alexandrinum, qui adverſus gliſcentem Sabelii hæreſim Ægyptiacos, Pentapolitanos, Libycoſque omnes Epiſcopos convocavit, Sæculo II Policratem, qui totius Aſiæ præfuit Concilio.

§. III. Cum Conſtantinopolitani Epiſcopi cuniculos agerent, quibus ad Pa-

---

Synodus Toletana III, anni 589, *cap.* 18, ſe appellavit univerſalem, inquiens: *Præcipit hæc ſancta, & univerſalis Synodus*. Verum Natalis Alexander *hiſt. Eccl. ad ſæc. III, diſſert.* 24, oportune animadvertit, ea fere ſemper plenaria, & univerſalia dicta eſſe cum aliqua limitatione, qua a vere Œcumenicis diſtinguerentur. Sic præfata Synodus Africana dicta quidem eſt plenaria ab Auguſtino, ſed plenaria *totius Africæ*. Et Synodus Carthaginenſis III, *cap.* 7, ſimile Concilium vocavit *univerſale anniverſarium*: *Sin autem nec ad Concilium univerſale anniverſarium occurrere voluerit*: ut ſignificaret, ſe de illo loqui, ad quod omnes Africani Epiſcopi ſingulis annis confluebant. Allatum autem Toletani III exemplum dubium eſt; nam in pleriſque antiquis codicibus verbum illud *univerſalis* deſideratur, ejuſque loco legitur *veneranda*, quod videri poteſt in Collectione Harduini *tom.* 3, *col.* 482, & in Labbeana *tom.* 5, *col.* 1013, ſolumque *univerſalis* legitur in Iſidoriana Collectione, & apud Ivonem *part.* 4 *Decret. cap.* 244. *Provincialia* ſunt, in quibus conveniunt Epiſcopi unius Provinciæ ſub eorum Archiepiſcopo, ſeu Metropolitano. *Diœceſana* tandem nominantur, quæ quilibet Epiſcopus congregat ex Parochis, Presbyteris aliiſque Clericis ſuæ Diœceſeos, quibus ipſe præeſt.

Notiſſima, & pervulgata eſt hæc Conciliorum diviſio; eamque communiter tradunt Doctores, præſertim Melchior Canus *de Loc. Theolog. lib.* 5, *cap.* 3, Cardinalis Bellarminus *cit. lib.* 1 *de Concil. c.*4, Cabaſſutius *in Notitia Eccleſiaſt. ſæculi primi, in obſervation. de Conciliis Eccleſiæ num.* 3, Doujat *Prænotion. Canonic. lib.* 2, *cap.* 1, *num.* 3, & 4, Duvallius *de ſupr. poteſtat.* Rom.

Patriarchalem titulum & rem obreperent, manibus pedibusque obnixi fuerunt, ut ad alias Patriarchicas prædas Jus Diœcesanorum Conciliorum habendorum cumulus accederet. Hinc suam duxere originem Synodi *Endimousæ* (b).

QU.

Roman. Pontif. part. 4, *quæst.* 1, ac Alphonsus Guerrerius in suo, non omnibus obvio Tractatu *de Conciliis*, quem anno 1545 edidit, & Carolo V Imperatori dicavit, qui reperitur inter Miscellanea Bibliothecæ Cardinalis Passionei *tom.* DLVI, & novissime Oddo Scharz *ad Decretales Gregorii IX*, *tit.* 2, *de Constitut.* §. 2, *quæsit.* 4. Attamen accurate pervolventi Ecclesiastica monumenta, nonnulla occurrunt Concilia, a Romanis Pontificibus celebrata, quæ ad nullam ex enumeratis speciebus referri commode possunt, sed videntur quodammodo mixta ex Provincialibus & Diœcesanis. Illis quippe aliquot interfuere Episcopi, quos in Urbe inveniri contigit, atque insuper Romani Presbyteri, aliique Ecclesiastici viri, sive hi ad Romani Cleri cœtum pertinerent, sive ex alienis Diœcesibus Romam advenissent. Ejusmodi fuit Concilium illud, quod Cornelius Papa circa annum 251 Romæ habuit, ut de causa judicaret Maximi, Urbani, & Sidonii, qui, ejurato schismate, in Ecclesiam recipi poscebant; de quo idem Cornelius in *epistola ad Ciprianum*, quæ est 46, hæc scribit: *Omni igitur actu ad me perlato, placuit contrahi Presbyterium. Adfuerunt etiam Episcopi quinque, qui & hodie præsentes fuerunt, ut firmato consilio, quid circa personam eorum observari deberet, consensu omnium statueretur.* Haud absimile est Concilium ab Agathone Papa ex sexdecim Episcopis, & universo Romano Clero in Constantiniana Basilica congregatum pro componendis rebus Ecclesiæ Britannicæ: cujus Acta referuntur in novissima Collectione Conciliorum Britanniæ Davidis Wilkins *tom.* 1, *pag.* 47. Nec diversa fuit Synodus habita a S. Gregorio Magno, cui subscripsisse legimus Episcopos duos & viginti, & Romanæ Ecclesiæ Presbyteros tres supra triginta, in Collectione Harduini *tom.* 3, *col.* 498. Alia similium Conciliorum exempla videri possunt collecta in *Tractatu de studio Conciliorum*, Gallico idiomate conscripto, & Parisiis edito anno 1724, *pag.* 558, eorumdemque meminit etiam Cabassutius in brevi Dissertatione *de urbanis, seu popularibus Synodis*, post Synodum Constantinopolitanam sub Patriarcha Menna anno 536. Quin etiam animadvertere hic libet cum Thomassino *cit. part.* 2, *lib.* 3, *cap.* 43, Constantinopoli cum satis magno numero Præsules continuo versarentur, ibi quamdam quasi perpetuam Synodum fuisse conflatam, cui Regiæ urbis Antistes præsidebat, & difficiliores quasque Ecclesiæ Orientalis causas terminabat. In ejusmodi Synodo Episcoporum Constantinopoli forte obversantium, Nectarius Constantinopolitanus Episcopus de causa judicavit Agapii, & Gabadii, de Bostrensi in Arabia Episcopatu inter se contendentium, sicuti habetur *Jur. Orient. part.* 1, *pag.* 247. In simili Synodo a Chrysostomo exauctoratus est Gerontius Nicomediensis in Bithinia Episcopus, quod narrat Sozomenus *lib.* 8, *cap.* 6. In eodem Synodo idem Chrysostomus querelas & accusationes audivit complurium Asiæ Episcoporum adversus Antonium Ephesinum Episcopum, quemadmodum refert Palladius *in Dialogo historico de vita & conversatione Beati Joannis Chrysostomi Episcopi Constantinopolis*, qui extat *tom.* 13 *Operum* ejusdem Chrysostomi editionis Patris Montefaucon anni 1738. Jam vero cum ab his Synodis abessent laici, & soli in illis assiderent Episcopi, quod colligitur ex eodem Palladio, qui præfatam Synodum exacte describens, solos Episcopos enumeravit, cumque præterea in illis causæ dumtaxat disceptarentur ad Ecclesiæ forum spectantes; diversæ profecto erant a Synodis illis Regiis, de quibus supra; ac proinde aliam constituunt Ecclesiasticæ Synodi speciem, ab iis quatuor distinctam, quas communiter Doctores recensent.

(b) De Marca *de Constantinopolitani Patriarchatus Institutione*. Quia jus nullum Synodi Patriarchalis cogendæ Constantinopolitanis competebat, ut illius aliquo modo vices implerent, ingenioso commento minutionem istam farciverunt. Quippe cum insano quodam studio ex omnibus orbis Romani

Pro-

Provinciis sub specie negotiorum Ecclesiasticorum Episcopi ad aulam Imperatoris accederent, injustis & importunis sæpe flagitationibus Magistratus, & sæculares functiones charis suis ambientes, ut conqueritur Osius in Synodo Sardicensi Can. VII, fiebat, ut sexaginta & amplius Episcopi primi & secundi gradus in urbe Constantinopolitana moram facerent, quibus id in more positum erat, ut Palatium Imperatorem salutaturi non singulatim, sed ut corpus Episcoporum adirent, ut observat Sozom. *L.* 7, *c.* 6. τῶν ἐνδημούντων ἐπισκόπων τῆς Κωνσταντινουπόλεως παραγενομένων εἰς τὰ βασίλεια, ὅσα γε εἰκὸς ἀσπάσασθαι τὸν κρατοῦντα. Si quod ergo dubium Canonicum incideret, procul dubio ab illis consulendus erat secundæ dignitatis Episcopus; qui porro, ne spretos haberet tot Episcopos in urbe commorantes, eos in consilium adhibebat, ut prudenti responso secundum Canones proposita quæstio finiretur. Hic Conventus tot Episcoporum, cui præsideret Archiepiscopus regiæ urbis, statim adulatione fœda invitis Canonibus Synodi nomen sortitus est, &, quod ex occasione introductum fuit, ipsa consuetudine Synodi Canonicæ robur contra Canones assumpsit.

Quod luculentissime demonstrat illustris locus in Act. IV Concil. Chalced. ubi querela Photii Episcopi Tyri, & Synodi Constantinopolitanæ sub Anatolio temerarius ausus retexitur. Obtinuerant Berytenses ab Imperatore Theodosio jus Metropoleos in Provincia Phœniciæ primæ, sex urbibus a jure Tyrensis urbis, & Ecclesiæ recisis, & Beryto adjudicatis. Rescriptum Principis confirmavit Synodus habita Constantinopoli sub Anatolio, depositionem comminata Photio, ni præberet assensum novitati. Et ne Maximi Antiocheni Patriarchæ, cui Phœnicia parebat, deesset auctoritas, licet ille Episcopali Conventui non interesset, quia tamen Constantinopoli degebat, ad eum est allata charta Synodica subscripta ab Anatolio Archiepiscopo, quem sequens Domnus subscripsit, καὶ τούτῳ ἀκολουθήσας κἀγὼ ὑπέγραψα. Subscripsit & Photius, sed coactus; ita ut postea duos Episcopos in distractis Urbibus ordinaret; quod factum a Synodo Constantinopolitana excommunicationem in Photium absentem, & in auditum per centum & viginti duos dies provocavit. Integram hujus negotii discussionem Synodo Chalcedonensi permisit Imperator Marcianus. Quæ nulla principalis rescripti, aut Synodicæ confirmationis ab Anatolio factæ ratione habita, Photio Tyrensis Ecclesiæ Metropolitæ jus antiquum omnino restituit. Sed hic est advertenda cognitorum judicum interlocutio. *Dicat*, inquiunt, *sancta Synodus, an Synodum appellare oporteat, Conventum Episcoporum, qui in regia civitate diversantur. . . . . . .* Tryphon Episcopus Chii respondit: *Synodus appellatur, & conveniunt & laborantes aliqua oppressione sua jura nanciscuntur. . . . .* Sed Anatolius ipse, cui præcipue incumbebat, ut Judicibus & toti Concilio causam suam approbaret, ait: *Tenuit pridem consuetudo, ut qui in magna hac civitate morantur sanctissimi Episcopi, cum eos temporis occasio vocat, de emergentibus quibusdam Ecclesiasticis causis conveniant ac singula definiant, responsoque eos dignentur, qui precantur aliquid. Nihil ergo a me factum est, quod Novitati sit affine: nec sanctissimi, qui in civitate erant Episcopi, novam formam protulerunt, ac ostendit præsentiam Episcoporum actio, quæ facta est. . . . .* Hic gnaviter observatum velim, Anatolium non ausum asserere sibi novam auctoritatem ex Canone III Synodi Constantinopolitanæ, sed tantum ex consuetudine. Etenim non modo Canon tertius, Synodi cogendæ in urbe Constantinopolitana jus non constituebat, quin potius prohibebat Canone II, cum ex Synodi Nicænæ definitione omnes quæstiones Canonicas Synodis Provinciæ committebat. Secundo loco notandum est, nullam jurisdictionem Canonicam huic Synodo competivisse, ita ut actores ad tribunal suum cogeret, vetaretque alibi disceptationem proponere, sed tantum prorogata consentientium partium jurisdictione usam, ut insinuat Anatolius: καὶ ἀνακρίσεως ἐξ ὧν τῶν δεομένων. Tertio est observandum, Synodum istam consuetudine introductam non constare Episcopis evocatis per litteras tractorias e Provinciis, quale jus competit Metropolitanis Episcopis ex Conciliis Antiocheno, Carthaginensi, Chalcedonensi aliisque plurimis, sed iis tantum, qui, prout res nascerentur, Constantinopoli forte fortuna reperirentur. Erant in-

ἐνδημοῦντι Episcopi, non vero τυγχάνοντες. Quare Synodus illa Constantinopolitana vocata fuit ἐνδημοῦσα Σύνοδος, id est Episcoporum ἐνδημούντων. Ejus rei exemplum illustre desumitur ex Actis Synodi Constantinopolitanæ habitæ sub Flaviano Archiepiscopo Constantinopoleos adversus Eutychetem *Archimandritam*, quæ referuntur Act. I Syn. Chalced. ἐν τῇ φιλοχρίστῳ, καὶ βασιλευούσῃ Κωνσταντινουπόλει νέα Ρώμῃ, συναχθείσης τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης Συνόδου, τῆς ἐνδημούσης ἐν τῇ προειρημένῃ μεγαλοπόλει, ἐν τῷ σηκρητῷ τοῦ ἐπισκοπίου προκαθεζομένου τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Φλαβιανοῦ. Ecce diserte vocatur Synodus ἐνδημοῦσα, id est Episcoporum in Civitate morantium, passimque Patres illi in omnibus Actionibus se ἐνδημοῦσαν Σύνοδον indigitant. Hinc est, quod Eutyches ad minuendam Synodi sub Flaviano auctoritatem, ait, se ab Eusebio Episcopo Dorylæi hæreseos accusatum coram Flaviano, & aliis Episcopis, qui tunc *pro privatis caussis* in urbe degebant regia; in confessione fidei a se proposita Ephesino Concilio sub Dioscoro, & relata in Act. I Concilii Chalced. παρὰ Εὐσεβίου Δορυλαίου λιβέλλους ἐπιδόντες κατὰ ἐμοῦ τῷ εὐλαβεστάτῳ Φλαβιανῷ, καὶ τοῖς ἐκ διαφορισίων ἕνεκα αἰτιῶν ἐνδημοῦσι τότε τῇ βασιλευούσῃ. Porro Constantinopoleos Archiepiscopi sibi jus illud usurparunt, ut in Synodo ἐνδημούσῃ de fide, & relationibus Metropolitanorum cognoscerent, sicut monebat Anatolius, & docent Acta dictæ Synodi sub Flaviano, quæ non solum hæreseos damnavit Eutychetem, idque Canonice περὶ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, inquit Paschasinus in Damnatione Dioscori; sed & Florentii Episcopi Sardium Metropolis Provinciæ Lydiæ in Asiana Diœcesi, relationi factæ contra Joannem, & Cossinium Episcopos sub se constitutos responsum dedit. Ἀναγινωσκομένης ἀναφορᾶς σταλείσης παρὰ Φλωρεντίου τῆς Σαρδιανῶν μητροπόλεως τῆς ἐπαρχίας Λυδῶν, τύπος τε δοθέντος αὐτοῖς ἐπὶ τοῖς ἀναγνωσθεῖσιν. Hinc illustranda est Anastasii Nicæni Episcopi, adversus Eunomium Nicomediensem Flaviano Archiepiscopo Constantinopoleos porrecta petitio super ordinatione Episcopi Basilinopoleos, quam sibi Nicænus ex antiqua consuetudine contra jus Nicomediensis Metropolitæ vindicabat. ἐπιδοὺς inquit, λιβέλλους τῷ Ἀρχιεπισκόπῳ γενόμενος ἀξιῶ, αὐτὸν καλέσαι τὸν κῦριν εὐτόμιον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ δικάσαι μεταξὺ τῶν δικαίων ἡμῶν. Scilicet, ut de jure partium cognosceret in Synodo Endimousa. Tamen Archiepiscopus cognitionem istam, quia illi non incumbebat ex muneris necessitate, in se suscipere noluit, ne juri Metropolitico præjudicium aliquid fieret. Tantum generaliter monuit, ut starent antiquæ consuetudini; subjicit enim Anastasius: ὁ δὲ γέγραμμαι, scilicet Archiepiscopus, καὶ πρὸς ἐμὲ καὶ πρὸς αὐτὸν, γράψας ἀμφοτέροις, ὅτι μηδὲν ὑμῶν μηδὲν καινοτομεῖτε, ἀλλὰ στοιχεῖτε τοῖς ἀρχαίοις. ἵνα γὰρ ἐγὼ, πῶς ὀφείλω τὰς μητροπόλεις τιμᾶν.

Referrem etiam ad Synodi ἐνδημούσης cognitionem Attici Episcopi Constantinopolitani litteras ad Agapetum Synodorum Episcopum in Phrygia Pacatiana, nisi potius ex lectione Socratis *L.* 7, *c.* 3, constaret, eum interpretis, & pararii pacem conciliantis, non autem judicis egisse munus. Etenim cum Theodosius Ortodoxorum Episcopus Macedonianos hæreticos gravissimis injuriis divexasset, ut ab illis contra jus fasque pecunias emungeret, præcipueque Agapetum hæreticorum Episcopum variis molestiis afflixisset, Constantinopolim tendit, mandatum a Præfecto Prætorio impetraturus, quo majore mole partes opprimeret. Interea Agapetus ad rectam sanamque de fide opinionem redit cum suo clero & populo, & dogma consubstantialis amplexus ad Ecclesiam Catholicam properat, & Sedem, in qua Theodosius considere consueverat, capessit, Ecclesiasque Metropoli Synadensi subjectas administrat. Redux Theodosius cum mandato Præfecti, rerum gestarum ignarus extemplo ad Ecclesiam pergit. Inde ab omnibus, qui aderant, expulsus, Constantinopolim, de injuria conquesturus, regreditur, coram Attico, se inique de Episcopatu deturbatum esse, deplorat. Atticus mœrorem Theodosii verbis lenivit, suadetque, ut genus vitæ quietum sectetur, communemque utilitatem suis privatis commodis anteponat. γνώμῃ τε τῇ Ἀγαπητοῦ ἐδέξατο τῆς ἐπισκοπῆς μηδὲ, ἐκ τῆς Θεοδοσίου λύπης κινηθεὶς ὑφορώμενος. . . . . scilicet persuaso Theodosio,

dosio, Agapeto nihil ab eo timendum denunciabat, non vero cognitionaliter inter eos de Episcopatu decernebat.

Cæterum Archiepiscopus Constantinopoleos cum Synodo, si alienæ Diœceseos, Alexandrinæ puta, vel Antiochenæ quæstio proponeretur, absente Diœceseos Exarcho non de causa cognoscebat, sed litteris commendatitiis eum, qui meliori jure niteretur, apud proprium Patriarcham fovebat. Quod egit Proclus per Synodicas suas litteras ad Domnum Archiepiscopum Antiochenum scriptas in causa Athanasii Perrhæ Episcopi a Clericis suis, ut jactabat, Ecclesia expulsi, rogans disertis verbis Domnum, ut hujus negotii curam suscipiat, litemque judicet ipse; aut si *Perrhena* Ecclesia longe distet a civitate Antiochena, vicinioribus Episcopis audientiam committat, cum Metropolita Provinciæ ob inimicitias suspectus esset Athanasio. Extant Synodicum Procli & Cyrilli Alexandrini Epistola in Actis Concilii Chalcedonensis Act. 14, ipsaque Synodus Antiochena a Domno coacta ad hujus causæ discussionem. *Τίσι δὲ οἰκείων γραμμάτων ἐπιτρέψαι τὴν ἀκρόασιν.* Cyr. *in Epist.* *Τινὰ τῶν Αἰγυπτιακῶν ἐκ σκότων ἀνῆψαι τῆς ὑποθέσεως.* Procl. *in Syn.*

Porro consuetudo illa, quam Anatolius ad asserendam qualemcumque Synodi *ἐνδημούσης* auctoritatem prætendit, a facto Joannis Chrysostomi manasse videtur, qui quidem a Synodo ad Quercum convocata ab Imperatore Theodosio, & Præsidibus Theophilo Alexandrino, & Paulo Heracleæ Thraciæ Episcopo, celebrata damnatus: (Dignitate, Patriarchatus Honorarii non tantum Provinciæ Europæ sive Heracleensis, aut totius Thraciæ Diœceseos, sed etiam Ægyptiacæ, Anatolicæ, Asianæ, & Ponticæ Episcoporum conventum de Principis mandato exigente,) cum jussu Theodosii ad sedandum urbis tumultum a Preneto emporio e regione Nicomediæ sito, revocatus fuisset, Sedem suam licet invitus recepit, Decreto tamen sexaginta quinque Episcoporum, qui eo tempore Constantinopolim convenerant, in irritum missis, quæ fuerant acta ad Quercum. *Συνεληλυθότων δὲ τότε ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀμφὶ ἑξήκοντα ἐπισκόπων, ἄκυρά τε τὰ ἐν τῇ Δρυὶ πεπραγμένα, καὶ αὐτὸν ἔχειν τὴν ἐπισκοπὴν ψηφισάμενοι διετέθεσαν ἱερώμενοι*, inquit Soz. *L.8, c.19.* Episcoporum conventus ille nullis litteris Theodosii Principis est evocatus, sed casu accidit, ut Constantinopoli propter privata negotia eo tempore convenirent, & ad hanc sententiam expendenda est dictio *τότε* apud Sozomenum.

Inde, ut opinor, proficisci potuit usus, & consuetudo cogendorum ad Archiepiscopi Synodum Episcoporum ex omnibus Provinciis, & Diœcesibus, qui Constantinopolim undecumque appellerent. Adeo vero commoda visa est istius generis Synodus, ut etiam post constitutam Patriarchæ Constantinopolitani jurisdictionem in Asianam, Ponticam & Thraciam a Concilio Chalcedonensi, sæpe de gravissimis rebus una cum Episcopis Constantinopoli commorantibus Archiepiscopus disceptarit. Cujus rei illustre nobis erit exemplum Leonis Augusti Epistola ad Anatolium Constantinopolitanum, querentis de Synodi Chalcedonensis viribus & auctoritate, quænam esset omnium Episcoporum Christiani orbis sententia, ut his veluti de novo elicitis suffragiis exortas Alexandriæ seditiones componeret. Scribit ergo: *Tua siquidem reverentia omnes Ortodoxos Episcopos, qui in præsenti in hac urbe regia commorantur, nec non & reverendissimos Clericos ad se repente faciat convenire, & diligenter omnia pertractantes atque discutientes, de prædicto Timotheo, & Chalcedonensi Concilio, quid in commune sapitis, cum omni celeritate meam facite cognoscere pietatem.* Eodem sensu scriptæ sunt litteræ ad Leonem Romanum Pontificem, Basilium Antiochenum, Juvenalem Jerosolymorum, & ad Metropolitanos Episcopos in tertia parte Concilii Chalcedonensis.

Thomassinus *de N. & V. Eccl. Disc. P. II, Lib. III, cap.* 43. Quanquam per Canones Episcopalis residentiæ vindices, Episcopis haud liceret ad Aulam Principis accedere, nisi causis gravissimis, quibus procul ambitu, procul avaritia, Pastoralis una sollicitudinis necessitas illos implicaret; non poterant non semper tamen Constantinopoli versari satis magno numero Præsules, ut ex iis conflaretur Synodus quædam quasi perpetua, ubi Archiepiscopus urbis Regiæ præsideret, & spinosiores quasque Ecclesiæ Orientalis causas terminaret. Nec hujus loci est, nec nostri instituti, expendere an tam justis semper ratio-

Gg 2

fensatricem quadraginta confluxerant. Eorum in numero erat Palladius, qui & hæc narrat: *Eramus cum Joanne quadraginta Episcopi, tunc in Episcopatus triclinio sedentes, admirantesque, quomodo qui solus venire jussus erat, ac prò nefariis respondere criminibus, tot sociatus Episcopis venerat; quo item modo sententias Principum immutarat*. Non immerito stupet Palladius, qui potuisset Theophilus triginta sex adgregare Episcopos; minime tamen miratur quod quadraginta cum Chrysostomo starent, quod ea Episcoporum copia Constantinopoli frequens semper, & pene inevitabilis esset. Sed causa & jurisdictione, magis quam numero vincebat Synodus Chrysostomi. Cum enim Theophilus inverecunde citari eum fecisset, responsum a Chrysostomi Synodo, nihil Theophilum posse extra Ægypti limites moliri, nisi in Canonum contumeliam, qui eos illi fines delineassent: æquius esse, ut ipsemet se Synodo sisteret Chrysostomi, ut numerosiori, & in propria civitate, & ex pluribus Provinciis: *Si impatiens solvis Nicæni Concilii Canones, causasque citra terminos tuos cognoscere vis, ipse ad nos transi, in bene institutam civitatem: neque instar Cain Abel in campum provoces, ut nos te primum audiamus. Habemus enim contra te libellos capitum septuaginta, apertas atque nefarias actiones continentes. Puresque per Dei gratiam sumus, quam tua Synodus, congregati. Nam tua quidem Synodus triginta & sex habet Episcopos ex una Provincia; nos autem quadraginta sumus, ex variis Provinciis, in quibus septem sunt Metropolitæ, & necessario convenit pauciores a pluribus ac præstantioribus secundum Canones judicari*.

Quod nec mirum, nec rarum est, Aulæ favore labefactata æquitas est, Chrysostomus exilio damnatus. Sed non multo post revocatus, quadraginta duorum rursus Episcoporum Synodo succinctus fuit: *Adjunctis sibi quadraginta duobus Episcopis*, ut ait Palladius: quibus tametsi summa contentione animi pro eo connitentibus, iterato Chrysostomus deportatus est exilio. Affirmat Sozomenus, sexaginta Episcopos Constantinopoli repertos, cum eo revocatus est Chrysostomus, Synodico decreto suo rescidisse sententiam Synodi ad Quercum. Non possumus non summis afficere laudibus infractam Synodi Regiæ Urbis constantiam, quæ Chrysostomi innocentiæ non adversus Theophilum modo, sed adversus potestatem & iram Imperatricis in Chrysostomum conjuratæ, patrocinata est. Hoc exemplo purgari potest suspicio & invidia, qua flagrant plerumque Episcopales Synodi, quæ in Palatio Regum adgregantur; quasi per fas nefasque libidini Principum serviant, Ecclesiæque dignitatem humanis cupiditatibus infringi & debilitari sinant.

Hi ipsi Episcopi forte Constantinopoli reperti, eoque profecti, ut ajebat Palladius, *Ecclesiasticarum necessitatum gratia*, ad Concilium Ephesinum I perscripsere, quid rei gestum esset Constantinopoli in fidei Catholicæ defensionem, utque in Nestorii fautores sanctissime conjurassent Laici, Monachi, Clerici, quod ab illis fucus fieret Imperatori. *Rescriptum Episcoporum Constantinopoli inventorum*. His scilicet Episcopis vicissim Synodicam suam Epistolam inscripsere Ephesini ipsi Concilii Patres, nec non & Clero urbis: *Desideratissimis Comministris Constantinopoli agentibus, & religiosissimis ejusdem civitatis Presbyteris & Diaconis*. Hi ipsi ad Concilium rescripsere, advolaturos se Ephesum fuisse, ad aliquam certaminum & palmarum societatem, nisi omnia terra marique itinera ab adversariis veræ fidei & pietatis obsepta fuissent; sed illis nequicquam furentibus, sedulo navasse se operam, ut magno & forti animo esset Clerus populusque; si Synodi mandato jubeantur, protinus se maria tranaturos, nec ullis quantiscumque periculis deterritum iri, quominus Ephesum pergant, & in aciem cum ipsis descendant pro fidei tuenda integritate. Per Epistolas rursum Ephesini Concilii Antistites gratulati vicissim illis sunt, tamquam commilitonibus suis, & ejusdem pugnæ victoriæque consortibus: propriæ eorum laudi id tribuere, quod populo Urbis animos & calcaria addidissent, terrorem incussissent hostibus; denique hortati sunt, ne Constantinopoli discederent, atque Imperatorem commonefacerent de veritate & æquitate causæ Ortodoxorum. Denique confirmavit Ephesina Synodus sententiam, qua Massalianos Hæreticos compresserat in ejusdem generis extraordinario Concilio Sisinnius Episcopus Constantinopolitanus.

In

In hac eadem Synodo Episcoporum tum forte Constantinopoli hospitantium, Flavianus ejusdem urbis Archiepiscopus, de causa Eutychetis judicium primo instituit. *Congregata sancta & magna Synodo reperta in prædicta urbe*, συναχθείσης τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου συνδημούσης ἐν τῇ μεγαλοπόλει. Libellum suum Eusebius Dorylæi Episcopus adversus Eutychetem obtulerat Flaviano & eidem Synodo. καὶ τῇ ἐνδημούσῃ συνόδῳ. Eadem magna Synodus Eutychetem citavit, ut sisteret se judicio. *Sancta & magna Synodus secundum Dei gratiam degens*, ἐνδημοῦσα *in regia Constantinopoli*. Denique illa triginta duorum Episcoporum Synodus, quæ eorum subscriptionibus legitur adhuc insignis, Eutychetem novellamque ejus hæresim prima confixit diro anathemate. Fateor ab Archimandritis quibusdam in libello ad Dioscori defensionem edito, eodem nomine designatam fuisse Chalcedonensem Synodum: sed memorando tamen interposito discrimine: *Sanctæ Synodo, quæ hic modo reperta est*, τῇ ἐνταῦθα ἐνδημούσῃ νῦν συνόδῳ. Quibus innui videtur breve fore tempus Chalcedonensis Concilii, at Constantinopolitanam hujus generis Synodum esse perpetuam.

Duo sunt porro, quæ prætermitti sine piaculo non possint in hoc Flaviani adversus Eutychetem Concilio. Primum est subscripsisse ei Synodo Episcopos omnes, qui ei non interfuerant, tametsi tunc Constantinopoli versarentur. Ita petiit Eusebius Dorylæi, ita annuit Flavianus. *Eusebius Episcopus Dorylæi dixit: Quoniam quidam reverendissimorum Episcoporum in hac regia urbe degentium, aut propter infirmitatem, aut ignorantes convocationem sanctæ Synodi, non convenerunt, peto absentes commoneri, quatenus & ipsi agnoscentes quæ acta sunt, suam manifestam faciant voluntatem. Flavianus Archiepiscopus dixit: Reverendissimi Notarii absentes Dei amantissimos Episcopos commonefaciant, perlegentes eis, quæ acta sunt, quatenus unusquisque propriam sententiam exponat.* Alterum est, Archimandritas omnes Constantinopolitanæ civitatis jussos esse subscribere hujus Concilii Decreto fidei, & Eutychetis damnationi. Ea de re conquestus est postea Eutyches in Pseudo-Concilio Ephesino, addiditque idem Decretum missum esse ad omnes Orientis Provincias, ab Episcopis similiter & Monachis subscribendum. Eam porro in Ecclesia Catholica viguisse consuetudinem utrimque liquet, & quod Flaviano probata atque usurpata fuerit, & quod Eutycheti improbata.

Enixus est in Ephesina II Synodo novæ hic insaniæ architectus, hanc vibratæ in se damnationis sententiam elevare, & ludificari; causatus videlicet, se damnatum non esse, nisi a paucis Episcopis, qui forte tunc Constantinopoli versabantur, privatis ut vacarent negotiis: ἰδίων ἕνεκα αἰτιῶν ἐνδημοῦντι τότε τῇ βασιλευούσῃ πόλει. Sed quanquam ea Pseudosynodus exertissime & Flaviano adversaretur, & suffragaretur Eutycheti; nihil tamen gravius dixit, quo earum Synodorum auctoritatem obscuraret; at iis vehementer Concilii Chalcedonensis Patres suffragati sunt. In Chalcedonensi enim ipso Concilio Eustathius Berythi Episcopus de Metropoli Provinciæ Phœniciæ contendens cum Episcopo Tyri, Berythensi suæ civitati Metropolitica jura demonstravit concessa fuisse, non Rescripto tantum Imperatorio, sed etiam Decreto istiusmodi Synodi Constantinopolitanæ. *Concilium reverendissimorum Episcoporum factum est Constantinopoli; cui etiam Maximus Reverend. Episcopus Antiochiæ subscripsit*. Poterat ejus causæ judicium Antiochenus Episcopus sibi vendicare, quod Phœnicia suo Exarchatu includeretur. Passus est tamen eam ab urbana hac Synodo definiri, cui & ipse subscripsit, quanquam non affuisset. Accipe ejus ipsa verba: *Eram Constantinopoli. Cum ergo Concilium de hac re haberetur, non affui. Sed mihi allata est charta, & subscripsi*. Judices vel Magistratus Imperatorii, qui Concilio Chalcedonensi aderant, sciscitati sunt, an Concilii nomine honestaretur Conventus ille Episcoporum Constantinopoli forte versantium: *An Synodum appellare oporteat conventum Episcoporum, qui in Regia urbe diversantur*. Responsum est a Thyphone Chiensi Episcopo, Synodum vocari, & res magni ponderis ibi pertractari: *Synodus appellatur, & conveniunt, & laborantes aliqua oppressione sua jura nanciscuntur*. Sed multo asseverantius responsum est ab Anatolio Episcopo Constantinopolitano, antiquissima consuetudine niti ejus Concilii auctoritatem, nec in eo quidquam a se nova-

novatum fuisse. *Tenuit pridem consuetudo, ut qui in magna hac civitate morantur sanctissimi Episcopi, cum eos temporis occasio vocat de emergendis quibusdam Ecclesiasticis causis conveniant, ac singula definiant, responsoque eos dignentur, qui precantur aliquid. Nihil ergo a me factum est, quod novitati sit affine; nec qui ex consuetudine consederunt Episcopi qui in civitate erant, novam formam protulerunt. Ac ostendit præsentiam Episcoporum actio, quæ facta est.* Unde liquet hanc Synodum nullas in causas ipsam insiliisse, sed ad se sponte partium delatas admisisse, easque diremisse, judicio Episcoporum, qui ultro affuissent. Rescidere quidem Chalcedonenses Patres decretum ibi editum in gratiam Episcopi Berythensis, & Tyrium Episcopum Metropoliticæ reddidere amplitudini: sed nihil omnino illi decerpsere de existimatione & potestate hoc genus Synodorum.

Irrita quoque delarata est in Concilio Chalcedonensi excommunicatio, qua Synodus illiusmodi Constantinopolitana confixerat Metropolitanum Tyri, sed ea tantum ratione allegata, quod ea in absentem pronunciata fuisset. *Nemo damnat absentem.* Ibidem denique refertur, Decretalem illam Leonis Papæ Epistolam, toto orbe decantatissimam, qua fides adversus Eutychetis deliramenta asserebatur, susceptam primo fuisse in hac Synodo Constantinopolitana, mox ad omnes Orientis Episcopos transmissam, ut subscriberetur. *Quemadmodum & nunc cum pauci Constantinopoli convenissent, missa est Epistola almi Archiepiscopi Leonis, iis qui ubique essent Metropolitis & subscripta est.*

Non multo post finem Concilii Chalcedonensis, Dioscori, & Eutychetis sectarii in Ecclesiam Alexandrinam immanissime sævierunt, cæde & cruore omnia restagnarunt. His malis ut mederetur Leo Imperator, scitari voluit sententiam complurium Metropolitanorum, potissimum vero Anatolii Episcopi Constantinopolitani, cui præcepit ut convocaret Episcopos, qui Constantinopoli versarentur, cum urbano Clero, utque re in deliberationem missa, sibi rescriberet, quid consultissimum, quid optimum factu visum esset. *Tua siquidem reverentia omnes ortodoxos Episcopos, qui in præsenti in hac urbe regia commorantur, nec non & reverendissimos Clericos ad se repente faciat convenire, & diligenter omnia pertractantes, atque discutientes, quid in commune sapitis, sine quolibet humano terrore, & absque gratia cujuscumque vel odio, solummodo omnipotentis Dei timorem vestris oculis proponentes, cum omni celeritate meam facite cognoscere pietatem; ut formam congruam dare possimus, quatenus Ægyptiaca Diœcesis & Alexandrina civitas, pro cujus quiete nos præ omnibus convenit cogitare, tranquillitate sanctarum Ecclesiarum & disciplina inconcussa perfruatur.* Ubi perspicis, omnes quidem Ecclesias tempestate aliqua jactatas ad Imperatorem confugisse, ut cujus tuitioni creditæ essent: ipsum vero percontari solitum Episcopos Regiæ Urbis, Synodumque illam urbanam Episcoporum & Cleri urbici. Alibi Anatolius testatum facit ab ejusmodi Synodo ordinatum se fuisse Episcopum.

Quin & Ecclesiæ ipsæ singulæ Constantinopolitani Episcopi opem invocabant, quo faciliores haberent aditus, non ad Imperatorem tantum, sed & ad Romanum Pontificem, cæterosque Patriarchas & Episcopos Ecclesiæ universæ. Audi quid tum scripserint Episcopi Ægyptii ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum, in infanda illa Ecclesiæ suæ evastatione. *Preces piissimo Principi & pietati tuæ fundentes, quatenus misericordiam præbeatis statui communi, &c. Nostrosque gemitus Synodicis litteris sanctissimo Ecclesiæ Romanæ Pontifici Leoni, necnon & Antiocheno, Jerosolymitano, atque Thessalonicensi & Ephesino, Dei amatissimis Episcopis, atque aliis, quibus fuerit visum, Ecclesiis indicetis; quoniam hoc delictum læsio est communis: ut omnes totius orbis Episcopi litteris Synodicis Christianissimo Principi nostro vestræque sanctitati rescribentes, dignam formam, quæ in hoc placuerit, præbere non differant, &c. Si vero prospexeritis oportere fieri universale Concilium, & hoc fieri deprecamur.* Ita necessario Episcopus Constantinopolitanus, quasi nexus erat, & vinculum Episcoporum Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis, quod esset Byzantium non caput tantum, sed & cor & centrum Imperii; erat & ille quasi omnium Episcoporum ad Imperatorem paciarius & sequester. Porro in defungenda ea provincia opus

opus erat ei confilio, non Cleri tantum fui, fed omnium etiam Epifcoporum, quos caufæ aliquæ propriæ ad hanc communem totius Imperii patriam congregabant.

Nullo vero luculentius argumento aftrui poteft vel auctoritas illiufmodi Synodorum Regiæ urbis, vel inolita confuetudo, ut ad eam rejiceret Imperator graviores quafque caufas; & fumma omnium Epifcoporum veneratio & obfervantia ejus decretorum, quam concordia Cyrilli Alexandrini cum Joanne Antiocheno. Cum ftatuiffet enim Imperator illam confopire utriufque Archiepifcopi altercationem, refcire primum voluit, quæ Maximiano Epifcopo Conftantinopolitano, quæ Clero ejus, quæ Epifcopis Conftantinopoli hofpitantibus fententia animo infideret: *Urbis Regiæ Epifcopo Maximiano, cæterifque omnibus, qui in ea reperti funt, fanctiffimis Epifcopis, & univerfo eorum Clero*. Fatetur Cyrillus cum his Epifcopis confultaffe Imperatorem. *Illam Ecclefiarum diffenfionem Imperator intolerabilem judicabat; ad fe ergo accerfens reverendiffimum Ecclefiæ Conftantinopolitanæ Epifcopum Maximianum, ac alios non paucos, qui pro tempore ibidem comperiebantur, ferio cum illis confultabat, quonam pacto Ecclefiarum diffidium tolli poffet*. Denique compreffa eft diffenfio, & inita tandem concordia, quod omnes neceffario obtemperarint voluntati & decreto Imperatoris, ex horum Epifcoporum confiliis temperato, & nomen præ fe ferenti atque auctoritatem Synodi Regiæ urbis. *Poftquam Orientalibus Regium decretum expofitum eft, tamquam factum ex eorum Epifcoporum fententia, qui Conftantinopoli reperti fuerant, &c.*

Hæc frequentia Epifcoporum in civitate qualibet Regia, vel Imperatoria, cum neceffario proficifcatur ex illa Epifcoporum inter fe communione & negotiorum tum fpiritalium, tum temporalium mutua communicatione, & ex ineluctabili Regum Principumque interventione in caufas plerafque Ecclefiarum, quarum illi patrocinium & tutelam fuftinent: hinc facile conjicitur, facile etiam adprobari poffe, magno prorfus femper numero fuiffe Epifcopos Romæ, Mediolani, Treveris, Carthagine, aliifque in civitatibus, fede fummorum Principum aliquandiu nobilitatis. Tradit Cyrillus Epifcopos Romæ repertos, perlectis libellis, quos adverfus Neftorii vefaniam exaraffet, illam effe deteftatos, & neceffe utique jam effe eorum definitioni affentiri, nifi velit quis totius Occidentis communione carere. *Cum piiffimi Epifcopi, qui in magna Romanorum urbe reperti funt, eos legiffent, multifque confeffibus confultationibufque habitis examinaffent, illorum auctorem non abfque indignatione exfibilarunt, &c. Statim fancta Romana Synodus difertam in illum fententiam tulit. Horum itaque decreto modis omnibus parendum eft illis, qui a totius Occidentis communione excidere noluerint*. Celebritas annua feftivitatis BB. Apoftolorum Petri & Pauli, Natalis dies Cathedræ, feu ordinationis cujufque Pontificis, negotia denique bene plurima, quibus interponenda erat auctoritas Papæ, fatis multos femper Romam Epifcopos eliciebant, ex quibus Synodus congregari poffet.

In hujufmodi Synodo aliqua Romana Siricius Papa Jovinianum perculit: *Facto ergo Presbyterio*. Aderat quippe Clerus univerfus, fed foli Presbyteri Epifcopis affidebant. Ejufdem modi Synodus aliqua Romana Valentinianum Imperatorem interpellabat, ut apud Theodofium juniorem interveniret ipfe, ad obterenda nefariæ pfeudo-Ephefinæ Synodi decreta. *Cum adveniffem in urbem Romam poft venerabilem noctem diei Apoftoli, & a Romano Epifcopo, & ab aliis cum eo diverfis ex Provinciis congregatis rogatus fum*. Ut habetur in litteris ipfis Valentiniani. Videtur & Hilarus Papa ad hujufmodi Synodum aliquam alludere: *Præfidente fratrum numerofo Concilio, ex diverfis Provinciis ad diem natalis noftri in honorem B. Petri Apoftoli per Dei gratiam congregato, &c. Refidebant etiam univerfi Presbyteri, aftabant Diaconi*.

Cum Maximus Imperator Treveris commoraretur, plurima quoque eo convolavit turma Epifcoporum, ut auctor eft Severus Sulpitius: *Cum ad Imperatorem Maximum ferocis ingenii virum & bellorum civilium victoria elatum, plures ex diverfis partibus Epifcopi veniffent*. Non is ego fum, qui horum Epifcoporum omnium Aulas Regum frequentantium patrocinium in me recipiam. Vanas eorum adulationes & improbas fpes idem Severus merito ibidem exagitat

tat. Sed cum non semel eo & B. Ambrosius & B. Martinus advolarint, nemo jure inficiabitur esse potuisse & alios in eo numero, quorum & vita frugi, & consilia Episcopis haud indecora essent, & quorum ideo canonica haberetur ab Ecclesiis suis absentia.

Anastasius Imperator semel ipse quidem Episcopos Constantinopoli inhospitantes per Euphemium Constantinopolitanum Episcopum adgregari fecit: at postea illos quoque ipsemet congregavit, & depositionis sententiam in ipsum Euphemium pronuntiare compulit. *Episcopos domi præsentes*, τοὺς ἐνδημοῦντας *congregavit, qui ut Imperatori gratificarentur, Euphemium excommunicant & deponunt*. Eadem ante Synodus a Gennadio convocata fuerat, ad damnandam simoniam, & commendandam pulcherrimam illam Epistolam, quæ apud Balsamonem legitur γεννάδιος, καὶ ἡ ἐνδημοῦσα σύνοδος. Sub eodem impio Anastasio Hormisda Papa Legatos Constantinopolim misit, in quorum mandatis id habetur, moris tunc fuisse, ut ad Imperatorem Constantinopolitanus Episcopus Episcopos alios introduceret: *Est consuetudo per Episcopum Constantinopolitanum omnes Imperatori Episcopos præsentari*. Ita cum rebus humanis comparatum, maximisque quibusque bonis mali abutuntur. Et nihilo tamen minus utique bona sunt.

Thomassin. *ibid. cap.* 56 Tot Episcopalibus Conventibus utroque superiori Capite perlustratis, sustinere calamum, & alio traducere poteramus. Clerum Regni spectavimus congregatum in Conciliis Regum, in Nationalibus Conciliis, in Parlamentis, & in Regni Generalibus Comitiis. Si non placet Cleri Conventus dici, nisi ubi solus confluit, Nobilibus & Laicis denique omnibus exclusis: ejusmodi quoque non pauci observati sunt hactenus. 1 Cum in Comitiis Regni vel Parlamentis suam separatim in Cameram secedebat Clerus. 2 Ubi Rege Parlamentum convocante, Clerus eo se conferens, privatos suos in Ecclesia Conventus occasione data celebrabat, cum Parlamentum in Palatio coiret. 3 Quando jam extra Parlamentorum tempora Clerus solus congregabatur, jubente vel permittente Rege, & de gravioribus Ecclesiæ negotiis ea decernebat, etiam de sacræ Disciplinæ regulis, quæ Regi oblata, in ejusque altiori Consilio probata, ab eo confirmarentur, diplomate Regio publicarentur, & ea induerentur auctoritate & executionis facilitate, qua ipsa Regum Edicta. Hoc peculiariter tertium genus est; quod Conventuum Cleri Generalium nomine nunc significatur. In primo enim genere Camera erat una & primaria Comitiorum Regni tripartitorum. In secundo Concilii potius species erat, vel nihil admodum erat, quod a primo differret. Sed ex illo tamen primo & secundo genere exortum est tertium. Ubi enim insuevisset Clerus, vel in Cameram Parlamenti unam, vel eodem tempore in Ecclesiam convenire, solus tandem convenire cœpit extra Parlamentorum loca & tempora.

Nec siluimus superioribus Capitibus, quæ Clerum impulerint causæ, ut sejunctim congregari averet. 1 Multa ei disceptanda erant, ad quæ nec suffragii, nec consilii jus Laicis annui poterat. 2 Ubi populus, quem Tertium Statum vocant, in Comitia accersiri cœpit, non eam in illo Episcopi, atque in Nobilibus experti sunt consensionem animorum; sed nec in eandem consiliorum societatem illum ut advocarent adduci potuerunt. 3 Cum cœperunt Parlamenta & sedere Parisiis, & toto anno perpetuari, non jam eo adcurrere Episcopi potuere, residentiæ retinaculis devincti. Quocirca & aliæ commentandæ fuere conveniendi rationes. 4 Cum rariora & ipsa cœperunt esse Generalia Regni Comitia, nec in iis aliud quidquam magis laboratum est, quam ut ad belli Regnique sumptus necessarios pecunia corrogaretur; conducibilius Clero visum est convenire sejunctim, ne iisdem cum Laicis subjiceretur tributis, hoc est, ne libertatibus & immunitatibus suis penitus excuteretur, & ut rursus tuitionem Regiam donis spontaneis emereretur. 5 Quando Carolo VII Regni clavum moderante, exigi tributa cœpere nullis propter Anglorum in Gallia grassationes collectis Comitiis; & quando Ludovicus XI, Ludovicus XII, & Franciscus I, eundem fere retinuere morem, ut usu firmatum: Reges ipsi ne Cleri ope & subsidio carerent, utque priscam suam in Clerum observantiam retinerent illibatam, utrumque Cleri ordinem colligi jussere, ut Regia protectio Ecclesiæ donis gratuitis & coleretur, & arctius stringeretur; nec Regni necessitatibus prorsus deesset, quæ Regni porto splendidissima est. 6 Ubi denique luctuosissimum illud Avenionen-

se schisma Ecclesiam tandiu dilaniavit, non alia illi usquam medicamenta aptius instrui potuere, quam in his Cleri Conventibus Generalibus, Regia auctoritate munitis. Subtracta est summis Potestatibus obedientia; terror injectus iis qui propriæ dignitatis, quam unitatis & salutis Ecclesiæ Christi, cujus sibi Vicarii videbantur, cupidiores essent: denique tantum non cogendi fuere, ut summa sede descendere, quam exturbari mallent. Regia ad id potestas plus habebat momenti & virium, quam sola unius Regni Præsulum auctoritas. Et in re spiritali tamen Episcopos consilio suo Regibus prælucere necessum erat.

Hinc vero sublucere videtur solutio quæstionis, alioqui non facile extricabilis: Ecquid causæ sit, quamobrem tot & tantorum Conventus Episcoporum, ne ipsi quidem sibi nomen, jurisdictionem & auctoritatem Conciliorum induerint? Nam & antiquissimo & medio ævo usuque Synodi vel Concilia Græcis Latinisque dicebantur Conventus Episcopales omnes, rebus Ecclesiæ tractandis aggregati. Synodi Græco, Concilii Latino sermone, Congregationis Gallicano, una eademque significatio est. Quin ergo & Synodi & Concilia dicantur hæ Cleri Congregationes? Supra ostensum est Synodi & Concilii nomine honestatos esse Conventus complures mixtos, quibus non æque id conveniret. Unde ergo & olim tam liberales ac prodigi & nunc tam parci evasimus in harum vocum gloria communicanda? Nec nominis nos sola fatigat controversia, sed rei, & quidem potissimum. Hi enim nunc Conventus nihil omnino explicant jurisdictionis, nihil præcipiunt Episcopis, hortamenta tantum adhibent, censuras ne in Laicos quidem contorquent ullas. Agitur tamen in illis de spiritualibus & temporalibus Ecclesiæ rebus, Convocationis litteræ & mandata Deputatorum id pollicentur. Etsi autem non tractaretur in eis nisi de re Ecclesiæ temporali, ejusmodi est Christi patrimonium, pauperum census, ejus dispensatio, confirmata annuis donis Principis protectio, ut inter causas Ecclesiæ spiritales meritissimo numerentur. Sunt prisci, sunt & medii ævi Concilia, ubi non aliæ quam hoc genus causæ tractatæ sunt. Denique ponderantur publicanturque in his Conventibus Decreta; regendæ & repurgandæ disciplinæ appositissima. His rationum momentis merito illis vendicaretur nomen & decus Concilii. Ecquid ergo rei est, ut se ipsi eo honore spolient, ut nomine, ut auctoritate Concilii & jurisdictione abstineant: ut toties laborarint ad Concilia Provincialia habendi libertatem & consuetudinem revocandam, quorum aliquanto minor esset necessitas, si hi Conventus Cleri pro Conciliis Nationalibus observarentur, ut Aurelianensia quondam Concilia, & innumera propemodum alia sub Carolo Magno, Ludovico Pio, Carolo Calvo; ut denique in Hispaniis Toletana?

Ea quæstio est, proponenti operosa, solvere adgredienti longe operosissima. Opinati sunt nonnulli summa ea auctoritate, qua sæculis XI, XII, & XIII, per Legatos suos usi sunt Summi Pontifices, ut Concilia ipsimet convocarent, illis præsiderent, eorum decreta trutinarent & promulgarent: summa, inquam, ea Pontificum potestate hos Cleri Conventus antiqua jurisdictione sua orbatos fuisse. Vereor ut constare possit ea opinio. Præfuerant Legati Pontificis Generalibus olim Conciliis omnibus, nec de eorum auctoritate quidquam decerpserant. Concilia Gallicana ab his convocata Legatis, & quibus illi non affuere tantum, sed & præfuere, verissima fuere Concilia; & in eis Episcopi jurisdictionem suam validissime exercuere. Cleri Conventus, cujusmodi nunc sunt, in usu necdum erant, ita non poterant frustrari jurisdictione sua.

Similius ergo veri est, eo excussam esse pristinam jurisdictionem his Cleri Conventibus, & vel ipsis persuasissimum jam fuisse, Conciliis Nationalibus jam se non accenseri, quod, ut rem ab altissima origine repetamus, sæculis XI, XII, & XIII, non conveniret Clerus universus, nisi ad Concilia Regia, ad Concilia Nationalia mixta, ad Parlamenta, ad Comitia Regni, Proceribus & Nobilibus ubique circumseptus, & non aliud quam portio Conventus illius generalioris. In Conciliis, fateor, Universalibus, seu Nationalibus, erat penes Clerum luculenta & late fusa jurisdictio, qua pœnæ canonicæ omnis generis decernebantur.

At sæculo XIII, jam non fuere propemodum nisi Consilia & Parlamenta, quibus Concilii nomen adhuc appingebatur, at Concilia verissima prisco more dici vix aut æstimari certe poterant, in quibus Laici tantum pos-
sent.

sent. Ita insuefactus est Clerus jam non uti potestate Conciliorum. Adde quod ubi sæculo XIV dissiliere Parlamenta antiqua in plures disjunctos Conventus; & ubi tum Clerus sibi sejunctim coire cœpit, non eæ illi fuere conveniendi causæ, quæ excitarent innovarentque auctoritatem antiquiorum Conciliorum Universalium. Namque aut congregatus est Clerus, ut Decimas, aliaque spontanea dona Regibus decerneret, in quo ponderis & splendoris non tantum erat, quantum ad Conciliorum Universalium gloriam desiderabatur. Poterat ea causa spiritalis dici, & in Concilio disceptari: sed Concilio maxime Universali, aut Nationali illud accedere decuisset, jam congregato, jam de morum disciplina tractanti. Quid enim vero jurisdictionis exerere, quæ fulmina vibrare poterat Conventus Episcopalis, gratuitis potissimum donis Principi decernendis destinatus? Erant & eæ temporum molestiæ, ubi Clerus his donis nonnisi subinvitus assentiretur. Non ergo expectandum erat, ut auctoritatem, quam maximam posset, aut sibi sumeret, aut explicaret.

Aut difficillimis temporibus coaluit Clerus, ut puta Philippi Pulcri, & schismatis Avenionensis, & in his rerum commissuris consentaneum erat, ut sub Regis potius auctoritate, Clerus delitesceret. Non in his enim Conventibus de disciplina morum purganda poliendaque quærebatur, quod proprium pensum & munus est Conciliorum Nationalium. Id unum laborabant tunc Episcopi, ut Romam Galliæ conciliarent; aut nisi remitteret dissensionum vis, ut concordiæ vincula, interim temperamenta discordiæ aliqua meditarentur, aut ut rationes vestigarentur expeditissime opprimendi schismatis, & pertinaces suæ dignitatis amatores ad id coarctandi, ut ea sponte abirent. Non eæ erant hæ causæ, in quibus Clerus Gallicanus vel jurisdictionis suæ vim, vel fulmina & censuras experiretur.

Erat & eorum Conventuum ea forma, quæ a Nationalibus Conciliis non parum dissideret. Non enim illos congregabat Rex, nisi ad inquirendum, quid sibi Clerus consilii impertiret. Bituticensis Congregatio Cleri anno 1438 vix pondus & nomen sustinere poterat Concilii, cum ejus scopus is unus, is labor esset, ut ex Constantiensis & Basileensis Conciliorum Decretis ea excerperet, quæ moribus Ecclesiæ Gallicanæ magis consentirent, & Pragmaticæ Regis Sanctioni inserta promulgarentur. Non ea erant Cleri decreta, sed consilia & quasi prudentum responsa, quibus Rex commoneretur. Ecqui enim potuisset etiam Nationale unius gentis Concilium duobus Conciliis Œcumenicis quasi dominari, ex eorumque decretis, assentiri his, illis in totum, aut ex parte refragari? Cum vero inflexa & varie contemperata ibi fuerint Decreta Basileensis Synodi, quæ speraretur his additamentis assensura: hinc apparet non ea fuisse certa Concilii Decreta cujuspiam, sed deliberationes, interim suspensas, & aliunde aptas ac religatas. Postremo nec ibi erat idonea jurisdictionis aut censurarum materia. Idcirco & eo tandem desiit hæc Cleri Congregatio, ut excerpta sua Decretorum Basileensium, cum additamentis, Regi offerrentur, qui Pragmaticæ suæ includeret, ad Senatumque Parisiensem mitteret, terrore pœnarum civilium ad urgendam executionem accessuro.

Hæc ratio conveniendi, deliberandi, nihil concludendi, nisi ut proponatur Regi, non tractandi, nisi de causis quibusdam generalibus, ubi jurisdictioni & censuris nihil admodum loci superest, hæc inquam ratio cum semel in Conventus Cleri influxerit, insederitque ducentis jam admodum annis, hinc factum est, ut illis exciderit prorsus nomen, auctoritas & jurisdictio vetustissimorum Nationalium Conciliorum. Ab annis sane centum augustissimi hi Conventus complurimas & præstantissimas edidere regulas, ad morum castimoniam, ad integritatem disciplinæ revocandam.

Sed nec eo potissimum illi convocantur fine, nec eo maxime occupantur. Indubium est antiquioribus sæculis Episcopales ejusmodi numerosioresque Conventus, in album relatos fuisse Nationalium Conciliorum. Sed illis aut Patriarcha erat, aut Exarchus, qui præesset, qui convocasset, aut Primas. Aut a Rege ipso convocabantur, quo Regno in universo eam vim obtinerent, quam Provinciales Synodi singulis in Provinciis.

Pernecessaria olim fuere hæc universalia Concilia, ad fingendam formandamque primo Ecclesiæ disciplinam. At ubi in immensum exaggerata est cumulum multitudo Canonum & Decretorum, jam non eadem incu-

buit necessitas eorundem Conciliorum. Diximus supra Augustini ævo Ecclesiam Africanam inflammatam desiderio disciplinæ attollendæ ad summum quemdam perfectionis apicem, statuisse ordinaria & anniversaria ut haberentur Concilia universalia. At sapientia & charitate pari illustres Episcopos illos fatigavit, & tædio affecit illa annua discursatio ad Synodos universales, quas & ipsi intellexerunt non semper æque necessarias esse. Ideo & ab illis statutum est, ut tum extraordinarie coirent, cum eas necessarias sentiens Archiepiscopus Carthaginensis indixisset. Toletana olim Concilia in Hispaniis & Aurelianensia aliaque in Galliis extraordinaria fuere, longoque ex intervallo indicebantur. Ordinarii ergo cum sint Conventus nunc Cleri in Gallia, vel hinc intelligitur universalia ea non esse, aut nationalia Concilia. Et quanti objicerent se scopuli obicesque stata volentibus celebrare Concilia universalia, cum tanti obstent Conciliis Provincialibus? Hinc ab annis amplius ducentis mirari par est tot Cleri Conventuum generalium temperantiam sapientiamque, qui mediocri & tranquilla frui potestate maluere, quam jure suo ad majorem eluctari perfractis tot difficultatum molibus.

Conventus Episcoporum, qui in civitate forte Regia reperiuntur, non parum habent cognationis cum iis, de quibus verba modo faciebamus. Non facile iis nomen Concilii excuteretur, & auctoritas, si a loci Metropolitano convocarentur, & is ipse præsideret. Evicimus enim hactenus nomine & gloria Conciliorum donatas esse eas Synodos, quæ ad eum modum Constantinopoli coibant, & in aliis Imperiorum vel Regnorum principibus civitatibus: unde & ejusmodi non paucæ Synodi in generali Conciliorum consarcinatione occurrunt. Ex Innocentii III Epistola, e qua decerpta est Decretalis, quæ fulget in corpore Juris, edocemur id decretum adversus hæreticos concinnatum fuisse a Cardinalibus, & ab Archiepiscopis, Episcopisque tum Romæ commorantibus: *De communi fratrum nostrorum consensu, assensu quoque Archiepiscoporum & Episcoporum, apud Sedem Apostolicam existentium*. In prima & principe Christiana Reipublicæ civitate, non potest non semper Episcoporum turba quædam versari non mediocris. Affirmat Urbanus IV cœptam esse a se celebritatem annuam sanctissimi Corporis Christi, cum plurimis Archiepiscopis & Episcopis, qui tunc forte Romæ degebant. *Cum omnibus Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Ecclesiarum Prælatis tunc apud Sedem Apostolicam commorantibus*.

Non facile quisquam divinabit, qua demum re deficiant hi Conventus, ut ne Conciliis inscribantur. Nec nunc tamen Synodus, sed Consistorium dicitur, ubi Summus Pontifex cum Cardinalibus & cum Episcopis Romæ tunc forte demorantibus consultat. Episcopi Provinciæ Remensis in Concilio Provinciali apud Compendium anno 1277 statuerunt, ut quotannis Lutetiæ convenirent intra quindecim dies a Pentecoste, ut communi ope & deliberatione conspirarent in sui adversus Capitula sua tuitionem. *Ordinatum est inter nos consensu unanimi, quod nos annis singulis in quindena Pentecostes personaliter conveniemus Parisios; ibidem tam de communibus, quam de propriis negotiis insimul tractaturi*. Non poterant hi extra Provinciam suam Episcopi Lutetiæ Synodicum Conventum celebrare: at si eos ibi Archiepiscopus tum Senonensis collegisset cum Episcopis suæ Provinciæ, quis ausit ejusmodi Cœtui nomen Concilii abrogare? Provinciale id tunc extitisset Concilium, cum accessione Episcoporum quorumdam alterius Provinciæ. At si Episcopi Provinciæ Senonensis eo vocati minime fuissent, Concilium fuisset, finitimum iis quæ Constantinopoli olim ex inopinato concurrebant, convocante Archiepiscopo, & Synodalem explicabant jurisdictionem.

Sed ut in Concilio Chalcedonensi fuere, qui ei Concilio occurrentium Episcoporum ab Archiepiscopo Constantinopolitano coactorum Synodicam vim & potestatem demerent; unde contigit, ut solo usu & antiqua consuetudine hoc illi nomen jusque astrueretur; ita posset quis argumentari sola desuetudine potuisse eam Concilii potestatem & gloriam his Conventibus abrogari. Anno 1640 Archiepiscopus Parisiensis censorio stigmate inussit librum inscriptum *Optamus Gallus*, accitis Provinciæ suæ Episcopis. Illud olim habitum dictumque fuisset Concilium Provinciale. At Episcopis his ipsis qui eo convenerunt, non aliud visa & dicta est, quam *Congregatio Provincialis*. Et nihilo tamen

minus

minus pœnæ canonicæ & censuræ decretæ sunt in eos, qui eum librum aut lectitarent, aut retinerent. *Censuris eos ac pœnis Ecclesiasticis obnoxios decernimus, ac decrevimus.* Archiepiscopi & Episcopi qui Parisiis tunc versabantur, Censuræ subscripsere illi quidem, at pœnas siluere Canonicas, ut qui extra Provinciam suam nihil possent jurisdictionis exercere.

Quamquam autem hi generales & particulares Episcoporum Conventus, jam inter Concilia non censeantur, quo nomine diutius quam auctoritate gavisi sunt; ii tamen sunt, quibus singularis quædam & religiosa sit observantia impendenda. Episcopi sunt enim, in unum congregati, Apostolorum successores, sponsi & parentes Ecclesiarum, Christi charitatem & potestatem sibi commendatam circumferentes. Episcopi sunt in nomine Christi congregati, de Imperii ejus incremento tractaturi, Spiritu Christi superne illos collustrante. Hinc horum Conventuum mira utilitas, summa quandoque necessitas. Adeoque & qui his adsunt Episcopi pro ministerii sui sanctitate, sua in his præsentia & strenuitate abunde compensant quidquid detrimenti ex eorum absentia potest Ecclesiæ invehi. Non obest particulari Ecclesiæ, quod universæ Regni Ecclesiæ compendiosum est.

Hæ Synodi Endimousæ, atque hæc Concilia mixta, de quibus hactenus, auctoritatem suam non tam ex suis Præsidibus, nec ex Episcopis, qui iis interfuerant, quam ex tacito vel expresso Pontificis Maximi consensu mutuari potuerunt. Nam, cum in iis Conciliis ea etiam statuerentur, quæ ad Diœceses, & Provincias sibi minime subjectas attinerent, & quibus harum Diœcesium & Provinciarum Præsides, Episcopique calculum suum minime adjecerunt, eorum Decretis vis aliunde profecto arcessenda est. Unde vero nisi aut ab Imperatorum consensu, si agebatur de rebus temporalibus, aut a Conciliorum Generalium assensione, (quemadmodum dictum est de Concilio Ephesino Œcumenico) vel a Summorum Pontificum tacito, vel expresso consensu, qui vel antecedebat, uti S. Leonis Magni in causa Eutychetis, cujus celeberrima Epistola adversus Eutychetem suscepta primum fuit in Synodo Endimousa Constantinopolitana, vel subsequebatur, uti in causa Chrysostomi ab Isaacio accusati in Synodo ad quercum, ab Romano autem Pontifice absoluti, eaque Synodus Endimousa, cui Chrysostomus præfuerat, & in qua plures Asiæ Episcopos exauctoraverat a Romano Episcopo rata habita? Vide ea quæ supra diximus L. I, qu. V, & VI.

QU.

Q. U. XXVIII.

Cum agitur de rebus gravioribus Responsa ne a Patriarchis petenda?

§. I. Cum res ita graves erant, ut Themidis responso dignæ viderentur, Patriarchas ab suis Metropolitis, Episcopisque antiquitus consultos esse, nec magnum quidquam, iis insciis, peractum fuisse, ut credam, faciunt Chalcedonenses Patres. Nam cum Actione IV Epistola Sancti Leonis contra Eutychetem in Concilio recitata fuisset, eique cuncti Patres assensi essent, uni Ægypti Episcopi nulla ratione adduci potuerunt, ut calculum suum adjungerent, sed ita respondisse feruntur: *Extra voluntatem Archiepiscopi nostri* (*Alexandrini*) *non possumus subscribere . . . . Petimus autem vestram sublimitatem, & hanc sanctam, & magnam Synodum, ut misereamini nobis, & expectetis nostrum Archiepiscopum, ut SECUNDUM ANTIQUAM CONSUETUDINEM illius sequamur sententiam*. (*Concil. Chalced. Œcum. IV, Tom. IV, pag.* 512, 513.) Neque hæc excusatio a Chalcedonensibus Patribus posthabita fuit, sed æqui bonique facta. *Quoniam Religiosissimi Episcopi Ægypti non ut Catholicæ fidei adversantes Sanctissimi Archiepiscopi Leonis Epistolæ subscribere distulere, sed dicentes hanc esse consuetudinem, ut præter voluntatem, & mandatum Archiepiscopi nihil tale faciant, & petunt concedi sibi dilationem usque ad ordinationem futuri magnæ Civitatis Alexandrinorum Archiepiscopi; justum nobis & humanum visum est, ut ipsis in proprio habitu in Imperiali Urbe manentibus remissio concedatur, donec ordinatus fuerit Alexandrinus Archiepiscopus*. (*Action. IV, pag.* 772, (*a*) anno 451.)

§. II. Quod si antiquiora hujusce rei exempla forte desideras, audi Epiphanium: (*hæres. 69, n. 3.*) *Is ipse Meletius Archiepiscopus in Ægypto, & Alexandro subjectus rem omnem ad Alexandri Archiepiscopi aures detulit*. Et *hæres. 68, n. 1*: *Ille quidem Meletius cæteris Ægypti Episcopis antecellens secundum a Petro dignitatis locum obtinebat, utpote illius adjutor: sed eidem tamen subjectus, & ad ipsum de causis Ecclesiasticis referens*.

§. III. Ac ne quis suspicetur, hoc fuisse proprium unorum Ægypti Episcoporum, præsto nobis est Synodus Antiochena anni 341, ex Episcopis totius Orientis collecta, quæ Canone nono Episcopos nihil magni aggredi finit,

(a) Van-Espen *J. E. U. Part. V, pag.* 97. Præter hos 28 Canones, extant præterea duo sub nomine hujus Synodi apud Balsamonem, Zonaram aliosque recentiores Græcos; sed cum nullus antiquorum illorum meminerit, ipseque Photius in Præfatione ad Nomo-canonem fateatur, duntaxat 28 Canones ab hac Synodo editos fuisse, illos haud referendos censuimus; præsertim, cum XXIX tantum sit repetitio eorum, quæ Actione IV a Paschasino, & Anatolio dicta fuerant; nimirum, justum non esse, ut Episcopus ob crimen

finit, Patriarchis inconsultis, ut vult, quæ ab initio obtinuit Patrum regula, h. e. Canon 33, qui vulgo dicitur Apostolorum; (b) cujus hæc sunt verba: *Episcopus uniuscujusque gentis nosse oportet eum, qui in eis est primus, & existimare ut caput; & nihil facere, quod sit arduum, aut magni momenti præter illius sententiam.*

---

crimen depositus Presbyteri locum obtineat. Canon autem XXX similiter est repetitio eorum, quæ in causa Episcoporum Ægypti (*qui Epistolæ S. Leonis dogmaticæ subscribere nolebant priusquam in locum Dioscori Patriarchæ Alexandrini cui suberant, alter fuisset ordinatus*) Actione IV decreta erant.

(b) De Canonibus Apostolorum hæc habe ex Joanne Doujatio. Certum est, a temporibus Apostolorum, atque adeo ab ipsis Apostolis de rebus Fidei ac morum haberi cœpta Concilia, ut vel ex Apostolorum Actibus liquet. Unde nihil mirum, si antiquissima Regularum Ecclesiasticarum collectio, aut collectionis instar sub canonum Apostolicorum nomine prodierit, quam J. C. Beveregius, qui nuper in Anglia Synodicon edidit, Codicem Canonum Ecclesiæ primitivæ merito dici posse opere proprio contendit.

Hæc sub Clementis Romani Episcopi titulo una cum octo libris Apostolicarum Constitutionum vulgata est: nec desunt qui Apostolis has Regulas assignaverint: atque in eo numero esse videtur Justinianus *Nov.* 6, *in fine præfat.* & Balsamon *in can.* 2 *Synodi Trullanæ*. Eaque de causa inter Hagiographa recensentur a Joanne Damasceno, & aliis. Turrianus & Salmeron e Societate Jesu, in Concilio Jerosolymitano, quod in Actibus Apostolorum memoratur, editas arbitrantur; & collectio Arabica, e Bibliotheca Bodlejana a jam nominato Beveregio laudata, in summo Sionis conditas, atque a Clemente Petri discipulo enunciatas refert. Contra *in præfat. Nomo-Canonis* Photius, Hincmarus, aliique, in quibus ipsi Quini-sextæ Synodi Patres, non Canones Apostolorum vocant, sed *Canones* qui *dicuntur Apostolorum*.

Clementem sane eorum Auctorem aut editorem fuisse plurima sunt, quæ dissuadent; præsertim vero quod non pauca his Canonibus contineantur partim ab Ecclesiæ Romanæ usu aliena, ut prohibitio jejunandi Sabbato, *can.* 65, partim quæ tempore S. Clementis recepta fuisse, ac certo jure constituta, non facile probari possit: qualia forte Provinciarum Ecclesiasticarum, & Parochiarum seu Diœceseon Episcopalium distributio. Concilia Metropolitanorum annua, bonorum ad Ecclesiam pertinentium ab Episcopi bonis distinctio, quo pertinent Canones 14, alias 15, 35, 38, & 40. Sed quamvis Eruditorum fere consensu nec Canones illi, nec Constitutiones, & alia Clementi adscripta opus esse credantur aut Apostolorum, aut etiam Clementis Papæ; nihil tamen ambigitur, quin tum hæ, tum illi satis expressa servent antiquæ disciplinæ vestigia, quæ Auctorem ostendunt non doctum modo & pium, sed priscum quoque, nec tertio Christi sæculo posteriorem.

De tempore vetustæ hujus Collectionis parum constat. Dubitari quidem non potest, quin non modo ante Chalcedonensem (*Can.* 2 *Chalced. ex* 30 *Apost.*) & Ephesinam Universales Synodos cogniti essent, cum in illis Synodis horum Canonum aliqui non obscure indicentur: sed & ante Concilium Antiochenum, quod eorum non paucos innovavit, atque adeo ante Nicænum Œcumenicum I in lucem prodiisse, facile probari potest; cum in hoc Canones illi partim insinuentur, partim etiam palam laudentur. Canon quippe Apostolicus sextus designatur canone nono Concilii Nicæni, ubi de criminis alicujus reis ad Ordines præter Canonem promotis agitur. Canon 15, sive 14 Apostolorum de migrationibus Episcoporum & Clericorum indicatur canone 15, & 16 Nicænis. Canon quoque 62 Apostolorum de lapsis non promovendis Canone Nicæno 10 demonstratur. Aperte vero repeti videntur Nicæno 1 Canon Apostolicus 21, & *seqq.* de Eunuchis per vim factis a Clero non arcendis. Canone autem 2 Nicæno qui est de recens baptizatis non statim promovendis contra Canonem Ecclesiasticum, quid aliud quam Canon Apostolorum 80 scribitur? Canone denique Nicæno 15, qui tradit de excommunicatis ab Episcopis

scopis unius Provinciæ servandum esse Canonem, qui ab aliis Episcopis eos admitti prohibet, nonne manifeste ad Canones Apostolorum 12, alias 13, & 32, alias 33, refertur?

Nondum innotuisse hanc Collectionem anno Christi 258, quo agitabatur controversia de baptismo hæreticorum inter Stephanum Summum Pontificem illorum baptisma recipientem, atque B. Cyprianum Carthaginensem, & Firmilianum Cæsareæ in Cappadocia Episcopum illud respuentes, ex eo inducit Illustr. Petrus de Marca *lib. 3 de Concord. Sacerd. & Imp. c. 2*, quod Firmilianus cum Sanctorum Petri & Pauli quædam loca non satis perspicua in suam sententiam adduceret, eamque consuetudine Asiaticorum tueretur; non tamen meminit Canonum Apostolorum 46, & 47, quos profecto, si illi tum in lucem prodiissent, minime omissurus fuisset, utpote qui ejus sententiam manifeste adstruerent. Damnantur enim Canone 46 Episcopus & Presbyter hæreticorum baptismum admittentes; ut Canone 47 deponi jubetur is, qui pollutum ab impiis (idest ab Hæreticis baptizatum) non baptizaverit, non minus quam is qui rite & secundum veritatem baptizatum adhuc baptizaverit. Hinc conjicit Eruditissimus Præsul, paulo post illam Firmiliani adversus Stephanum contentionem, forte & ejus occasione, editos, aut collectos fuisse hos Canones, paulo scilicet postquam Iconii in Lycaonia vicinarum Orientis Regionum Episcopi frequenti Synodo convenissent; quæ Synodus eadem sanxerat, quæ duobus illis Canonibus Apostolorum 46, & 47 continentur.

Verum nuperus Synodici editor ante laudatus probat, horum Canonum aliquos antiquissimis tum Græcis, tum Latinis Patribus longe ante Iconiense Concilium cognitos fuisse, Clementi Alexandrino ac Tertulliano circa annum Christi 195, Origeni non multo post, & Cypriano, qui anno 255 passus legitur. Indicantur ab iis verb. grat. Canones 7, 17, 31, 47, 50, 61, 81, deque iis rebus habita jam ante Concilia. Nam Cypriano teste *in Epistola ad Jubajanum*, jam ejus tempore statutum fuerat, ut hæretici ad Ecclesiam Catholicam conversi baptizarentur, *cum*, inquit, *jam multi anni sint, & longa ætas, ex quo sub Agrippino bonæ memoriæ viro convenientes in unum Episcopi hoc statuerint*: quod de Episcopis Africanis accipiendum est; Agrippinus enim Carthaginensis Episcopus fuerat. Idem autem, ut diximus, Canone Apostolorum 47 constitutum reperitur. Pascha quoque cum Judæis celebrari non debere, quo pertinet Canon Apostolicus 7, alias 8, Synodi plures ante annum 198 sanxerant, Romana sub Victore I, Palæstina, Pontica, Gallica &c. de quibus Eusebius *lib. 5 Eccl. hist. c. 22*, & Beda: ex quibus patet, recte Hincmarum conjecisse, editos fuisse aut collectos Canones, qui dicuntur Apostolorum, iis temporibus, quibus nondum libere Concilia celebrabantur.

Quod attinet ad horum Canonum auctores, locumve, ubi primum prodierint, ex primo illorum Canonum colligi potest conditos non esse ab Episcopis Asianæ Diœceseos, ut qui 14 luna Pascha celebrarent temporibus S. Polycarpi. Et si quidem omnes simul, eodemque loco esse compositos constaret, minus impeditam quæstionem faceret Hyperberetæi mensis habita mentio *Can.* 38, quo nomine cum October lingua Syro-Macedonica, usu tunc per Syriam, & Orientem recepta, significetur, apparet, hunc Canonem in Syria conceptum; unde sequeretur cæteros quoque iisdem e locis manasse. Verum non desunt, qui satis probabiliter conjiciant, diversis in Synodis, diversisque temporibus editos. Huic ego sententiæ sic accedo, ut magnam partem ex Conciliis, quæ in Orientis præsertim sub finem secundi, & initium tertii sæculi habita sunt, partim ex moribus, qui per earundem Regionum Ecclesias invaluerant, tertio currente sæculo, sive minus, sive quod verisimilius videtur, plurium Antistitum opera collectos existimem; neque aliud voluit Illustrissimus Marca, cum paulo post Iconiensem anni 258 Synodum in lucem exiisse scripsit hanc Collectionem. Itaque Orientales Episcopi sub illud tempus antiquas disciplinæ regulas, & traditiones vel ab Apostolis acceptas revera, vel quas ab iisdem accepisse videri volebant, in unum codicem conjecerunt; cui ut meliorem conciliarent auctoritatem, *Canones Apostolorum* appellarunt, & Clementem Petri Discipulum ac Successorem pro illorum collectore vendi-

tr-

tarunt; idque forte, quemadmodum non inscite suspicatur Marca, ut Stephano Romano Pontifici vetustioris longe Pontificis nomen opponerent.

Numerum horum Canonum alii alium constituunt. Græci 85 habent, vel 84 duobus in unum collatis. Apud Latinos nonnisi 50 numerantur. *At Canon* 2, *dist.* 16, sub nomine Zephyrini Papæ, 60, vel quemadmodum alii legunt, septuaginta agnoscit. Quamquam Bellarminus errorem in numero suspicatur; & Polycarpus ex eodem Zephyrino quinquaginta tantum numerat. Verum hæc lis satis facile dirimi poterit, si dicamus, sub nomine Apostolorum revera proditos fuisse quinque & octoginta Canones: sed veris Apostolorum, aut Apostolicorum virorum traditionibus ac regulis quædam ab Hæreticis fuisse admixta, ita ut corrupti ac interpolati prodierint; quod & Epiphanius observavit: unde nihil mirum si non omnes ubique recepti fuerint, præsertim cum in Oriente compositi non pauca contineant ex moribus Orientalium Ecclesiarum ab Occidentalium usu aliena.

Auctoritatem eorum confirmare videtur, uti jam dictum est, Tertullianus *lib. adversus Praxeam*, dum Canones Apostolorum scribit esse nobis per manus traditos: S. Athanasius *in Synopsi* (siquidem ea veri Athanasii est) ubi eos numerat inter Hagiographa: Synodus sexta in Trullo *Can.* 2, jubens eos posthac firmos, & stabiles permanere; atque omnium maxime S. Joannes Damascenus *l.* 4 *de fide orthod. cap.* 14, qui eos inter Scripturas Sacras videtur recensere. Accedit quod a Dionysio Exiguo inserti sunt initio Codicis Canonum Ecclesiæ Romanæ, atque ab Isidoro Corpori Canonum præfixi, cujus in præfatione relata *Can.* 4, *dist.* 16, eos cæteris Conciliis se præponere ait: *propter eorum auctoritatem, & quod SS. Patres eorum sententias Synodali auctoritate roboraverunt; atque inter Canonicas Constitutiones posuerunt*: quæ verba sine dubio ad dictum Canonem 2 Synodi Quini-Sextæ referenda sunt, cum illius quoque verba initio ejus *Canonis* 4, *dist.* 16, habeantur: ideoque tribui non possunt Isidoro Hispalensi ante illam Synodum defuncto. Sunt tamen alterius Isidori, qui ejus Corpus Canonum amplificavit; qua de re infra. *Jus Patriarchicum*.

Contra Gelasius Papa *Can.* 3, *dist.* 15, vetus Isidorus *Can.* 1, *dist.* 16, eos apocryphis adscribunt; posterior enim ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositos fuisse affirmat. Ad hæc conciliandа observandum est, Apocrypha esse duorum generum, alia quippe omnino rejecta atque damnata sunt ab Ecclesia Catholica; alia non improbata quidem, sed e numero Canonicorum, quibus a nonnullis inserebantur, rejecta. Hoc posteriore sensu Apocryphi sunt omnes illi Canones nomine Apostolorum inscripti; priore vero sensu illi dumtaxat, quorum sententia receptæ in Ecclesia doctrinæ adversatur. Generaliter vero, quamvis omnes a Græcis admittantur, a Latinis tamen ex parte tantum, hoc est Quinquaginta priores recipiuntur, ex Urbano II apud Gratianum, §. *Verum sciendum*, post *Can.* 6, *dist.* 32, ex Humberto Cardinali sub nomine Leonis IX, *Can.* 3, *dist.* 16, quos sequitur Hincmarus Rhemensis *in Opusculo* 55 *Capitulor.* illi nimirum, qui a Dionysio Exiguo relati sunt in codicem Canonum. Qui & in quinquaginta illis prioribus multa contineri, quæ temporum progressu apud Catholicos Occidentis non plane observantur, & res ipsa docet, & palam profitetur Martinus Perexius *de traditionibus part.* 3, *c. de auctoritate Can. Apost.* adeo ut Michael Medina *lib.* 5 *de Sacratorum hominum continentia c.* 165, scribere ausus sit, vix sex, aut octo in Latina Ecclesia observari: Quod sane hyperbolice dictum, cum nec tertia pars eorum in desuetudinem abierit; & vix duo, tresve reperiantur, quos palam Ecclesia repudiet. Hi sunt *Quadragesimus sextus* cum *Quadragesimo septimo* de Baptismate Hæreticorum non recipiendo (quos tamen duos Canones adhibita distinctione servari adhuc non absurde dici potest) & *Quinquagesimus* de trina mersione in Baptismo necessario usurpanda. Nam *sextus* de Uxore ab Episcopo, aut Presbytero non abjicienda, alium habet intellectum ab eo, quem nonnulli putant; fortasse & *decimus* de iis, qui Ecclesiam ingressi communionem non percipiunt; & *vigesimus* de Clerico fidejussionibus inserviente, ac *vigesimus septimus*, qui non omnibus Clericis, sed Lectoribus tantum, Cantoribusque conjugium permittit. Vide Joan. Beveregium in *Pandectis Canonum*,

 sive

five *Synodico*, & Joan. Baptiſtam Cotelerium in *Notis ad Clementem*. Vide etiam Van-Eſpen *J. E. U. Part. V, pag.* 76, Ed. Germ. 1732, §. 2, & *ſeq.* Vide Natalem Alexand. *in Sec. I, Differt.* 18, & Conſtantinum Roncagliam *ibid.* Vid. Carolum Sebaſtianum Berardum in *Gratiani Canones part. I, cap.* 1.

QU.

QU. XXIX.

Provocatio ad Patriarchas quibus datur?

§. I. AD Patriarchas provocanti, si gradus serves, omnem tibi aditum patere, si gradus tollas, omne iter interclusum esse, Justinianeæ monent Constitutiones. *Sancimus, ut nemo Venerabilis Clericus ab aliquo sive Clerico, sive Laico ab initio apud Beatissimum Patriarcham Provinciæ accusetur, sed prius juxta sacra Instituta apud Episcopos Civitatis, in qua Clericus versatur; tum si is suspectus est, apud Metropolitam Episcopum reum agat.* (*Cod. Lib.* 4, *Tit.* 4, *c.* 29): *Si quis Sanctissimorum Episcoporum ejusmodi Synodi dubitationem aliquam ad invicem habeat, sive pro Ecclesiastico jure, sive pro aliis quibusdam rebus; prius Metropolita eorum cum aliis de sua Synodo Episcopis causam examinet, & judicet; & si non rata habuerit utraque pars, quæ judicata sunt, tunc Beatissimus Patriarcha Diœceseos illius inter eos audiat, & illa determinet, quæ Ecclesiasticis Canonibus, & legibus consonant.* (*Novell.* 123, 1, 22.)

§. II. Qui harum Appellationum fundamenta quærunt in Chalcedonensibus Canonibus (*a*) IX, XVI, (Bingham. *Orig. Eccl. L. II, cap.* 17, §. 15, De Marca *C. S. & I. Lib. VIII, cap.* 18, *n.* 3, Eibel. *J. E. Tom. III, Lib. II, c.* 6, §. 160, *Not. m, n.* 6.) næ invenire se posse, quod cupiunt, prorsus diffidant. Noto enim notius est, hosce Canones non esse legitimos Concilii Chalcedonensis canones, utpote dimisso jam Concilio editos, sed Anatolii Patriarchæ Constantinopolitani spurcissimas fuisse paritudines, nec unquam Ecclesiæ civitate donatos. Nec Justinianus cum quas supra attulimus Constitutio-

(a) Berard. in *Grat. Can. Part.* 1, *pag.* 236. Meretur accuratiorem observationem *can.* 46, *cau.* 11, *q.* 1, qui idem est cum *can.* 9 ex Chalcedonensibus, ex eo quod ab hæreticis ille proferri passim soleat, quasi optimum, & maximum argumentum ad evertendum Romanæ Sedis in universa Ecclesia Primatum. Dabo itaque integram Canonis editionem, atque una canonis ejusdem sententiam explicabo. Ita interpretatur Dionysius exiguus. *Si quis Clericus adversus Clericum habet negotium, non deserat Episcopum proprium, & ad sæcularia percurrat judicia, sed prius actio ventiletur apud Episcopum proprium, vel certe consilio ejusdem Episcopi, apud quos utræque partes voluerint, judicium continebunt.* Paulo aliter legunt alii. *Si quis Clericus habet cum Clerico litem, aut negotium, proprium Episcopum ne relinquat, & ad sæcularia judicia ne excurrat; sed causam prius apud proprium Episcopum agat, vel de Episcopi sententia apud eos, quos utraque pars elegerit, judicium agitetur.* Clarius Josephus Ægyptius in sua Paraphrasi Arabica: *Si contentio inter Sacerdotes acciderit, aut ipsi in aliqua re ipsi invicem adversarii fuerint, Episcopos suos non relinquant,*

tiones edidit, horum Chalcedonensium canonum patrocinium suscepit, sed Ecclesiasticorum Institutorum quæ ante Chalcedonensis Concilii tempora, quemadmodum in omni bene constituta Republica, ita etiam in Ecclesia semper viguerunt. (Vide supra L. I, Quæst. XXV.) Ipsius enim Appellationis naturæ hoc inditum est, ut nonnisi gradatim ab Inferioribus ad superiores Judices promoveatur.

§. III. Nec ullum nobis negotium facessit id, quod Hieronymus ait adversus Joannem Jerosolymitanum in Epistola ad Pammachium: *Ad Alexandrinum Episcopum Palæstina quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi decernitur, ut Palæstinæ Metropolis Cæsarea sit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæsareensem Episcopum appellare debuerat ..... aut si procul expetendum Judicium erat, Antiochiam potius litteræ dirigendæ.* (*Ep. 61, T. II, pag.* 178.) Ex quibus verbis optio fuisse videtur Joanni Jerosolymitano eligendi Judicem, ad quem mallet provocare, utrum ad Metropolitanum Cæsareensem, an ad Patriarcham Antiochenum. Verum si verba Hie-

---

quant, & opem a Principe, aut Judicibus implorent, sed Episcopum de rebus suis certiorem faciant, & arbitros inter se constituant jussu Episcopi, deinde acquiescant in eo, quod ipse de illis statuerit. Prioribus hisce canonis verbis constitutum est, quod in pluribus aliis Conciliis, præsertim Africanis jam decretum fuerat, videlicet ne Clerici sese mutuis litibus, & contentionibus vexarent, sed, si forte quædam occasio contentionis suboriretur, potius sine forensi strepitu ad Episcopum confugerent, qui aut per se, aut per electos optimos viros de causa vel negotio prudens arbitrium ferret. Prosequitur Dionysius Exiguus: *Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis correptionibus subjacebit.* Interpretatur Josephus in sua Paraphrasi: *gradu suo decidat.* Hic pœna indicitur Clericis, qui forenses potius strepitus, & litium jurgia adamassent, quam prudentia Episcoporum arbitria. Pergit Dionysius: *Quod si Clericus habet causam adversus Episcopum proprium, vel adversus alterum, apud Synodum Provinciæ judicetur.* Alii legunt: *contra Episcopum suum, vel contra Episcopum alium, querela ista ad Synodum Episcoporum apud Metropolitanum istius loci congregatam referatur.* Hæc sane erat disciplina vetus, ut in Conciliis Provincialibus omnes Episcoporum causæ dirimerentur. Subdit postremo Dionysius: *Quod si adversus ejusdem Provinciæ Metropolitanum Episcopus vel Clericus habet querelam, petat Primatem Diœceseos, aut Sedem Regiæ Urbis Constantinopolitanæ, & apud ipsum judicetur:* legunt alii: *Si autem cum ipsius Provinciæ Metropolitano Episcopus vel Clericus controversiam habeat, Diœcesis Exarchum adeat, vel Imperialis urbis Constantinopolis thronum, & apud eum litiget.* Josephus Ægyptius ita interpretatur in sua Paraphrasi Arabica: *Verum si querela contra Metropolitanum fuerit, ab eo ad Exarchum, cui subest, veniat, & ad Patriarcham in Imperiali civitate Constantinopoli, & ei querelam suam declaret, & jus suum accipiat.* In hac postrema Canonis parte acerrime disputant tum Hæretici, tum Catholici Interpretes, alii vim facientes verbis canonis, & alio protrahentes, quam quo voluerit Anatolius, qui canonem ipsum composuit, alii canonis ejusdem auctoritatem immodice, & plusquam decet jactantes. Procaces hæretici ex hoc canone arbitrantur, agnitum non fuisse in Concilio Chalcedonensi Romanæ Sedis Primatum, cum in eo Episcoporum causas deduci potius ad Constantinopolitanum, quam ad Antistitem Romanum præcipiatur. Quidam ex Theologis nostris, inter quos est bonus ille Turrianus, qui facile veteribus Scripturis, sive authenticæ fuerint, sive apocryphæ, morem gerunt, & potius insudant in extorquendis sententiis fragmentorum, quam in investiganda illorum auctoritate, ut difficultati ex hoc canone propositæ satisfacerent, dixerunt nomine *Primatis Diœceseos* intelligi

Hieronymi æquiore lance pensitaveris, nihil tale in Hieronymo invenies. Hæc enim est Hieronymi oratio: Si Joannes Jerosolymitanus provocatione certare voluisset, ad Cæsareensem Metropolitanum suum confugere debuerat. Quod si justa Cæsareensis recusandi causa inerat, non Alexandrini, ad quem Jerosolymitana Ecclesia nihil attinet, sed Antiocheni sui Patriarchæ Judicium erat subeundum. Non igitur ut gradus Appellationum revellerentur, sed ne provinciarum, & Diœcesium fines turbarentur, Hieronymus contendebat.

§. IV. Ceterum, dummodo suus gradationi stet honos, ab totius Patriarchatus Episcopis, & Metropolitis ad Patriarchas provocare licere, definitum jam fuit in Concilio Lateranensi IV, anno 1215 celebrata, cui ingens Latinorum, Græcorumque Patrum numerus Generali cognomen indiderunt (*b*).

QU.

higi debere Romanum Pontificem; quasi nomen *Primatis* totius Ecclesiæ Principem, nomenque *Diœceseos* universam Ecclesiam significet. Qui inter hujusmodi Theologos, & audentes hæreticos medius sederit facile judicabit, istos quidem adversus veritatem, illos autem pro veritate, sed minus recto disputandi genere contendere. Melius pro germana Ecclesiæ Hierarchia contendet, qui agnoscet, undenam canonis hujus, qui Chalcedonensis non recte appellatur, repetenda sit origo; ea enim ratione nihil amplius hæreticis superest, quod objiciant, immo & ipsi, si quoque veritatis studio ducuntur, ab hujusmodi argumentationibus facile abstinebunt. Jam superius observavimus, canones hujusmodi editos fuisse ab Anatolio Patriarcha Constantinopolitano viro maxime studioso, qui dissoluto prorsus Concilio, contradicentibus Legatis Pontificis Maximi, (qui sane primas habuerunt in Concilio sedes, & quorum maxima fuit ob Romanæ Sedis dignitatem auctoritas) honorem suum penes quosdam Episcopos augere studuit, suique Episcopatus Sedem præter morem evehere. Neque enim hæreticis ipsis ignotus est Patriarcharum Constantinopolitanorum ambitus, qui nullum non lapidem moverunt, ut quemadmodum in Occidente veteris Romæ Episcopus ceteris præerat, ita in Orientali Ecclesia novæ, ut dicebant, Romæ Episcopus cæteris præsideret. Quid itaque mirum esse potuit, si Anatolius, qui tanta ausus est, hunc canonem ediderit, in quo postularet Episcoporum omnium Orientalium causas ad Sedem suam dirimendas, judicandasque referri? At hujusmodi monumenta ea esse non debent, quæ nobis hæretici ad evertendum Romanæ Sedis Primatum objiciant, nisi a nobis hoc audire velint, ipsos ad suas firmandas hæreses nihil aliud adferre posse, quam quod ex callidis quorumdam schismaticorum machinationibus, & temerariis ausibus, aut clandestinis comitiis, atque improbatis arripere potuerunt. At si adhuc quispiam Anatolii conatibus morem gerere vellet, quin tamen Pontificis Maximi dignitati atque auctoritati deroget, quemadmodum nec Anatolius ipse, ut arbitror, licet ad schismata pronus, derogare Primatui Maximo Romani Pontificis voluit; facile asserere posset Anatolium optasse quidem, ut causæ Episcoporum Orientalium ad Primates Diœceseon deferrentur, vel ad Patriarcham Constantinopolitanum, non quod ipse neminem in Ecclesia sibi superiorem agnosceret, sed quod arbitraretur omisso Primate Diœceseos potuisse statim Episcopos conveniri in Urbe Constantinopolitana, ex eo quod in Constantinopolitano Episcopo generalis quædam Primatis dignitas eniteret in toto Oriente, ut ipse in Episcopatu suo cæterorum Primatum inferiorum officia gerere jure posset.

(b) Cum Appellationum ad Patriarchas devolutarum delegationes sint appendices, ideo de hisce delegationibus quæ ab Patriarcha Romano fieri solent habe ea, quæ traduntur, a Berardo in Com. ad *Jus Eccl. Univ.* T. 7, *Diss.* 1, *c.* 4. Duplex est istorum genus; vel enim iis mandatur, ut ab initio causam suscipiant, sententiam proferant, & sententiæ exe-

executionem curent, & tum proprie delegati nominantur, vel tantum eis mandatur, ut sive gratiam a Pontifice factam, sive sententiam a Pontifice inter litigantes dictam executioni demandent, & tum proprie executores passim dicuntur. Non eadem tamen est executorum omnium ratio; siquidem alii executores meri, alii mixti appellantur a Pragmaticis; meri scilicet, quorum potestati nulla inest causæ cognitio; mixti, qui antequam Pontificiam voluntatem exequantur, certam causæ cognitionem suscipiunt, in ea nimirum parte, qua apud ipsos constet, ea non esse a veritate aliena, quæ ad obtinendum Papæ rescriptum enarrata fuerunt. Qualis sibi competat potestas, executor agnoscet ex formula rescripti Pontificii; si enim ex. gr. legat, se ita delegatum, ut *constito &c.* ut *si noverit &c.* rescriptum executioni mandet, tunc non merum, sed mixtum esse designatum se executorem intelliget, proindeque, antequam rescriptum executioni mandet, judicis partes adsumet, sententiamque feret, in qua definiat, nihil obesse executioni rescripti, vel rescriptum executioni mandari non posse.

Quæ in hac parte jurisprudentia obtinet, ea fere universa derivata est ex juris Romani disciplina in delegatis aut Cæsarum, aut Proconsulum, aut etiam judicibus datis constituta; quodque observatione dignum est, ulterius contigit, ut, si quæ Interpretes juris Romani perperam sequioribus sæculis intellexerunt, atque explicarunt, ea quoque iisdem sæculis, nimirum duodecimo, & sequentibus, fuerint recepta in Pontificiis delegatis apud ecclesiastici juris auctores. Nam cum disciplina harum delegationum infrequens esset ante tempora Alexandri III, neque enim aut sub titulo Decretalium *de Rescript.* aut sub titulo *de Officio, & potestate Judicis delegati*, rescriptum aliquod eo Pontifice antiquius exhibetur, tunc propterea primum regulæ in hac materia receptæ sunt, non tam quales germana Romani juris doctrina posuerat, sed quales positas tunc fere subortæ recentiores sequiorum Jurisconsultorum scholæ crediderunt. Magnum profecto erat apud Romanos veteres discrimen inter Legatos, aut Delegatos, & Judices datos. Legati, seu delegati a Cæsare, vel Proconsule constituti plena, absolutaque pollebant jurisdictione, unde essent & litigantes in jus vocare, & vocatis diem dicere, seu citare, & de causa cognoscere, & sententiam pronunciare, & dictam sententiam exequi, & Judices dare. At non tanta potestas erat datorum judicum, qui propterea notionem habere dicebantur, non jurisdictionem. Eam ob rem non poterat apud ipsos in jus vocatio fieri, sed tantum secuta apud Magistratum in jus vocatione, dies dicebatur, seu citatio fiebat; item cognoscebant ipsi de caussa, & sententiam pronunciabant, debebant tamen ab executione sententiæ abstinere, facienda tantum ab eo, qui judicem dedisset; neque poterat judex datus auctoritate sua alium judicem dare. Ista disciplina Judiciorum cessavit paullo post tempora Justiniani præsertim in Occidente, in quo quicumque jurisdictione pollerent, suos delegatos designabant in urbibus & pagis, qui passim *missorum* nomine appellabantur, & per se judicia exercebant, nullis datis judicibus, quemadmodum constat passim ex legibus Longobardorum, & Caroli Magni. Restitutis deinde Romanarum legum studiis, præsertim post repertos Pandectas Florentinos, nomina illa Delegatorum, & Judicum datorum apud veteres satis discreta confundi cœperunt, quasi utrorumque idem ac unum fuisset officium, una eademque potestas, quod ignoscendum erat illius temporis Jureconsultis, qui crassiores tenebras barbarie sæculorum obductas tenuiores reddere potuerunt, non penitus disperdere, ac dissipare. En caussam, quare indiscriminatim delegatis Pontificiis accommodari cœperunt variæ regulæ, quæ modo de delegatis, legatisve Romanorum Magistratuum, & dignitatum, modo de judicibus datis constitutæ fuerant. En perspicuum rei hujus exemplum. In eo tunc Romani juris Interpretum vulgus hallucinabatur, quod non satis distinguerent delegatos, quibus mandata jurisdictio fuerat, abs judicibus datis, & quoties legissent, delegatum posse judicem dare, *l. 5, cod. de judiciis*, colligebant, & delegatum posse jurisdictionem sibi mandatam alteri mandare. Id quoque receptum fuit, moribus confirmatum, constitutionibusque probatum in Pontificiis delegatis, *arg. cap. ult. de offic. del.* & clarius *in cap. 6, & 18*, quod perperam a Gonzalezio tribuitur Lucio III, quando Innocentius III *in cap. 27 eod.* illud tribuit Alexandro III

Ce-

Cæterum nova hæc, utut ex errore in Romano jure inducta, disciplinæ Ecclesiasticæ forma non ideo erit a quoquam improbanda, cum tota hæc mandatæ jurisdictionis ratio, & vis a voluntate mandantium Pontificum pendeat, qui propterea significare aliter potuerunt voluntatem suam, quam Romanæ veteres regulæ ferrent. Neque obstat *capitulum 34 de offic. deleg.* ubi adversus subdelegationem a delegato factam exceptionem propositam fuisse deprehenditur; si enim integra facti species expendatur, liquebit, eum, qui excipiebat, non regulam opposuisse, qua subdelegationes delegatorum rejicerentur, sed subdelegationem admittere noluisse, quod, qui subdelegationem obtinuerat, subreptitio, vel obreptitio rescripto uteretur. Post istam receptam disciplinam, illud præterea veluti consectarium tradi cœpit, posse delegatum vel totam jurisdictionem suam alteri subdelegando mandare, vel partim tantum, quod ita intelligendum est, ut vel principium, vel medium, vel finem causæ subdelegato committat dicto cap. 18. Qua in re, ubi tota definiendæ causæ potestas subdelegatur, a subdelegato sententiam dicente non subdelegans, sed Summus Pontifex appellatur, nisi forte subdelegatus tamquam suspectus recusetur; nam tum si nihilominus in causa processerit, ad subdelegantes appellatio conceditur: at ubi tantum subdelegato mandatum fuerit, ut initio ad causæ cognitionem procedat, vel eam usque ad definitivam sententiam prosequatur, reservata subdeleganti pronunciatione sententiæ, ipse subdelegans ab interlocutoria, a qua appellari juxta juris regulas liceat, appellabitur, dicto *cap.* 27. Exceptio est, si delegatus alteri condelegato vices suas subdelegavisset, aut si delegatus subdelegatione facta excommunicatus fuisset, aut si alteruter ex collitigantibus delegato jurisdictionem competere denegaret, proindeque subdelegato ideo parere recusaret, quod nullam esse, & irritam delegati potestatem contenderet; his enim in casibus ad Sedem Apostolicam introducenda erit appellatio, *cap.* 3, 10, *&* 14, *de offic. & pot. jud. del. in 6.* Suas quoque patitur exceptiones generalis illa regula de delegato jurisdictionem subdelegante. Neque enim primo subdelegatio admissa fuit, si causa maxime gravis esset, *cap.* 3. *de offic. jud. deleg.* Secundo, quamquam si mandatum esset delegato, ut personaliter negotium exequeretur, posset nihilominus ille, dummodo consentirent collitigantes, alterum subdelegare, non tamen id facere poterat, si personæ fidem, & industriam elegisse Summus Pontifex visus fuisset, *cap. ult. eod. tit. cap.* 12, *eod. tit. in 6.* Tertio neque admittebatur subdelegatio, si delegatus malitiose se exonerare officio voluisset, *cap.* 28, *de officio & pot. jud. deleg. juncta clement. un. eod. tit.* Quarto denique, si de mero executore ageretur, *cap. ult.* §. *ult. de officio, & pot. jud. del.* aut de eo, qui delegatus proponeretur ad recipiendos testes, quia, ut ait Gregorius IX *in dicto cap. ult.* §. *ult. Non jurisdictio, sed certum ministerium potius committitur in hac parte*. Fateor tamen, recentioribus sæculis aliter definitum fuisse in Concilio Viennensi juxta Clementinam unicam *de offic. & pot. jud. deleg.* in cujus conspectu liquet, licite posse committi vices suas ab judicibus super receptione testium in causa civili, aut ab executoribus Apostolicis ad providendum aliquibus clericis designatis, si per inquisitionem solertem eos esse vitæ laudabilis, & conversationis honestæ repererint. Interea vero vetus juris regula adhuc observabitur, ubi judices super receptione testium in causa criminali deputati fuerint, aut ubi executores ad providendum aliquibus dati non solerter inquisiverint in vitam, & mores clericorum, quibus conferri beneficia debeant; ad has enim species memorata Clementis V constitutio minime pertinet.

Nunc ea prosequamur, quæ ex juris Romani disciplina ad Pontificios delegatos derivata sunt ex quadam similitudine officii ipsorum cum officio vel delegati a Principe, populo, aut Senatu, vel Judicis dati. Quod jure Romano Legati nihil haberent proprium, & aliena jurisdictione uterentur, *l.* 1, §. 1, *ff. de Officio ejus*, *l.* 17, *ff. de jurisdict.*, merito in delegatis Pontificiis receptum fuit, ut non suo, sed Pontificis nomine agere intelligantur, unde in primis fines mandati, sive rescripti adamussim sequi debeant, *cap.* 13, 15, 21, 31, *&* 35, *de offic. jud. deleg.* deinde, ut respectu causæ mandatæ Ordinariis majores habeantur, ita ut Ordinarios quoque ipsos coercere censuris ecclesiasticis possint, ubi iidem delegatorum jurisdictionem

aut

aut turbaverint, aut impediverint, *cap.* 11 *eod.* Licet autem Ordinariis præcipiatur generaliter, ne adversus delegatos Apostolicos aliquid moliantur, *cap.* 24, *in fine de rescriptis*, si tamen forte nimis asperam delegati sententiam putent, vel iniquam, facultas eisdem conceditur, instandi apud delegatum, ne interea sententiam exequatur donec & causæ, & dictæ sententiæ ratio apud Summum Pontificem dignoscatur, *cap.* 8, *de offic. jud. deleg.*, immo & delegatis præceptum prudentissime fuit, ut in corrigendis, coercendisve refragantibus Ordinariis certum modum servent, quemadmodum adparet *in cap.* 2, *eod. tit. in* 6. Insuper, quod Romano jure certum sit, semel mandata jurisdictione mixtum quoque imperium mandatum censeri, idest eam auctoritatem; quæ consistit in plectendis iis, qui jurisdictioni resistunt, utpote sine quo imperio inanis propemodum, & vacua jurisdictio videretur, ita delegatus a Pontifice Maximo facultatem habet censuras infligendi adversus eos, qui mandatis non parent, *cap.* 1, *&* 4, §. 1, *cap.* 5, 7, 11, 12, §. *Sexta in fine*, *cap.* 26, *&* 28, *de offic. jud. deleg.* Præterea, quod juxta Romani juris principia is, cui mandata erat jurisdictio, sententiam a se dictam exequi poterat, ea quoque facultas concessa fuit Pontificiis delegatis anno ad ejusdem sententiæ executionem concesso, *cap.* 26, *eod. tit.*, qua in parte distinguuntur etiam ex jure decretalium delegati ab judicibus datis; isti enim semel pronunciata sententia officio suo functi sunt, nec quid amplius eis superest potestatis, reservata omnino executione sententiæ iis, qui eos dederunt, *cap.* 4, *de foro compet. juncta l.* 15, *ff. de re judicata*. Potest autem delegatus executionem sententiæ Ordinario mandare, quo tamen non exequente, adhuc liberum est delegato ad executionem progredi, *cap.* 7, *&* 28, *vers. quia vero de offic. jud. deleg.* Item ex eo, quod non unus tantum, sed etiam plures dirimendis litibus Judices jure Romano dari poterant, *l.* 76, *ff. de judiciis*, *l.* 17, §. 2, *&* 5, *l.* 18, *ff. de receptis*, *l.* 36, *& sequentibus*; *ff. de re judicata*, ita plures ad certam dirimendam controversiam constitui delegati Pontificii consueverunt, *cap.* 16, 17, 21, *&* 22, *de offic. jud. deleg.* & quidem si uno tantum rescripto pluribus delegatio fiat, plana res est, omnes mandatam jurisdictionem habere. Quid tamen si diversa ad diversos obtenta fuere rescripta? Si in posteriore non facta fuerit prioris mentio; irritum posterius erit data intra annum facultate procedendi in causa delegato in priore rescripto designato, quo tamen non procedente intra annum, posteriore rescripto delegatus ipse procedet, quemadmodum superius jam observavi, quum agerem de rescriptis Pontificum Maximorum. At si posteriore rescripto obtinendo prioris mentio facta fuerit, jurisdictio prioris delegati irrita fiet, quoties prius rescriptum fuit per posterius abrogatum, & tum demum, cum de abrogatione non constet, uterque sive in priore, sive in posteriore rescripto delegatus in caussa procedet; ita ut si non conveniant, arbiter communi collitigantium voluntate jungendus sit, unde ejus delegati sententia prævaleat quam adjunctus arbiter probaverit, *cap.* 14, *&* 16, *de rescriptis*, *cap.* 6, *eod. tit.* in 2 collectione. Regulariter ubi plures delegati fuerunt, debent omnes ad unum usque in causa procedere, *cap.* 16, *de offic. jud. deleg. l.* 37, *&* 39, *ff. de re judicata*, nisi tamen qui procedere recusant, cæteris condelegatis vices suas subdelegaverint, *cap.* 6, *de offic. jud. deleg.* Hodie vero ad faciliores causarum expeditionem solent Pontifices Maximi tales adjicere clausulas, quibus indicant, unum tantum, vel duos ex pluribus delegatis, non vocatis cæteris, jurisdictionem explicare valere, *cap.* 21, 23, 30, *eod. tit.* ita, ut qui præveniunt, cæteros perpetuo ab officio excludant, nisi prævenientes infirmitas, aut alia justa causa, ne litis diremtionem prosequantur, impediat, *cap.* 8, *eod. tit. in* 6. Item hodie potius ex tritura fori, quam jure scripto obtinuit, ut qui rescriptum ad plures disjunctive delegatos impetravit, ipse Judicem eligat, ab altera parte, nisi justæ suspicionis causæ allegentur, minime recusandum; quod tamen nonnullis displicuit, quod reprobatam hanc disciplinam invenerint in jure Romano, *l.* 47, *ff. de judiciis*.

Temporibus Gregorii IX nihil adhuc singulare constitutum fuerat de qualitatibus Judicum delegandorum. Quamobrem aut ad naturalis tantum æquitatis regulas omnia exigebantur, videlicet ut in is delegaretur, qui prudentia, & non mediocri juris doctrina polleret,

leret, aut ad regulas Romani juris respiciebatur, ubi de ætate delegandi Judicis quæreretur. Nimirum quamquam Judices regulariter esse nequirent, nisi annis vigintiquinque majores, quasi infirma essent minorum suffragia, *l. 6*, §. 1, *ff. de decurion. l. 8*, *ff. de muner.*, *& honor.* & tantum ex consensu partium Judices dari possent decem & octo annis majores, qui deinde, si minores annis viginti essent, non compellebantur judicare, *l. 41*, *ff. de receptis*, *l. 57*, *ff. de re judicata*, tamen Princeps decem & octo annis majores designare judicem potuit, dicta *l. 57*, ne denegatum Principi videretur, quod collitigantibus concedebatur; proindeque & Maximi Pontifices eamdem sibi facultatem adseruerunt, *cap. 41*, *de offic. & pot. jud. del.* Primus Bonifacius VIII specialiter cavit, ut nemo deinceps delegatus daretur, nisi dignitate, aut personatu, aut canonicatu in Cathedrali Ecclesia potiretur, *cap. 11*, *de rescriptis in 6*. Amplius progressus est Clemens V, qui *in Clement. 2*, *de rescript.* statuit, principalem quidem Officialem Episcopi, seu Vicarium Generalem, item religiosum obtinentem Prioratum Conventualem posse delegatum dari, non tamen Officialem, seu Vicarium Foraneum, aut religiosum Prioratum claustralem habentem. Nomine Prioris claustralis intellige eum, qui vices Prioris Conventualis in monasterio gerit, quasi subpriorem: dicitur autem claustralis quod in claustris jugiter manere juxta monasticam regulam tenebatur; uti explicat Ducange ad verba, *Prior claustri*, *vel claustralis*. Arctius eam disciplinam contraxit Concilium Tridentinum *in sess. 25*, *de ref. cap.* 10. Nihil addo in præsentia, cum Tridentinum istud decretum jam in prima dissertatione expenderim, quum de Judicibus Synodalibus agerem. Tantum dico, nihil seu ex Bonifacii VIII, seu ex Clementis V rescripto, seu ex Tridentina constitutione detractum esse facultati jam olim delegatis Apostolicis factæ subdelegandi; postquam enim per novas illas constitutiones certarum personarum fidei delegatio committi cœpit, adhuc potuerunt illi vices suas aliis committere, dummodo eum subdelegarent, qui eisdem qualitatibus polleret, quales in delegatis requiruntur; siquidem ad hanc speciem nec Bonifaciana, nec Tridentina constitutio extendi posse videtur, quemadmodum colligi facile potest ex rescripto Bonifacii VIII, *dicto cap. 11*, *vers. in nullo*, *in fine*, *de rescript. in 6*, ubi tantum prohibetur delegatus, ne subdeleget causam sibi commissam illi, qui simili non sit præditus qualitate. Neque aliter sanxit Clemens V post Bonifacianum rescriptum, dum permisit, ut subdelegatio certis in casibus admitteretur a delegatis facta; qui essent meri executores, aut qui constituti essent ad recipiendos testes in causa civili, quod sane non obtineret, si subdelegationes omnes abolitæ Bonifaciano rescripto fuissent. Quid his subdelegationibus obesse potest Tridentinum decretum, quando nihil aliud in animo habuerunt Tridentini Antistites, quam Bonifacianæ constitutionis sententiam pressius urgere, ejusque intimam sententiam melioribus adhuc propositis regulis confirmare? Præterea olim quidem non erant certa designata loca, in quibus delegati a Sede Apostolica jurisdictionem exercere tenerentur, argumento canonis 4, & passim *cau. 3*, *qu. 6*. Verum cum in Concilio Lateranensi sub Innocentio III celebrato nonnulli rescripta impetrantes ea disciplina abuterentur ad adversarios suos defatigandos, statutum fuit, ne ultra duas dietas (nomine singularum dietarum viginti milliariorum distantiam intelligo, *l. 3*, *ff. de verb. signific.*) prætextu Apostolicæ delegationis quisquam extra suam diœcesim traheretur, nisi consensione partium ad remotiores judices directum rescriptum impetratum fuisset, *cap. 28*, *& 29*, *de rescriptis*. Deinde a Bonifacio VIII decretum fuit, ut, si actor, & reus ex eadem diœcesi fuerint, vel civitate, extra ipsas, nisi consensu litigantium, delegatus dari non possit; nisi vel Episcopus ipse, vel Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, vel civitas ipsa contra aliquem, vel aliquis contra ipsos delegationem impetrent, vel nisi civitas, aut diœcesis esset actori, aut reo minus tuta, quibus tamen in casibus non ultra dietam trahi collitigans queat. Quod si actor, & reus diversæ sint diœceseos, cautum saluberrime fuit, ut in diœcesi rei delegatus ab actore impetretur, nisi suspicio ab actore non levis respectu Judicum Diœcesa-

cesanorum allegetur, qua tamen iterum in specie reus ultra unam dietam minime trahatur, *cap.* 11, *vers. cum vero*, & *vers. cum autem*, *de rescriptis in 6.*

Delegatus Apostolicus rite constitutus reum citare debet, & causam prosequi in civitate, vel in Diœcesi, in qua est deputatus, nisi aliter inter litigantes ipsos communi consensione conveniat, dicto *cap.* 11, *vers. in nullo*, & in judicium vocatis de sua delegatione fidem perspicuam facere, ut noverint litigantes dati judicis potestatem, argumento capituli 21, & 40, *de offic. jud. deleg.* Quid vero, si reus conventus datum Judicem tamquam suspectum recuset? Justæ suspicionis caussæ in jure probantur, si delegatus sit dominus impetrantis, *cap.* 17, *eod. tit,* si sit concanonicus, aut officialis illius, qui rescriptum impetravit, *cap.* 25, & 35, *eod. tit.* aliæve, quæ contra ordinarios judices proponi possunt. Plane erunt istæ proponendæ ante litis contestationem, nisi forte de novo post litem contestatam emergant, dicto *cap.* 25, & *cap.* 4, *de exception.* iisdemque propositis non erit a delegato ulterius procedendum, ne ad faciendam quidem subdelegationem, quousque non constet, eas causas aut illegitimas esse, aut temere objectas, *cap.* 5, *de offic. deleg. in 6.* Earum caussarum probatio coram electis arbitris erit facienda *cap.* 41, *de appellation.* concessa ab eisdem arbitris, ubi æqua id suggerat ratio, facultate Pontificem Maximum appellandi, *cap.* 41, *vers. Tertio*, & *cap.* 61, *de appellation.* Nisi tamen plures sint condelegati; tunc enim, uno ex iis tamquam suspecto proposito, condelegatus alter de suspicionis caussa cognoscet; aut nisi delegatus sit Officialis Episcopi; tunc enim, Episcopus de suspicionis causa judicabit, *cap.* 4, *de offic. deleg. in 6*, quemadmodum & ubi subdelegatus tamquam suspectus recusatur, ad subdelegantem pertinebit causas perpendere suspicionis, *cap.* 17, *vers. Cum vero de offic. deleg.* Illud delegatis judicibus observandum præcipiunt sacri canones, ut gratis omnia expediant, nihilque a litigantibus recipiant, ne adsessorum quidem prætextu, *cap.* 10, *de vita, & honest. cleric.* Exceptionem adjecit Bonifacius VIII in *cap.* 11, *vers. Insuper & sequentibus de rescript. in 6*, nisi forsan esculentum, vel poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis consumi diebus possit, vel nisi cum delegatum propter causam sibi commissam contigerit extra suum domicilium proficisci; tum vero modus pro impensarum ratione servandus, immo si pauperes fuerint litigantes, ne hæc quidem exceptio locum habebit; vel nisi necessarium sit, assessorem consentientibus collitigantibus eligendum adsumi, adsignato ipsi salario, provide ex delegati officio moderando; quod etiam servandum præcipitur pro salario notariorum, ita tamen, ut cavendum sit delegato, ne de salario sive adsessori, sive notario præstituto quoquo modo participet.

Extinguitur delegatio morte delegati, nisi dignitati potius, quam personæ facta deprehendatur; tunc enim ad successorem in dignitate causæ cognitio devolvitur, argumento *cap.* 7, *de rescriptis*, & *cap.* 42, *de offic. jud. deleg.* Novella Justiniani 134, *cap.* 6. Id adeo verum est, ut si plures non disjunctive, sed in solidum delegati fuerint, morte unius, etiam cæterorum jurisdictio irritetur, nisi qui mortuus est, condelegatis jam mandavisset vices suas, & condelegati jam judicium cœpissent, *cap.* 30, *de offic. jud. deleg.* Idem fere dicendum est, si mortuus fuisset Pontifex Maximus, qui eum delegaverat. Quamquam enim certis in casibus, uti superius observatum fuit, aliud vigeat in Legatis Apostolicæ Sedis, juxta capitulum 2, *de offic. leg. in 6*; idem tamen delegatis judicibus denegatur, argumento dicti *cap.* 30, nisi jam cœptum judicium fuisset, sive aut facta jam citatio, aut etiam secuta litis contestatio, juxta capitulum 19, & 20, *de offic. jud. deleg.* de quibus jam superius nonnulla adnotabam, cum de modis quærerem, quibus rescripta Pontificia irrita fiunt. Exceptio est in mero executore, *cap.* 9, *de offic. jud. deleg. in 6*, & fidei gratia in Inquisitoribus adversus hæreticam pravitatem constitutis, *cap.* 10; *de hæret. in 6*, quorum officia etiam post mortem Pontificis perseverant. Denique vix opus est adnotare, dicta sententia cessare jurisdictionem

in

in delegato, tantum manente suprema jurisdictionis parte quæ in executione sententiæ consistit, intra annum necessario explicanda, *cap. 2*, *de offic. jud. deleg.* item cessare eamdem jurisdictionem revocatione Pontificis Maximi, aut causa ex cessione delegati ejusdem ad Pontificem Maximum translata, argumento *capituli 5.*, *de officio legati*.



QU. XXX.

Utuntur ne jure suo Patriarchæ, cum in omnibus sui Patriarchatus Ecclesiis, & Provinciis Ecclesiasticarum legum observantiam urgent?

§. I. AUctoritate sua minime abutuntur Patriarchæ cum suos Metropolitas, Episcoposque ad Legum Ecclesiasticarum custodiam, & cultum excitant, cum desidibus stimulos admovent, aculeos addunt, faces subdunt, cum denique male feriatorum vacivas partes occupant. Quid enim? Nonne legimus in vita Sancti Pachomii, *n.* 20, Magnum Athanasium Alexandrinum Episcopum vix renuntiatum totam Ægyptum, atque Thebaidem peragrasse, Parœcias lustrasse, sacras ædes invisisse, ministrorum vitam explorasse, veterem disciplinam ubique instaurasse? (Acta SS. App. ad Tom. III Mensis Maii p. 30) Quid dicam de Theophilo itidem Alexandrino? Quæ quantaque cura intentum eum habuit, ut Ægyptiacos Monachos in ordinem redigeret, Origenianamque labem tota regione extruderet? (Vide Græcor. *Men. ad diem IV Junii*, Petrum Halloix *Orig. Defens. pag.* 328.)

§. II. Adeo Canonum tutela Patriarcharum propria habita fuit, ut Constantinopolitani Episcopi Patriarchis æmulaturi, eorumque Juribus velificaturi (*a*) non aliunde quam ab Canonum excubiis cursum suum auspicati sint. Itaque in Asiæ, Ponti, Thraciæque provinciis Canonicarum legum custodes, ultores, & vindices sese venditarunt. Cui noti non sunt labores ac curæ ab Joanne Chrysostomo Constantinopolitano Episcopo in Asiæ provinciis susceptæ, ut ea, quæ contra Canones gesta erant, antiquaret, veterumque institutorum observantiam exsuscitaret? Non me latet Chrysostomum ob id ab Isaacio Episcopo in

(a) Le Quien. *T. I, colum.* 19, §. 6. Sæculo quinto nondum medio Regiæ Urbis Pontifices Diœceses Ephesinam, Cæsareensem, Heracleensem arrodere cœperunt assumpto *Patriarcharum* nomine, quo se Patrum, Episcoporumve, ac Metropolitarum principes & moderatores esse significarent. Id quod nonnulli, fateor, non ambitionis œstro, sed rerum statu postulante invitique factitare visi sunt.

Nectarium, quoad superstes in vivis fuit, aliorum Ecclesias jurisdictioni suæ addicere curasse, non prorsus compertum est. Joannem vero Chrysostomum, qui successor illius proximus fuit, Theodoretus scribit, non Urbem dumtaxat quæ Imperii sedes erat, administrasse, sed totius etiam Thraciæ quæ præfecturis sex constabat, sollicitudinem gessisse, quin & Asiæ totius, cujus undecim præfecturæ sive provinciæ erant, itemque Ponticæ, quæ totidem provincias complectebatur, easque adeo æquissimis legibus instituisse. Καὶ ταύτην ἐποίησε τὴν προμήθειαν, οὐ μόνον ἐκείνης τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ Θρᾴκης ἁπάσης, εἰς ἓξ δὲ αὕτη ἡγεμονίας διήρηται, καὶ Ἀσίας ὅλης ἀπὸ ἕνδεκα δὲ καὶ αὕτη ἀρχόντων ἰθύνεται, καὶ μέν τοι, καὶ τὴν ποντικὴν τούτοις κατεκόσμει νόμοις ἰσαρίθμοις καὶ αὕτη ἔχει τῆς Ἀσίας τοῖς ἡγουμένοις.

Quid

in Synodo ad Quercum de crimine amoti termini postulatum fuisse; verum illud etiam non me fugit, non ideo Chrysostomo diem dictam, quod Patriarchalia jura plus justo extenderit, sed quod in Patriarchalia jura nullo jure irruerit.



QU.

Quid causæ natum sit, ut Joannes Thracicæ & Ponticæ Diœcesibus jura dixerit, obscurum nobis est, at casu contigit, non ejus ambitu, ut Asiæ curam capesseret, illicque Episcopos ordinaret.

QU. XXXI.

Integrum ne est Patriarchis suos Metropolitas atque Episcopos fractorum Canonum reos Censuris ac pœnis coercere?

§. I. Canonum tutela, atque Ecclesiastica censura sororio vinculo ita inter se constrictæ sunt, ac colligatæ, ut una absque altera stare loco nesciant. Quid enim prosunt leges sine vindice pœna? Si igitur Patriarchis Canonum tuitionem mandavimus, etiam ea arma, quibus Canones tueri possint, eis concedamus oportet.

§. II. Quod si in exemplis auctoritatem habet antiquitas, nil certius est, quam Patriarchas censurarum metu Metropolitas, Episcoposque in officio posse retinere. Hac certe potestate usus est S. Petrus Patriarcha Alexandrinus, cum Meletium Licopolitanum Metropolitam abdicavit: (Athan. *Apol.* II, Socrat. *L. II, cap.* 3.) hac Magnus Cyrillus, cum Theopemptum Cabassitanum re omni, & loco movit: (Socrat. lib. VIII, c. 7) hac denique S. Basilius Cæsareensis, cum Eustathium Sebastenum Episcopum in ordinem redegit. Vide sis Basil. *Ep. VIII.*

§. III. Verum non possum, quin memoriam refricem eorum, quæ Chrysostomus Patriarchalium jurium possessionem antecapiens gessit in Asia, ubi quindecim, uti placet Philippo Presbytero Constantinopolitano, tresdecim, uti visum est Sozomeno, Episcopos Sacerdotiorum divenditorum, vitæque corruptissimæ reos exuit Episcopatu. *Joannes*, (ita Sozomenus *L. VIII, c.* 6.) *cum audisset Asiæ, & finitimarum provinciarum Ecclesias ab indignis Sacerdotibus gubernari, & alios quidem donis, ac muneribus, alios vero gratia corruptos Sacerdotia vendere, Ephesum perrexit. Ac tresdecim Episcopis depositis partim in Lycia, & Phrygia, partim in ipsa Asia, alios in eorum locum substituit.*

§. IV. Fateor equidem Episcopos gravi crimine notatos ad Metropolitarum tribunal rapi solitos fuisse, uti dicitur in *Novell.* 37, *c.* 5. *Quoties quidam Sacerdotum, vel Clericorum, vel Abatum, vel Monachorum accusabuntur vel de Fide, aut turpi vita, aut ob aliquid aliud contra Sacros Canones admissum; siquidem Episcopus est, is, qui accusatus est, ejus Metropolitanus examinet ea, quæ dicta sunt: si vero Metropolitanus sit, ejus Beatissimus Archiepiscopus*, (h. e. *Patriarcha*) *sub quo degit*. At cum hæc jura a Patriarchis ad Metropolitas tamquam rivuli a fonte manaverint, si rivuli a fonte multa aquarum vi ditati fuerint, non ideo fontem exaruisse dicendum est. Constat enim Metropolitica jura ab Apostolis eorumque successoribus Patriarchis ad Titum, Timotheum, aliosque Apostolicos viros horumque successores Metropolitas profluxisse. (Vid. infra L. III, Q. I, seq.) Neque putandum est, Patriarchas iis juribus, quibus Metropolitas induerunt, sese funditus, penitusque exuisse. Quid? Num D. Paulus, cum Timotheo pote-

testatem fecit, *ut adversus Presbyteros accusationem reciperet* I. ad Timotheum V, 19, sese hujusmodi accusationis recipiendæ jure spoliavit?

§. V. Quid igitur concludendum? nisi quemadmodum multa Patriarchis cum Metropolitis communia jura sunt, ita tum Metropolitarum, tum Patriarcharum tribunal reorum Episcoporum scopulum esse, suumque non modo *Devolutioni*, (*a*) verum etiam *Præventioni* (*b*) locum esse debere.

QU.

(a) Boeh. *J. E. P. L.* 1, *T. X*, §. 2, *pag.* 410. Jus Devolutionis est translatio juris pro ea vice ammissi in superiorem. Fundamentum juris devolutionis est negligentia Inferioris Prælati

Idem *l. c.* §. 14, *pag.* 418. Quæ hactenus adductæ sunt observationes ostendunt, hic potissimum de supplenda negligentia prælatorum in *beneficiis conferendis* agi. Interim hunc titulum extendere etiam solent ad neglecta in *jurisdictione* tam *voluntaria* quam *contentiosa*, LYNCKER *in analect ad Dessel. h. t. ad rubr.* EGEL *in coll. Jur. canon. h. t. n. 6*, WIESTNER. *h. t. n.* 41; *seq.* sed quod *jurisdictionem contentiosam* attinet, negari quidem nequit, causas ab inferiori judice ad superiorem ex capite *denegatæ* vel *protractæ* justitiæ devolvi; sed parum doctrina hujus tituli ad illustrationem ejus materiæ facit, quæ aliunde fundamenta, & principia sua habet, ex jure civili desumenda. Neque in Germania Pontifici concedimus, ut causas sæculares sub prætextu *neglectæ* administrationis justitiæ ad se ex jure *devoluto*, in hoc casu nullo modo fundato, trahere possit, prout *lib. II, tit.* 2, §. 5, *seq.* expediendum erit. In aliis actibus, quos *voluntariæ jurisdictionis* Canonistæ dicunt, h. e. quæ sunt fori interni, facilius *jus devolutionis* locum habere potest; si vel tempus certum definitumque iis præscriptum, vel alias inferiores legitimis admonitionibus interpellationibusque in mora sint constituti.

(b) Præventio Jurisdictionis est illa, per quam unus Judex Jurisdictionem alterius judicis cæteroquim etiam competentis prævenit, seu præoccupat, ita ut iste amplius causæ præventæ se nequeat intromittere. Præventio fori seu jurisdictionis inducitur per citationem legitime interpositam. Citatio autem realis fortior est, ac præfertur citationi verbali etiam anteriori. (Ferrar. *V. Præven.*) Gravissima hic se offert quæstio, an præventio locum sibi vindicet per citationem, *ex L. Diffamari*, *C. de Ingen. & Manumiss.* Præventionem & litis pendentiam per citationem hanc induci non tam respectu judicii diffamatorii, sed & respectu ipsius causæ principalis, tradunt Ægid. Boss. *de crim. tit. de For. compet. num.* 107, Blarer. *ad L. Diffamari*, *cap.* 4, *n.* 4. Adde etiam Mund. *ad eamdem l. Diffamari cap.* 5, §. 1, *n.* 36, *& seq.*

At negant Bruneman. *ad L. Diffamari ser. per tot. C. de Ingen. & Manumiss. Carpzov. lib.* 2, *Resp.* 34, *n.* 10, *& seq. Zanger*, *de except. part.* 2, *c.* 13, *n.* 21, Mev. *decis.* 198, *ser. per tot. part.* 1. Diffamatus enim, ut *mox laudati Auctores ajunt*, non agit, sed per citationem alterum ad agendum invitat. Atque hinc inferunt, quod ejus citatio nullam litis pendentiam seu præventionem inducere potest. Alii distinguunt, judicium diffamationis inter & causam principalem; tenentque induci præventionem quoad diffamationem, non item quoad causam principalem, cum sint separata judicia, quorum diversi sunt fines. Guil. *lib.*1, *observ.* 13, *n.* 6, Græv. *l.* 1, *conclus.* 11, *n.* 3.



QU. XXXII.

Graviorum erratorum Absolutio (*a*) *a Patriarchis ne impetranda?*

§. I. Uemadmodum in omni bene constituta Republica prudentissime cautum fuit, ne graviora crimina nisi ad graviores Magistratus raperentur, ita etiam in Ecclesia sapientissime semper custoditum, ut maxima scelera maximorum Antistitum judicium subirent. Nihil modo dico de S. Pontifice. (Vid. supra Lib. I, Quæst. XXXIX.) De Patriarchis loquor, a quibus grandis maleficii reos liberationem culpæ, erratique sui veniam poscere jam a primis usque temporibus solitos fuisse, summæ auctoritatis tradit antiquitas. Rem hanc non multis onerabo exemplis, uno ero contentus. Lamponianus Presbyter Ptolemaidis violentas manus intulerat Jasoni suo Compresbytero. Facti poeni-

(a) De Reservatione graviorum criminum Patriarchali, eorumdemque absolutione ea ferme procedunt, quæ de Pontificia graviorum criminum Reservatione. Quamobrem vide ea, quæ supra diximus L. I, Quæst. XII, Not. m. Quibus adde hæc quæ sequuntur. Berard. *in J. E. U. Part. II, Diss. III, c. XI, pag.* 207. Reservatio dicitur inferioris potestatem intra certos limites coercere, *Cap.* 13, *de vita & hon. cleric. Cap.* 29, *de sent. excom.* Finis reservationis triplex esse solet, primus scilicet, ut Canonum disciplina magis in tuto collocetur, *Cap.* 29 *de præbend.*, alter, ut certis Episcopalibus, eisve majoribus Sedibus honor servetur, dicto *Cap.* 29, *de præbend.* postremus ut facilius populus corrigatur, *extravag.* 3, *de pœnit. & remiss. int. comm.* Concil. Tridentin. *Sess.* 14, *Cap.* 7. Observandum est hac in re, omnem reservationem generaliter cessare in mortis articulo, dicto *Cap.* 7, in Concilio Tridentino; item natura sua cessare reservationem, ubi censura cessaverit, *Cap.* 3, *de imminut. in 6*, quamquam possit adhuc consistere censura cessante reservatione. Ut paucis dicam, cessat quoque reservatio iis omnibus modis, quibus cessat indictio censuræ, sive ex lege, sive ex præcepto, sive per sententiam facta, *Can.* 52, *Cau.* 16, *q.* 1. Causa autem reservationis debet esse gravissima, sed gravior illa, quæ occasionem præbere potest ferendæ censuræ, propterea quod reservatio censuram adhuc reddat asperiorem. Quod ad potestatem reservandi attinet, verum est in primis, eam inesse penes unumquemque, qui possit censuras inferre, *Cap.* 29, *de sent. excom.* Concil. Tridentin. *Sess.* 14, *Cap.* 7. Quamobrem cum aut ab homine, aut abs jure censuræ ferantur, & ab homine, & abs jure fieri posse reservationes intelligimus, quin habeatur ratio, an censura sit latæ an ferendæ sententiæ, *Cap.* 8, *de tempor. ordin.* Nomine juris non solum venit jus commune, sed etiam particulares constitutiones aut in Synodis aut extra Synodum editæ. In jure communi nulla adparet reservatio, nisi edita aut a Conciliis aut a Pontifice Maximo, quamquam constet de facultate reservandi, qua Episcopi gaudent, dicto *Cap.* 29, *de sent. excom. dicto Cap.* 7. Tridentin. Insuper non repugnat, etiam sola consuetudine reservationem induci, ut liquet ex *extrav.* 1, *vers. incendiarios de privileg. Cap.* 8, *de sent. excom. in 2 Collectione*, verbo *consueverunt*; habet enim vim legis legitima consuetudo, qui

nitens supplex ad Synesium Episcopum suum venit absolutionem implorans. At Synesius, cum se hac facultate minorem gereret, illum a genibus suis repulit, atque ad Sedem Apostolicam Alexandrinam tantæ potestati parem rejecit. Rem totam narrat Synesius *Epistola 67, pag.* 215, hisce

uti nemo ignorat, præsertim in definiendis ministrorum Ecclesiasticorum potestatibus, quæ non ordinis sunt, sed jurisdictionis.

Fit reservatio ita ut absolutio censuræ petenda sit, vel tantum a Pontifice Maximo, vel a Patriarchis, vel ab Episcopis, vel ab aliis Prælatis seu sæcularibus seu regularibus quasi Episcopali jurisdictione gaudentibus: minime ab inferioribus. Qua in specie aliquot sunt adnotanda absolventium Prælatorum discrimina. Primum est, in iis, quæ sunt reservata Episcopis, aut Prælatis Episcopali Jurisdictione præditis, etiam Pontificem Maximum posse absolvere, non e converso. Alterum est, multos esse casus, in quibus Episcopi tantum absolvere possunt a censuris Papæ reservatis in foro interno, reservata absolutione in foro externo Pontifici Maximo, quod contingit, ubi graviora impedimenta sunt, ne quis ad Romanum Pontificem accedere possit, *Cap.* 11, 29, *in fine*, *Cap.* 58, *de sent. excom. Cap.* 3, *eod. tit. in* 3 *Collectione*. Tertium est, Pontificem Maximum non solum per se, sed etiam per legatos, delegatosve absolvere posse, quod adeo verum est, ut etiamsi legatus habeat generale mandatum, in eo tamen contineatur potestas absolvendi a censuris eidem Pontifici reservatis, dummodo tales censuræ sint, quarum absolutionem Pontifex mandare consueverit, *Cap.* 4, *de offic. legati*, *Cap.* 13, *de sent. excom.* At si quandoque Episcopo concedatur Absolutio, non est perpetuum, ut Episcopus possit eam facultatem alteri mandare, unde receptum est, ut in crimine hæreseos possit Episcopus per se tantum absolvere, ex Concilio Tridentino *Sess.* 24, *de Ref. Cap.* 6. Quartum est, minus juris habere Presbyteros in censuris reservatis, quam Episcopos in reservatis Superiori; nam Presbyteri tantum absolvere possunt in mortis articulo, uti superius traditum est; Episcopi, quandocumque gravis urgeat necessitas. Postremum est, quibus in casibus inferior absolvere potest a reservatis, regulariter exigendum esse ab absoluto, ut cum fieri poterit, se sistat coram eo, cui reservatio facta fuisset, ut apud eum satisfaciat, *Cap.* 11, 29, *in fine*, & *Cap.* 58, *de sent. excom.*

Ib. pag. 211. Quod attinet ad species censurarum, quæ indigent absolutione, observandum est primo, non semper opus esse absolutione a censuris universis, sed concedi posse eam tantum ab aliquibus, veluti cum quis accedit ad Sacramentum pœnitentiæ, in quo potest quis absolvi ab excomunicatione majore, quin absolvatur a certis suspensionibus, quæ privant aliis bonis, non perceptione Sacramentorum. Hinc absolutio a censuris modo generalis est a censuris omnibus, modo particularis, & ab una tantum, Cap. 27, de sentent. Excom., neque enim eadem est censurarum conditio, quæ criminum, quorum absolutionem nonnisi generalem Ecclesia impertitur, cum gratia Dei, qua delentur crimina, individua sit, sejungi autem possint jura Ecclesiæ, ita ut aliqua concedantur, alia denegentur. Immo & potest quis absolvi a censuris, quin absolvatur a peccatis, *Cap.* 23, *de verbor. signific.* Cæterum subreptitia esset absolutio particularis ab una censura tantum, si quis silentio præteriret, se alia censura esse inodatum, *Cap.* 42, *de sent. excom.*, juncto *Cap.* 20, *de rescriptis*. Observandum secundo, esse aliquas censuras, quarum absolutio necessaria dicitur; alias, quarum absolutio tantum conceditur ad cautelam. Necessaria absolutio petitur, ubi certa, & non irrita est censuræ nota, etiamsi forte injusta proponatur, aut ubi quis putat se censura esse notatum, quamquam erret, nisi errorem deposuerit, argumento *Capituli* 35, *de simonia*. Absolutio ad cautelam jam videtur fuisse adhibita sub Alexandro III, *Cap.* 16, *de appellat.*, juncto *Cap.* 40, *de sentent. excommunic.* Sed formula illa *ad cautelam* primum usurpata videtur apud Clementem III, *in Cap.* 15, *de sent. excommunic.* Certa sane res est, petendam esse absolutionem saltem ad cautelam, quotiescumque quis in dubio versatur, an censuram incurrerit; quamquam enim in dubio juris creden-

hisce verbis: *Quamquam ex animi pœnitentia lacrymas fudit, & supplex eum populus condonari sibi petiit, ego tamen in iis perseveravi, quæ semel decreveram: solvendi porro jus, & auctoritatem ad Pontificiam Sedem (Alexandrinam) spectabat. Unum hoc ergo mihil sumsi; si Lamponiano fatalis*

---

dum sit, nullam esse censuram, in dubio tamen facti petenda absolutio, propterea quod in facto, & in absolutione, quod tutius est, spectatur, *Cap.* 5, *de Cleric. excom.*, dicto *Cap.* 15, *& Cap.* 52, *de sent. excom.* Juxta morem Romanum etiam obtinuit, ut ubicumque vel levis dubitatio esse potest, absolutio ad cautelam facile indulgeatur majoris securitatis causa, etiamsi censura injusta irrita videatur, *Cap.* 16, *de Appellatione*, aut valida quidem putetur, sed ex inani fundamento, *Cap.* 16, *de sent. excom. eod. tit. in* 6. Tantum prohibetur absolutio ad cautelam cum injuria, ob quam quis est censura notatus, est manifesta, *Cap. vers. Porro de sentent. excomm. in* 6. Immo & jam diuturno usu obtinuit, ut quicumque accedit ad Sacramentum pœnitentiæ, absolvatur a censuris a Sacerdote; item ut quicumque rescriptum, beneficium, vel privilegium impetret a Sede Apostolica, similem obtineat absolutionem, ut ut censuræ minime conscius sibi sit, quæ sane nonnisi absolutiones ad cautelam appellari possunt.

Quod spectat ad formam absolvendi, sunt qui putant, aliquando sufficere tacitam quandam absolutionem, quin expressa requiratur. Id quidem ego reciperem in ea specie censuræ impropriæ, ex qua ex. gr. alicui vetitum fuisset a suo Prælato, ne sacra mysteria obiret, donec Prælato visum fuerit, siquidem quamquam hæc suspensio videatur, cum tamen non conferatur in emendationem suspensi, sed potius in voluntatem Prælati, præceptum quoddam potius est, quam censura, ideoque Prælato etiam tacite permittente Clericum sacra ministeria obire, in irritum ea suspensio etiam sine absolutione evanescet, *Cap.* 2, *de Cleric. non ordin. ministr.*, Concil. Tridentin. *sess.* 7, *Cap.* 10, *Sess.* 14, *Cap.* 2, *sess.* 23, *Cap.* 8, *de reform. & sess.* 24, *Cap.* 1, *de reform. matrim.* Verum generaliter, ubi de propria censura agitur, tacite nunquam quis absolutus censebitur. Gravissimum hujus rei argumentum deducitur ex *Cap.* 41, *de sentent. excom. & ex Clement. ult. eod. tit.* ubi dicitur, censura notatum non censeri absolutum ex eo, quod communionem habuerit cum Pontifice Maximo, & ab isto cum honore exceptus fuerit, nisi constet de absolutione. Id adeo verum est, ut etiamsi quis absolutus fuerit apud Deum, quod pœnitentiæ & obedientiæ signa erga Ecclesiam ostenderit, & ante obtentam absolutionem obierit, adhuc censura teneatur, non quidem in interno, sed in externo foro, sitque propterea per Ecclesiam absolvendus, *Can.* 1, 2, 3, & 4, *caus.* 24, *quæst.* 2, *Cap.* 28, *de sent. excom.* Quamquam enim jure communi certa præstituta verba non sint, quibus generaliter uti debeant quicumque absoluturi sint censura notatos, argumento *Cap.* 15, *de verb. signif.* certi tamen ritus, aut in vetustis Canonibus, aut in recentioribus Pontificalibus, ac Manualibus sunt designati, ex quibus de absolutione constet, *dicto Cap.* 41, *de sent. excom.* Olim recepta erat formula deprecatoria, uti liquet *ex Can.* 108, *caus.* 11, *q.* 3, ex Reginone *lib.* 2 *de Eccles. discipl. Cap.* 4, *&* 14, ex Burchardo *lib.* 2, *Cap.* 8, quod usque ad decimumtertium sæculum viguisse probari posset *ex Cap.* 28, *de sent. excom.* Sed recentiore ætate adhiberi cœpit formula indicativa. Duplex est autem absolutio, solemnis & minus solemnis. Olim solemnis erat formula tantum recepta in excommunicatione, cujus absolutio fiebat ab Episcopo intervenientibus duodecim Presbyteris, recitatione facta septem Psalmorum Pœnitentialium, & virga percusso excommunicato; erat enim ista species reconciliationis publicæ, quæ si erga eos solemnis erat, & Episcopo reservata, qui publicam pœnitentiam exegerant, potiore jure reservabatur Episcopis, quoties de excommunicatis ageretur, *Can.* 52, *dist.* 50, *Can.* 108, *caus.* 11, *quæst.* 3, *Can.* 4, *de pœnit. dist.* 5. Quænam hodie observentur, constat ex Pontificali Romano sub titulo: *Ordo excommunicandi, & absolvendi*. Minus solemnis simplicibus verbis exprimitur, quibus aliquem absolvi a censuris signifi-

talis necessitas immineret, & præstituta mortis dies adesse videretur; tum omnibus qui eo tempore adessent, presbyteris concessi, ut eum communioni restituerent. Nemo enim quantum in me erit, Ecclesiasticis vinculis obstrictus

---

significetur. Porro ut indicetur, quandonam alterutra absolutio concedi soleat, observandum in primis est, an absolutio partialis sit, an totalis. Ubi est absolutio partialis, ad certum tantum effectum concessa, puta cum conceditur a Summo Pontifice, ut quis obtineat beneficium, rescriptum, privilegium, aut cum ab alio Prælato conceditur, ut quisquam possit in judicio persequi jus suum, vel ut quisquam eligere, vel præsentare valeat, vel ad securitatem conscientiæ, aut cum conceditur a Sacerdote ad finem obtinendæ absolutionis a peccatis, minus solemnis adhibetur absolvendi formula. At si totalis absolutio est, iterum distinguendum erit, an absolutio concedatur in externo an in interno foro. Si absolutio conceditur in externo foro, velut cum quis est palam denuntiatus, opus erit absolutione solemni, ita ut in excommunicatione adhibeatur formula superius memorata; in cæteris autem censuris, etiam in scriptis absolutio concedatur, ut palam possit de ea constare *Can. 9, cauf. 2, quæst. 1, & Cap. 41, de sentent. excomm.* Si in foro interno indulgeatur, tres memorantur casus. Primus est, cum quis a Sacerdote absolvitur eodem tempore, quo absolvendus est a peccatis. Alter est cum quis est constitutus in mortis articulo. In his duobus casibus minus solemnis absolutio conceditur. Postremus casus est, cum quis absolvitur a censuris occultis ab Episcopo, juxta facultatem factam Episcopis in Tridentino Concilio *sess. 24, c. 6, de reformat.* tum vero licet privatim facienda sit absolutio, adhibenda tamen est solemnis absolvendi formula. Quomodocumque vero absolutio concedatur, debet illa has conditiones habere. Prima est, ut libere fiat, non vi, non metu extorqueatur, *Cap. un. de his, quæ vi met. cauf. in 6.* Secunda est ut sincero animo impetretur, non obreptione, aut subreptione, quod contingeret, si quis a pluribus Prælatis multiplici censura notatus veniam ab uno peteret, quin notum faceret absolventi, se alia censura teneri, *Cap. 3, de offic. judic. ordin., Cap. 27, & 42, de sentent. excomm. juncto Cap. 20, de rescriptis.* Tertia est ut nemo absolvatur invitus. Quarta est ut justa sit absolvendi causa, qualis est cessatio delicti, ob quod quis fuit censura notatus, dolor admissi criminis, & satisfactio. *Can. 108, cau. 11, qu. 3, Can. 13, cauf. 17, qu. 4, & Can. 32, cauf. 23, quæst. 8, Cap. 5, de offic. judic. ordin. Cap. 27, de sent. excomm.* Postrema est, ut non dato pretio, sed gratis, & sine ullo simoniæ vitio absolutio concedatur, *Cap. 6, de Sent. excommun. in 4 Collectione.*

Quod denique attinet ad certa onera, quæ absolvendis imponuntur, observandum est, neminem a censura absolvi oportere, nisi læsis satisfaciat, *Cap. 53, de sent. excom.* quod verum est, si reus manifestam injuriam intulerit, secus, si de injuria non satis constet, debet absolvendus promittere, se pariturum mandatis Ecclesiæ, aut si censura lata ob contumaciam fuerit, spondere, se coram superiore stiturum, cum vocabitur, *Cap. 23, de verbor. signif. Cap. 20, 21, & 25, de appellation., Cap. 15, de sentent. excom.; Can. 32, cauf. 23, quæst. 8,* & quidem hæc satisfactio absolutionem præcedere debet, cum injuria est manifesta, *Can. 23, cauf. 17, quæst. 4, Cap. 29, de offic. deleg. Cap. 23, de verbor. signific.* Exceptio est in eo, qui in extremo vitæ discrimine constitutus est, hic enim cavere jurato debebit, se satisfacturum cum primum poterit. Exceptio item est in eo, qui absolvitur tantum in foro interno, quocumque casu hæc absolutio indulgeri potest, & nondum est reus publice denuntiatus; hic enim cavere jurato debet se pariturum mandatis Ecclesiæ, quotiescumque vocatus fuerit, argumento *Cap. 12, 51, & 58, de sent. excom.* Simili ratione qui pluribus censuris a diversis Prælatis inflictis tenetur, dum ab uno absolvitur, jurato cavere debebit se alteri Prælato satisfacturum, *Cap. 42, de sent. excom.* Quando vero conditiones hujusmodi, & cautiones adjiciuntur, non ipsæ suspendunt absolutionis effectum, *Cap. 22, de sent. excom. in 6*, sed tantum obligationem designant

ctus moriatur. Si convaluerit, rursus iisdem pœnis teneatur, atque a divina humanissimaque anima Tua indulgentiæ tesseram expectet. Hæc Synesius Ptolemaidis Episcopus, & Thebaidis secundæ Metropolita ad Theophilum Alexandrinum sæculo quinto ineunte; quæ sane Apostolicarum Reservationum vetustate antiquissimarum certa sunt atque insignia monumenta.



QU-

---

gnant necessario implendam. Apud veteres non satis constat, quibusnam pœnis afficiendus esset ille, qui post obtentam absolutionem neglecta sponsione sua minime satisfecisset. Primum Innocentius III *in Cap.* 8, *de offic. judic. ordinar.* statuit, ut is, qui statuto tempore non satisfecisset, iterum in pristinam censuram reduceretur. Inde liquet, novam fuisse censuram, quæ esset pronuncianda, proindeque ab eo tantum indicendam fuisse, qui facultatem haberet indicendi censuram. Frustra igitur Sacerdotes tantum habentes jurisdictionem in foro interno decernere poterant, ut quis iterum censuræ subjaceret. Inde etiam liquet, post reincidentiam, ut ajunt, in censuram, opus fuisse nova denuntiatione illius, qui censura notatus esset, uno verbo, opus fuisse iis omnibus, quæ necessaria sunt, ut censura inferatur juxta regulas superius præstitutas. Hodie vero post Constitutionem Bonifacii VIII *in Cap.* 22, *de sent. excom. in 6*, qui non satisfecit, & fidem datam de satisfaciendo fefellit, jure ipso in censuram reincidit; eaque adamussim observanda supersunt, quæ observari solent in censuris ipso jure inflictis, quemadmodum superius dicendum fuit.

QU. XXXIII.

Patriarcha Romanus omnibus ne Patriarcalibus Juribus in cunctis Occidentis Regionibus usus est? Quid habes de Diœcesi urbicaria?

§. I. HActenus de juribus Patriarchalibus. Verum cum septem majores Diœceses, nimirum Urbicaria, Italica, Illyrica, Africana, Gallicana, Hispanica, Britannica non alium Patriarcham habeant, quam Romanum, restat ut videamus, quot quæque Patriarchalia Jura in singulis hisce Diœcesibus, quasique Patriarchatibus usurpaverit, atque retinuerit Romana Ecclesia, quæ quantaque Metropolitis, Primatibusque dimiserit, vel ab iis siverit occupari.

§. II. Bacchinius *in Diss. de Eccles. Hierarch. Orig. part.* 2, *n.* 10, & Rubeus *in Monum. Eccl. Aquilej.* senserunt, censueruntque, nullum tribus prioribus sæculis in Latina Ecclesia extitisse Primatem, nullum Metropolitam præter Romanum. Equidem vereor, ne sua illos opinio valde fefellerit. Nam & Primatis Carthaginensis, & Metropolitæ Lugdunensis antiquiora nobis extant monumenta. Certum enim est, Cyprianum anno 258, & Agrippinum anno 217, in causa iterandi Baptismatis ab hæreticis collati totius Africæ præfuisse Concilio (*a*). Certum itidem est, Sanctum Irenæum Lugdunensem Episcopum Sæculo II Synodum Episcoporum Gallicanorum ad dirimendam controversiam de Paschate celebrando (*b*) & convocasse & habuisse. Quod si suus Affricæ Primas fuit, suus Galliæ Metropolita, non video, cur non etiam suus Hispaniæ, suus Britanniæ, sui aliis Diœcesibus & Ecclesiarum numero, antiquitate, nobili-

(a) Thomass. *de V. & N. Eccl. Discipl. P.* 1, *L.* 1, *c.* 20, §. 4. Cyprianus de Agrippino prædecessore suo loquens, qui primus ante annos quadraginta baptizatos ab hæreticis cœperat iterato tingere baptismo, affirmat, id ab eo decretum fuisse in Concilio Episcoporum Africæ, & Numidiæ: *Agrippinus cum Coepiscopis suis, qui in illo tempore in Provincia Africa, & Numidia Ecclesiam Domini gubernabant, statuit* &c. Concilium Carthaginense, cui Cyprianus præfuit in eadem causa iterandi, vel non iterandi hæreticorum baptismi, ex Africæ, Numidiæ, & Mauritaniæ Episcopis coaluerat: *Cum Episcopi plurimi convenissent ex Provincia Africa, Numidia, & Mauritania.* Videtur & hoc innuere Cyprianus, Provincia sua Africa contineri Numidiam etiam, & Mauritanias duas: *Quoniam latius fusa est Provincia nostra; habet enim Numidiam & Mauritanias duas sibi cohaerentes.*

(b) De Marca *in Disser. de Primat. n.* 113, *pag.* 33. Hinc enim accidit, ut Synodo Gallicanæ, quæ habita est in causa Paschatis adversus Asiaticos, Irenæus præfuerit, Eusebio teste *lib. V, c. XXII*, ubi cæterarum provinciarum Concilia recensens, Romanum scilicet, Palæstinum, Ponticum, Osrhoenum, Corinthium, sive Achaicum, iis quoque Gallicanum conjungit, conflatum ex

bilitate dignioribus, & a Romana Ecclesia remotioribus esse debuerint, qui in iis provinciis primas tenerent. Sed hac de re ex condicto agemus Libro III. Interea dispiciamus, quanta demum hisce seu Diœcesium, seu Provinciarum Præsidibus potestas accesserit *Patriarchalis*.

§. III. Ad Diœcesim Urbicariam, seu ad decem Provincias suburbicarias quod attinet, Romanus Patriarcha pleno jure illas semper possedit, nihil ex Patriarchali potestate Episcoporum Conventus, nihil Metropolitæ sibi unquam decerpserunt. Quod sane declarasse videntur Nicæni Patres *can. 6*, qui Patriarchæ Alexandrini jura eadem, ac Patriarchæ Romani esse debere statuerunt. *Antiqui mores serventur in Ægypto, Libya, & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quandoquidem, & Episcopo Romano hoc est consuetum*. Atqui Patriarcha Alexandrinus omnia Patriarchalia jura, ipsamque Provincialium Episcoporum ordinationem non solum in Ægypto, sed etiam in Libya, & Pentapoli sibi vindicare solitus fuerat; hæc igitur eadem jura & Romanum Patriarcham sibi asseruisse, & in Diœcesi saltem Urbicaria usurpare solitum fuisse fateamur oportet.

§. IV. Nec Ruffinus a nobis dissentit, cum *l.* 10 *Hist. c. 6*, inquit, *Ut apud Alexandriam, & in Urbe Roma vetusta consuetudo servetur, ut ille Ægypti, vel hic suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerat*, h. e. ut ait Petrus de Marca (c) ad hunc Ruffini locum, earum Ecclesiarum quæ decem Provinciis suburbicariis continebantur, nimirum Campania, Tuscia & Umbria, Piceno suburbicario, Valeria, Samnio, Apulia, & Calabria, Lucania, & Brutiis, Sicilia, Sardinia, Corsica.

§. V. Verum enimvero omnem scrupulum,

---

ex Ecclesiis Galliæ, quas Irenæus regebat.

Equidem non diffiteor, quin relativum pronomen in textu Eusebii ex vi & usu particulæ illius restringi possit ad Ecclesias Galliæ Lugdunensis primæ, tunc divisæ a secunda, quas Irenæus Metropolitico jure administrabat. Sed cum in generali universæ Ecclesiæ causa omnium Sacerdotum vota exquirerentur, nullaque Synodus alia in Galliis tunc habita fuerit præter hanc unam, plane necesse est, eam sententiam sequi, quæ omnium Galliæ provinciarum, in quibus Episcopi constituti erant, Concilium istud fuisse docet. Coactum Lugduni verisimile est, eo quod in ea urbe trium provinciarum Galliæ conventus fieri soleret, eaque esset antiquæ disciplinæ ratio, ut in locis frequentioribus Concilia fierent, ubi tutius & rectius Episcopi conveniebant. De universis quoque Galliarum Episcopis intelligendus est alter Eusebii locus *cap. XXIV*, ubi ait, admonitionem scriptam ad Victorem ab Irenæo, ex sententia omnium per Galliam fratrum, quibus præerat.

(c) De Marca *de C. S. & I. L.* 1, *cap.* 7, §. 6. Ut explicatio canonis sexti in pauca contrahatur, rectissime & ex usu recepto Ruffinus componi inter se Alexandrinum, & Romanum Episcopum in eo scripsit, quod ille Ægyptiacæ Diœceseos ἐξουσίαν habere debeat, eodem jure, quo Episcopus Romanus utebatur in Diœcesi Urbicaria, seu ut Ruffinus elegantissime loquitur, in *Ecclesiis suburbicariis*, idest, in iis Ecclesiis, quæ decem provinciis suburbicariis continebantur. Earum enim provinciarum & Synodus, & ordinatio, & plena liberaque administratio, ad Episcopum Romanum pertinebat; ut Episcopo Alexandrino in Ægyptiaca Diœcesi, & Antiocheno in Orientali. Sapienter autem Ruffinus comparationem his finibus coercuit, quia scilicet uberiori jure fruebatur Romanus Pontifex, quam cæteri Diœceseon singularum Exarchi. Etenim & plures majoresque Diœceses

pulum, qui hac de re injici nobis potest, evellit S. Cælestinus I, qui ad Calabriæ, & Apuliæ Episcopos scribens hæc habet: *Audivimus quasdam propriis destitutas Rectoribus Civitates Episcopos sibi petere velle de Laicis, tantumque fastigium tam vile credere, ut hos his qui non Deo, sed sæculo militaverunt, æstimant Nos posse conferre, non solum male de suis Clericis, in quorum contemptum hoc faciunt, judicantes, sed de Nobis pessime, quos credunt hoc posse facere, sentientes*. Vides hinc, non solum Metropolitarum, sed etiam omnium Episcoporum ordinationes in Apulia & Calabria ex Romani Patriarchæ arbitrio, & nutu pependisse.

§. VI. Quod si Urbicariarum Provinciarum Metropolitæ ab ipsis Episcoporum ordinationibus prohibebantur, quanto magis ab aliis Patriarchalibus juribus, quæ severiore custodia tegi solebant, deterreri debuerunt.

DIG.

---

cesses tenebat, ut cum Synodo Arelatensi loquar, & principatum totius Ecclesiæ gerebat: in quibus duobus capitibus duos illos Patriarchas, cum Romano non componi Ruffinus censuit, sed tantum ratione habita Ecclesiarum suburbicariarum.

Usus est hac voce Ruffinus in superhabito discrimine; quod inter *suburbicarias*, & *urbicarias* regiones a viris eruditis est animadversum, qui suburbicarias dici eas, quæ non longe abessent ab urbe adnotarunt, urbicarias vero, quæ vicario urbis parebant. Cæterum hanc κυρολογίαν anxie & scrupulose observavit ille canonum interpres Dionysio antiquior, qui sexti canonis Nicæni Sententiam his verbis expressit: *De primatu Ecclesiæ Romanæ & aliarum civitatum Episcopis, Antiqui moris est, ut suburbicaria loca, & omnem provinciam sua sollecitudine gubernet*. His verbis in quibus explicandis frustra viri eruditi laborarunt, Metropolim & Diœcesim Romani Episcopi designavit. Per loca suburbicaria regiones illas quatuor intellexit, quæ aliquot civitatibus adjectis, integram Metropolim Romanam e sexaginta novem Episcopatibus conflatam constituunt, ut dixi superius. Per *provinciam* autem more suo Diœcesim significat, nempe Urbicariam. Solet enim interpres ille διοικήσεως vocem, quæ in Concilii Constantinopolitani canone II, & in cap. IX, & XVII Concilii Chalcedonensis extat, provinciæ vocabulo explicare, ut vidimus in veteri MS. codice. Itaque ex sententia hujus interpretis nostra opinio Ruffinique comparatio omni ex parte confirmatur.

Hæc distinctio quæ nondum, ut existimo, observata fuit, novatorum argutias refellit, qui comparationem trium Patriarcharum ea conditione institutam putant a Concilio Nicæno, ut primas quidem partes Romanus obtineret, cæterum in sua Diœcesi quisque summo jure cum sua Synodo uteretur. Perspicere enim debuerat, mores antiquos hoc canone firmari, atque adeo totam, quantacumque erat, Romani Pontificis auctoritatem. Quare prudenter Ruffinus non in omnibus articulis, sed in eo Jure Patriarchico, quod obtinebat in Diœcesi urbicaria, Romanum Pontificem cum Alexandrino Episcopo conferri adnotavit.

DIŒCESIS URBICARIA VETUS.

ECCLESIA (*a*) ROMANA PATRIARCHALIS

ECCLESIÆ FILIÆ

In Tuſcia (*b*) & Umbria (*c*)

Portus Auguſti vulgo Porto.
Nepenſis vulgo Nepi.
Phalaris al. Falerſi hodie Città Caſtellana.
Sylvæ candidæ vulgo Sancta Ruffina.
Aquæ Vivæ al. Carpenatum Urbs.
Ferentii al. Firentii vulgo Ferento.

Po-

(a) Quæ, quantaque fuerit Eccleſia, ſeu Diœceſis peculiaris Romana primis temporibus cognoſcere poteris ex ipſo Plinio *l.* 3, *c.* 5. „ Mœnia Romæ, inquit, collegere ambi„ tu Imperatoribus, cenſoribuſque Veſpaſia„ nis anno Urbis conditæ 828 paſſuum treſ„ decim millia ſuper ducentos, complexa mon„ tes ſeptem: ipſa dividitur in regiones qua„ tuordecim, compita earum ſexaginta quin„ que ſupra ducenta. Ejuſdem ſpatii menſura „ currente a milliario in capite Romani Fori „ ſtatuto ad ſingulas portas, quæ ſunt ho„ die numero triginta ſeptem, ita ut duode„ cim portæ ſemel numerentur, prætereantur„ que ex veteribus ſeptem, quæ eſſe deſie„ runt, efficit paſſuum per directum triginta „ millia ſuper octingenta. Ad extrema vero „ tectorum cum caſtris prætoriis ab eodem „ milliario per vicos omnium viarum men„ ſura colligit paullo amplius ſeptuaginta mil„ lia paſſuum. Quod ſi quis altitudinem te„ ctorum addat, dignam profecto æſtimatio„ nem concipiet, fateaturque, *nullius Urbis* „ *magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei* „ *comparari*. "

Lipſius *in Lib. III de magnitudine Romana*, *pag.* 421, *& ſeq.* Edit. Antuerp. 1637, Medus in *Apocalyp. p.* 488, aliique illud Plinii de Urbe tantum intra mœnia intelligendum eſſe putant, nam alias modo quadraginta duo millia paſſuum in circuitu habuit, quando Apocalypſim tempore Domitiani Imperatoris ſcripſit Joannes Evangeliſta. Poſtea autem magna ei facta eſt acceſſio. Nam Vopiſcus *Vita Aurel. pag.* 645, ait: „ Muros Urbis Romæ ſic ampliavit Aurelia„ nus, ut quinquaginta prope millia muro„ rum ejus ambitus teneat. " Ante hoc tempus non mediocris Chriſtianorum multitudo illic fuit. Cornelius P. qui ſæculo tertio medio vixit, *Ep. ad Fab. ap.* Euſeb. *l.* 7, *c.* 43, *p.* 198, ait: *Ergo ille Evangelii vindex ignorabat, unum Epiſcopum eſſe oportere in Eccleſia Catholica. In qua tamen ſciebat (quomodo enim illud neſcire potuiſſet?) Presbyteros quidem eſſe ſex quadraginta, ſeptem autem Diaconos, totidemque Subdiaconos, Acolytos duos & quadraginta, Exorciſtas, & Lectores cum Oſtiariis quinquaginta duos &c.* Et poſt dimidium ſæculum tertium pluſquam quadraginta Eccleſias in Urbe iſta invenimus. Tot enim illic fuiſſe, quum Victor Garbienſis, Donatiſtarum Epiſcopus ex Africa eo mitteretur, ut eſſet ibi Antiepiſcopus, teſtatur Optatus *l.* 2, *pag.* 39, edit. Pariſ. 1679: *Quando*, inquit, *miſſus eſt Victor, erat ibi filius ſine Patre, tiro ſine Principe, diſcipulus ſine Magiſtro, ſequens ſine antecedente, inquilinus ſine domo, hoſpes ſine hoſpitio, paſtor ſine grege, Epiſcopus ſine populo. Non enim grex, aut populus appellandi fuerant pauci, qui inter QUADRAGINTA, ET QUOD EXCURRIT, BASILICAS, locum, ubi colligerent, non habebant.* Hæc, Baronio, & Valeſio recte animadvertentibus, ab Opta-

to

Polymartii vulgo Bomarzo.
Blerensis hodie Bieda.
Tarquiniensis al. Tarquinii vulgo Tarquent.
Tuscaniæ vulgo Toscanello.
Perusiæ vulgo Perugia.
Clusiensis vulgo Chiusa.
Aretii nunc Arezzo.
Centum cellarum nunc Civitá Vecchia.
Cornetensis al. Cornuetensis vulgo Corneto.
Lucensis hodie nomen retinet.
Senæ hodie Siena.
Fesularum hodie Fiezoli.
Manturianensis.
Populoniæ vulgo Porto Baratto.
Volscæ.
Castri Valentini.
Narniensis.
Mevaniæ.
Interamnensis.
Trebiæ.
Fuligni.
Hispelli.
Fori Novi.
Vettonii.
Eugubii.
Martulæ.

Hortanensis vulgo Horti.
Sutriensis hodie Sutri.
Salpiensis.
Balnei Regis hodie Bagnarea.
Urbis Veteris hodie Orvieto.
Cortoniensis hodie nomen retinet.
Vosiniensis hodie Bolsena.
Graviscæ vulgo Mont'Alto.
Fori Claudii vulgo Oriolo.
Lunensis vulgo Luni.
Florentiæ hodie Fiorenza.
Suanensis hodie Soana.
Ruscellensis vulgo Rosello.
Volaterræ.
Civitatis Bulcentinæ.
Loriensis.
Ocriculæ.
Tudensis.
Tiferni Tiberini.
Ameriæ.
Spoletanæ.
Camerinæ.
Assisii.
Fori Flaminii.
Nuceriæ.
Tadini.

In

to dicta sunt non de suis ipsius temporibus, sed de tempore, quo Victor Garbiensis Romam venit, quod ineunte persecutione Diocletianea factum est. Unde colligere potes, si plus quadraginta Ecclesias ante ultimam persecutionem Roma habuit, multo plures sæculis insecutis eam habuisse, ubi tota Urbs Christiana facta fuit.

(b) Tuscia eadem fuit, quæ olim Etruria, Tiberi fluvio ad ortum, Martha amni ad occasum, Apennino monte ad septemtrionem, & ad meridiem mari Tusco termitata, hodie in parte Orientali Patrimonium S. Petri, & in Occidentali Ducatum Florentinium, seu Tuscaniensem includens

(c) Umbria exiguus tantum terræ tractus erat, Mare & Tiberi fluviis, & Apennino monte terminatus, & pars dumtaxat veteris Umbriæ ultra Apenninum ad mare Adriaticum pertingens.

In Valeria (*d*).

Ecclesiæ.

Fidenensis vulgo Castel Jubileo.
Tiburis hodie Tivoli.
Marsorum al. Maruuii & Valeriaviæ.
Furconiensis nunc Furconio.
Reatensis vulgo Rieti.
Lissitana (*e*).
Fori Novi sive Sabini hodie Vescovio.
Nomenti vulgo Lamentana.
Nursiæ nunc Norza.
Prenestis hodie Palestrina.
Amiternensis hodie S. Vittorino.
Curensis vulgo Curese.
Pitinensis.



In

(d) Valeria Holstenio ita vocitata videtur a via Valeria. In Boream Apennino monte, in occasum Nare flumine Umbriam ab ea disterminante, in Austrum Tiberi & Aniene fluviis, a Latio seu ea regione, quæ hodie dicitur *Campagna di Roma*, illam separantibus, terminabatur. Sabinorum olim, & Marsorum ea Regio fuit & pars Latii veteris, & hodie Sabina in ea parte dicitur, quæ Romam versus deflectit, & quod reliquum est, pars hodierni Ducatus *Spoleto*, & Abruzzo est.

(e) Carolus a Sancto Paulo undecim in hac Provincia Diœceses recenset. Sed Lucas Holstenius Lissitanam, & Prænestinam expungit, earumque in locum duas alias substituit, Pitini, & Fori novi.

In Piceno Suburbicario (*f*).

Ecclesiæ.

Pinnensis hodie Penna

Asculensis hodie Ascolo.

Tolentinensis nunc Tolentino.

Matelicarum.

Auximi nunc Osimo.

Numanæ vulgo Humana.

Hadriæ vulgo Adri.

Truenti.

Faleroniæ.

Pausolarum sive Pausolæ hodie Monte dell' Olmo.

Interamnis al. Interamnium hodie Teramo.

Firmensis hodie Fermo.

Septempedæ hodie S. Severino.

Cingulensium hodie Cingulo.

Potentiæ.

Anconæ hodie nomen retinet.

Aterni nunc Pescara (*g*).

Aufiniæ.

Urbis Salviæ.

In La-

(f) Picenum suburbicarium &c. dictum, ut a Piceno annonario ad Italicam Diœcesim spectante distinguatur. Hanc provinciam inter Apenninum montem in Austrum, & mare Adriaticum in Boream positam a Piceno Annonario Aesis fluvius ad occasum, & a Samnio Aternus fluvius nunc *Pescara* vocitatus in Eurum disterminabat; hodie provincia ista vocatur Marchia Anconitana, vulgo *Marca di Ancona*, & Aprutium vulgo *Abruzzo*.

(g) Carolus a S. Paulo in Piceno suburbicario quatuordecim tantum enumerat Diœceses, quibus Lucas Holstenius quinque alias addidit, nimirum Truentanam, Aufinianam, Faleronianam, Salvianam, & Pausulanam.

In Latio (*h*).

Ecclesiæ.

Subaugustæ.
Gabiorum.
Trium Tabernarum.
Tusculorum.
Preneſtis (*i*).
Anagninorum.
Albæ.
Aletrii.
Tarracinæ.
Formiarum.
Caſſini.
Soræ.

Oſtiæ.
Albanorum.
Antienſium.
Velitrarum.
Lavici.
Signiarum.
Ferentinatum.
Verularum.
Fundi.
Aquini.
Atinæ.



In Sam-

(h) Latii Regio antiquis temporibus Tiberi, Aniene, & Lyri amnibus claudebatur, quorum ultimus a Campania proprie ſic dicta eam ſeparabat.

(i) Preneſtina Eccleſia rurſus hic a nobis poſita eſt optionem Lectori relinquentibus, utrum Valeriæ, an Latio eam malit adjudicare.

In Samnio (k).

Ecclesiæ.

Beneventi.
Sulmonis nunc *Sermona*.
Theateæ hodie *Cività di Chieti*.
Frequenti vulgo *Fricenti*.
Samniensium.
Istoniensium.
Sepini.
Boviani vulgo Bojano.
Ortonæ.
Aliphæ.
Corfinii vel Valvæ (l).
Aeclanensium.

In Apulia & Calabria (m).

Ecclesia Rhegiensis Metropolitana (n).

Ignatiæ hodie *Ignazzo*.
Tranensium vulgo *Trani*.
Canusiorum vulgo *Canosa*.
Arpi hodie *Sarpi*.
Venusiæ hodie *Venosa*.
Vigiliæ vulgo *Bisegli*.
Bivini hodie *Bovino*.
Rubi nunc *Rovo*.
Aecæ sive Acanæ, postea *Troja dicta*.
Aletii hodie *Lecci*.
Callipolis nunc *Gallipoli*.
Uriæ vulgo *Oria*.
Neriti vulgo *Nardo*.
Alexani olim Leuces hodie *Alessano*.
Barii hodie *Bari*.
Cupersanensium vulgo *Conversano*.
Siponti nunc *Siponto*.
Melchiæ vulgo *Melfi*.
Archerontiæ vulgo *Acerenza*.
Cannensium.
Herdoniæ nunc vulgo *Ardona*.
Salapiarum vulgo *Salpe*.
Brundusii vulgo *Brindisi*.
Hydrunti vulgo *Otranto*.
Tarenti hodie *Taranto*.
Lypiæ sive *Lupia*.
Uxenti hodie *Ugento*.

In

(k) Samnium sedet in ora maris Adriatici inter Picenum suburbicarium in occasum, a quo per Aternum, seu Pescaram amnem; & inter Apuliam in ortum, a qua per Frentam fluvium separabatur.

(l) Carolus a Sancto Paulo in Samnio decem solummodo numerat Diœceses; sed Lucas Holstenius duas insuper addit Istoniensem, & Aeclanensem. Baudrandus vero Aeclanensem eamdem cum Frequentana fuisse opinatur.

(m) Hæ duæ regiones in extimo Italiæ angulo ad mare Adriaticum sitis unam tantum Provinciam in Ecclesiastica divisione constituunt.

(n) Calabriæ Metropolitanos videre est apud S. Gregor. in regesto Conc. Rom. sub Agathone in Actis Conc. VI, & in Notitia veteri Ecclesiæ Constantinopolitanæ.

In Brutiis & Lucania (o).

Ecclesiæ.

Vibo-Valentiæ hodie *Bivona*.

Nicoteræ nunc *Nicodro*.

Thurii nunc *Terra nova Barrio al. Bufsalora*.

Consentiæ vel Cosentiæ hodie *Cosenza*.

Scyllatici vulgo *Squillaci*.

Murani vulgo *Morano*.

Carinæ.

Paterni.

Potentiæ vulgo *Potenza*.

Pæsti vulgo *Pesto*.

Blandæ.

Veliæ.

Tauriani vulgo *Seminara*.

Tropiæ al. Tropea vulgo etiam *Tropia*.

Tempsæ nunc S. *Marco*.

Cerilli vulgo *Cerilla*.

Crotonæ adhuc *Crotone*.

Locrorum vulgo *Gieraci*.

Portus Orestis hodie *Porto Ravagliosa*.

Bovæ vulgo etiam *Bova*.

Turrium.

Buxenti.

Acropolis vulgo *Agropoli*.

Grumenti vulgo *Agrimonte*.

Cosiliani.

In Cam-

(o) Apuliæ & Calabriæ proxime mare inferum versus Regiones Lucania, & Brutia adjacent, quæ itidem conjunctim pro una provincia sumuntur. In Lucania Carolus a S. Paulo quinque tantum Episcopatus reperire potuit, Holstenius autem numerum auget, atque octo recenset. In Brutia itidem ex Caroli a S. Paulo recensione sexdecim tantum fuerunt Diœceses, ex Holstenii autem observationibus octo supra decem. Ex Actis Concilii VI sub Agathone & ex notitia Ecclesiæ Constantinopolitanæ constat Lucaniam & Brutiam eumdem habuisse Metropolitanum, ac Calabria & Apulia, nimirum Episcopum Rhegiensem. (Vid. supra qu. IX, §. 3.)

In Campania (*p*).

Ecclesia Capuana Metropolis (*q*).

Ecclesiæ.

Miuturnensis hodie *Scaffa del Guarigliano*.
Caleni hodie *Cagli al. Carinola*.
Linterni.
Stabiarum.
Amalphitana.
Nolæ.
Neapolis.
Atellæ hodie *S. Arpino*.
Venafrana.
Teani nunc *Teano dictum*.
Vulturni hodie *Castel di Bitorno*.
Puteolorum.
Miseni.
Surrenti.
Salerni,
Acerræ.
Calatiæ.
Abelini.



In

(p) Petrus de Marca *de Conc. Sacerd. & Imp. l.* 1, *c.* 3, *n.* 12. Campania, cujus Metropolis erat Capua, incipiebat a Sinvessa ad Salarium Lucaniæ fluvium.

(q) Capuam Campaniæ Metropolim fuisse disertis verbis testantur Athanasius *in ep. ad solitar.* quæ tamen minuta capite pristinam dignitatem recuperavit beneficio Joannis Papæ circa annum 970. Vid. supra Qu. IX, §. 3.

In Sicilia (r), Melita (ſ), & Lipara (t).

Eccleſia Syracuſarum Metropolis (u).

Eccleſiæ.

Tindarienſis vulgo *Tindaro*.
Tauromenii vulgo *Taormina*.
Meſſanæ nunc *Meſſina*.
Catanæ hodie *Catania*.
Triocalæ vulgo *S. Georgio Triocale*.
Alæſæ hodie *Caronia*.
Liparis.
Charini.
Gelæ novæ.
Trojanopolis vulgo *Troyna*.
Leontinorum vulgo *Lentini*.
Lilybæi hodie *Marſala*.
Thermarum vulgo *Thermine*.
Agrigenti vulgo *Grigenti*.
Panormus hodie *Palermo*.
Camarinæ vulgo *Camarana*.

Dreparitana.
Mylchitana hodie *Melazzo*.

In Sar-

(r) Siciliæ inſula in toto Mari Mediterraneo omnium maxima eſt. Baudrandus *Lex. geog. V. Sicilia* ait: Sicilia inſula eſt ampla ... ſeparatur ab Italia anguſto freto 1500 paſſus, ejuſque circuitus eſt 600000 paſs. teſte Cluverio. Ipſius enim latus Boreale a Lilybæo promontorio ad Pelorum eſt 250000 paſs. latus Auſtrale a Lilybæo promontorio ad Pachynum eſt 190000 paſs. & latus orientale a Pachyno ad Pelorum 155 mill. paſs. ut pluribus refert Cluverius, qui totam inſulam dimenſus eſt

(ſ) Ferrar. V. *Melita*. Melita inter Siciliam & Africam, a Pachyno promontorio 70 mill. paſs., a Camarina 84 mill. paſs. ipſa longa 20 mill. paſſ., lata 11 mill. paſſ. circuitu 60 mill. paſſ.

Baudrandus V. *Melita*. Ejus longitudo eſt vigintiquinque milliarium, latitudo quindecim milliarium.

(t) Lipara in ſeptem inſulis Vulcaniis, ſive Æoliis præcipua, 18 mill. paſſ. in circuitu habet.

(u) Quin Siciliæ adminiſtrationem Eccleſiaſticam obtineret Metropolita Syracuſanus ſæculo quarto dubitare noſmet non ſinit Epiſtola Conſtantini Imperatoris ad Chreſtum Syracuſanum apud Euſebium *l.* 10., *c.* 5. Vid. ſupra Qu. IX, §. 3

In Sardinia (*x*) & Corsica (*y*).

Ecclesia Calaritana Metropolis (*z*).

Ecclesiæ.

Tegulæ.
Fori Trajani.
Aleriæ sic vulgo quoque dictæ.

Nebii vulgo *Nebio*.
Marianæ (*bb*).

Sulchis nunc *Solo*.
Turris Libissonis hodie *Porto di Torre*.
Phausaniæ al. Fausaniæ vulgo *Terra nova* (*aa*).
Urcinii al. Adiacii vulgo *Adiazzo*.
Tamitana.

In hac Diœcesi Urbicaria habes decem provincias Civiles, Metropolitanos vero solummodo quinque, vel ut melius dicam, quinque tantum Provincias Ecclesiasticas. Hinc vides igitur, quam stulte blaterent illi, qui primis Ecclesiæ sæculis Provincias Ecclesiasticas Civilium Provinciarum ordinem, & regulam sequutas fuisse prædicant. Vid. supra quæst. X.

De harum omnium Ecclesiarum origine, & antiquitate Vide ea, quæ superius diximus Lib. I, qu. XXII, Not. *u*.



DIŒ-

(x) Ferrar. V. *Sardinia*. Sardinia insula ingens Italiæ, inter mare Tyrrhenum, & Balearicum . . . . longa 200 mill. pass. lata ut plurimum 170 mill. pass.

Baudrandus V. *Sardinia*. Ejus longitudo est 170 mill. pass. latitudo major 80 mill. pass. circuitus autem 450 mill. pass.

(y) Corsicæ insula a Baudrando longa dicitur 105 mill. pass., lata 50 mill. pass. & ejus ambitus tercentum milliarium

(z) Calaritanum Episcopum jam inde a Sæculo quarto Sardiniæ Metropolitam extitisse, testatur Theodoretus *l.* 2, *c.* 15. Vid. supra Quæst. IX, §. 3.

(aa) In Notitia Ecclesiæ Africanæ a Sirmondo publicata quinque tantum in Sardinia Diœceses fuisse dicuntur, sed a Carolo a Sancto Paulo recensentur sex. Baudrandus olim 18 Urbes Sardiniæ Episcopales fuisse, nunc autem 7 esse affirmat.

(bb) In Corsica a Carolo a Sancto Paulo quatuor antiquæ repertæ Diœceses; a Luc. Holstenio quinque.

DIŒCESIS URBICARIA RECENS.

ECCLESIA ROMANA PATRIARCHALIS.

Ecclesiæ Filiæ.

(*a*) Ostiensis vulgo *Ostia*, cui unita est Veliternensis vulgo *Velletri*.

Portuensis vulgo *Porto*.

Albanensis vulgo *Albano*.

Tusculana vulgo *Frascati*.

Prænestina vulgo *Palestrina*(*b*)

Sabinensis vulgo la *Sabina*.

In

(*a*) Benedict. XIV *De Syn. Diœc. l.* 13, *c.* 15, §. 8. In hæc usque tempora Ostiensis Episcopus potitur honore consecrandi Summum Pontificem, & gestandi pallium ea tantummodo in functione. Quapropter cum Pontifex Ostiensi Episcopo Pallium elargitur, inter cætera hæc ad eum verba dicit: *Ut eo utaris in consecratione Summi Pontificis*.

Idem *l. cit. cap.* 14, §. 8. Cardinalis Sacri Collegii decanus plerumque est Ostiensis, & Veliternensis Episcopus, suumque habet ex S. Pii V concessione suffraganeum; ut videre est in Historia Ecclesiæ, & Civitatis Veliternæ edita ab Antistite Borgia Archiepiscopo Firmano l. 4, pag. 441.

(*b*) Idem *l. cit. lib.* 7, *cap.* 1, §. 7. Sex Episcopi Ostiensis, Portuensis, Sabinensis, Albanensis, Prænestinus, & Tusculanus in Collegio S. R. E. Cardinalium principem locum obtinent, suppresso per Callistum II septimo Episcopatu suburbicario, Sanctarum videlicet Rufinæ, & Secundæ, seu Sylvæ Candidæ olim nuncupato, cujus Cathedram, & Diœcesim idem Pontifex Portuensi Ecclesiæ perpetuo univit.

Id. *loc. cit. lib.* 2, *cap.* 3, §. 8. Olim Romæ frequentes habebantur Episcoporum conventus; ad hos quippe potissimum vocabantur Episcopi Italiæ, quorum consilio, & opera Summi Pontifices in gravioribus Ecclesiæ negotiis definiendis utebantur; at postquam in istorum locum suffecti sunt Cardinales, quos Romani Pontifices in proprios, ac stabiles consiliarios sibi specialiter adsciverunt, superfluum visum est, tam sæpe Episcopos a suis Sedibus divellere, atque ad Urbem vocare. Præcipue cum inter Cardinales sex adsint Episcopi suburbicarii, quidquid a Pontifice in eorum consessu, auditoque eorumdem suffragio decernitur, non immerito videri potest, in quadam veluti Episcoporum Synodo definitum. De qua re videri possunt Cardinalis Bellarminus *controv. Tomo II, de Clericis lib.* 1, *cap.* 16, Petrus De Marca *de Concord. Sacerd. & Imper. T. I, cap.* 9, *num.* 7, *Schelstrat. Antiquit. Eccl. Tom. II, Diss.* 6, *cap.* 4, *art.* 2, *num.* 15.

In Campania Romana.

Ecclesiæ.

Triburtina vulgo *Tivoli*.
Segnina vulgo *Segni*.
Verulana vulgo *Veroli*.
Setina.

Centumcellensis vulgo *Cività Vecchia*.
Sutrina vulgo *Sutri*.

(Hortana vulgo *Orta* invicem unitæ
(Civitatis Castellanæ vulgo *Cività Castellana*.
Montisflasconis vulgo *Montefiascone*.

Aquipendii & Aquæpendentis vulgo *Aquapendente*.

Anagnina vulgo *Anagni*.
Alatrina vulgo *Alatri*.
Tarracinensis vulgo *Terracina*; cui æque unita est Ecclesia Setina anno 1725.
Privernensis.

Nepesina vulgo *Nepi* æque unita Sutrinæ.
Viterbiensis vulgo *Viterbo*.
Tuscanensis vulgo *Toscanella*.

Cornetensis vulgo *Corneto* unitâ Eccl. Montisflasconis.
Balneoregiensis vulgo *Bagnorea*.

Urbevetanæ vulgo *Orvieto*.

In Umbria.

Ecclesiæ.

Perusina vulgo Peruggia.

Mevaniensis vulgo Bevagna.

Civitatis Castelli vulgo *Città di Castello*.

Interamnensis vulgo *Terni*.

Amerinensis vulgo *Amelia*.

Reatina vulgo Rieti.

Assisiensis vulgo *Assisi*.

Spoletina vulgo *Spoleto* unita Menaviensi.

Civitatis Plebis vulgo *Città della Pieve*.

Narniensis vulgo *Narni*.

Tudertinæ vulgo *Todi*.

Fulginatensis vulgo *Foligno*.

Nucerinæ vulgo *Nocera*.

Aretinæ vulgo *Arezzo*.

In Marchia Anconitana.

Ecclesiæ.

Anconitana vulgo *Ancona*.

Recanatensis vulgo *Recanati*.

Æsina vulgo *Iesi*.

Lauretana vulgo *Loreto* unita Recanatensi.

Asculana vulgo *Ascoli*.

Auximana vulgo *Osimo*.

Camerinensis vulgo *Camerino* æque unita cum Fabrianitana.

Fanensis vulgo *Fano*.

In Regno Neapolitano.

Ecclesiæ.

Aquilana vulgo l'*Aquila*.

Valvensis vulgo *Valva*.

Aprutina vulgo *Teramo*.

Sulmonensis vulgo *Sulmona* invicem unita Valvensi.

Civitatis Ducalis vulgo *Città Ducale*.

Marsicana vulgo *Marsi*.

Eccle-

Ecclesia Neapolitana Metropolitana (*c*).

Ecclesiæ.

Puteolana vulgo *Pozzuolo*.
Acerrarum vulgo *la Cerra*.
Aversana vulgo *Aversa*.
Nolana vulgo *Nola*.
Isclana vulgo *Ischia*.

Ecclesia Capuana Metropolitana (*d*).

Ecclesiæ.

Teanensis vulgo *Tiano*.
Casertana vulgo *Caserta*.
Carinolensis vulgo *Carniola*.
Sue[illegible] vulgo *Sessa*.
Pontis Curvi [illegible]arum.
Calvensis vulgo *Calvo*.
Calatinæ vulgo *Cajazzo*.
Isferniensis vulgo *Isernia*.
Aquinatensis vulgo *Aquino*.

In He-

(c) Morerius V. *Naples*. Il y à peu de villes dans l'Europe dans les quelles il y ait un plus grand nombre d'Eglises qu' à Naples, où la Metropole est dèdièe a S. Janvier, un des quatorze Patrons de la ville, & est remarquable par son dôme, peint de la main du du Dominiquin. On y voit une chapelle bâtie a' la moderne, qui est tresbelle, tant per les statues de brondze, que par les peintures. C'est là que l'on conserve du sang de S. Janvier, dans un vase de verre, où il est congelè, mais lorsqu' on l'approche de la tête du même Saint, il devient liquide, & se forme en petites boules. Les Eglises de S. Jean de Carbonara; de S. Pietre; des Dominicains, où l'on conserve le Crucifix, qui parla, dit-on, a S. Thomas d'Aquin; des Theatins; des Jesuites; des Garmes; des Cordeliers; des Chartreux; l'Annonciade, &c. meritent d'ètre vues.

(d) Morerius V. *Capove*. Capove ville d'Italie, dans la Terre de Labour au Royaume de Naples, est bâtie sur le Vulturne, aujourd' hui Voltorno, à deux milles des ruines de cette ancienne Capove, qui merita d'etre comparee à Rome & à Garthage, & qui fut appellée ville de delices par excellence.

In Hetruria.

Ecclesia Pisana Metropolitana (e).

Ecclesiæ.

Aleriensis vulgo *Aleria*.
Sagonensis vulgo *Sagona*.
Lunensis Sarzanensis vulgo *Luni, e Sarzana*.
Adjacensis vulgo *Ajaccio*.
Lucensis vulgo *Lucca*.

Eccle-

(e) Idem V. *Pise*. Pise, ville de Toscane en Italie, avec Archeveche & Universitè, est très ancienne & très-considérable. Les grand Ducs de Toscane sont les maitres de cette ville, qui est la residence des Chevaliers de l'Ordre de saint Etienne, fondè par Côme de Medicis en 1561. Ils s'y assèmblent dans l'Eglise de ce Saint, où l'on voit grand nombre de depouilles remportées sur les ennemis de la Foi, sans parler de son escalier, de ses colomnes, & de ses statues; le tout de marbre. L'Eglise Métropolitaine, dite le dôme, est remarquable par soixante & trois colomnes de marbre, & par ses portes du fonte, qu'on dit avoir servi aut temple de Salomon; par sa tour haute de 188 piez, dont la forme est d'un vrai cylindre, & qui est penchante, de maniére que le couronnement du haut avance de quince piez du rez de caussée du fondement; par son Batistere & par le cimétiere, dit il *campo-Santo*. On admire encore dans cette ville, le Palais, la Maison de ville, l'Universitè, & le Jardin de medicine. L'Universitè fut fondée par Laurent de Medicis en 1472. Malgrè ces avantages Pise est peu pèuplée.

Honorius II, an. 1126, Pisanæ Ecclesiæ quam Gelasius II. Metropolitanam instituerat, restituit Episcopatus Insulæ Corsicæ. Baron. ad an. 1132, n. 2.

Ecclesia Florentina Metropolis (*f*).

Ecclesiæ.

Fesulana vulgo *Fiesole*.
Pratensis vulgo *Prato*.
Collensis vulgo *Colle*.
Burgi S. Sepulcri vulgo *Borgo S. Sepolcro*.
Pistoriensis vulgo *Pistoja*.
Volaterrana vulgo *Volterra*.
Sancti Miniatis Teutonis, vulgo S. Miniato al Tedesco.
Cortonensis vulgo *Cortona*.



Eccle-

(f) Idem V. *Florence*. Florence, ville d'Italie, Capitale de la Toscane, est le sejour des Grands Ducs, & le Siege d'un Archeveche, erigé l'an 1421, par le Pape Marin V. Elle est batie sur la riviere d'Arne, qui la coupe en deux parties inegales, assemblée par quatre beau ponts de pierre fort larges. Cette ville, qui est une des plus grandes d'Italie, a pres de six milles de tour. On y comptoit en 1688, 8800 maisons & 60000 ames, 22 Hopitaux, 89 Couvens, 84 Confreries, 152 Eglises, 18 Halles ou galeries de Marchands, 72 Chambres de Justice, 17 places, & 160 statues publiques. Ses belles rues pavées de pierres larges, ses Palais somptueux, ses Eglises magnifiques, & tant de maisons agreables, lui ont attiré le nom de *Florence la belle*. L'Eglise de Saint Laurent, qui est si celebre, est du dessein de Brunelleschi, & a 490 piez de longueur & 380 de hauteur, jusques a l'extremité de la croix du globe. Il y a deux rangs de pilliers ronds qui soutiennent la masse de cette Eglise. On y voit a la voute du choeur un tableau du dernier Jugement, qui est une piece fort hardie de la main de Pontorno, & on y montre encore les portraits de Sainte Anne & de la Sainte Vierge, peints a fresque par Francois Bartolomeo, dont on dit qu'un Duc de Mantoue offrit une tres grande somme d'argent. La chapelle de Saint Laurent y est batie de marbre, & les murailles y soint revetues de jaspe. Cette chapelle est ronde, & renferme les tombeaux des Grands Ducs de Florence. Il y a pres de Saint Laurent la celebre Bibliotheque des Manuscrits, dite *Bibliotheca Laurentiana*, dont le Catalogue a eté imprime a Amsterdam en 1622.

Ecclesia Senensis Metropolitana (g).

Ecclesiæ.

Suanensis vulgo *Soana*. Clusinæ vulgo *Chiusi*.
Grossetanæ vulgo *Grossetto*. Massanensis vulgo *Masso*.
Pientinæ vulgo *Pienza*. Ilcinensis vulgo *Mont' Alcino*.

Ecclesia Firmana Metropolitana.

Ecclesiæ.

Maceratensis & Tolentina. Montis Alti.
Ripana. Sancti Severini.

(g) Idem V. *Sienne*. Sienne, ville d'Italie en Toscane, avec Archeveche & Université, nomée par les Latins *Sena & Senæ*, est située au milieu des montagnes, qui la rendent naturellement tres forte, & est considerée comme une des plus grandes villes de l'Italie. On y admire sa citadelle, ses Palais & ses Eglises, sur tout la Metropole, qui est presque toute batie de marbre blanc & noir. Son pave a la Mosaique est orné de riches figures, qui representent diverses Histoires de l'Ancien Testament. Sa voute est d'azur, avec des etoiles d'or, & est environnée de deux rangs de colomnes. Il y a un corridor, sous lequel on voit en marbre blanc les bustes de quelques Papes & de quelques Empereurs. Le grand hospital, les maison des Dominicains & des Cordeliers, les Palais & les rues sont magnifiques.

L'Universite y est celebre. Cette ville a produit de grands hommes, & entre autres S. Bernard de l'Ordre de saint Francois; le Bienheureux Ambrosie & Sainte Catherine, de l'Ordre de S. Dominique; le Bienhereux Jean Colombin, Fondateur des Jesuates, le Pape Alexandre III, Pie II, Pie III, Alexander VII, & divers autres, ou Cardinaux, ou Docteurs. Pie II erigea en Metropole l'Eglise de Sienne, qui n'etoit auparavant que le Siege d'un Eveque.

In Principatu citeriori Regni Neapolitani.

Ecclesia Salernitana Metropolitana (*h*).

Ecclesiæ.

Campaniensis vulgo *Campagna* unita ... Satrianensi.
Caputaquensis vulgo *Capaccio*
Nuscanæ vulgo *Nusco*.
Marsicensis vulgo *Marsico*.
Acernensis vulgo *Acerno*.
Policastrensis vulgo *Policastro*.
Sarnensis vulgo *Sarno*.
Nucerina vulgo *Nocera delli Pagani*.
Cavensis vulgo *la Cava*.

Ecclesia Amalphitana Metropolitana (*i*).

Ecclesiæ.

Litterensis vulgo Lettere.
Minorensis vulgo Minori.
Ravellensis vulgo Ravello.
Capritanæ vulgo Capro.
Scalensis vulgo Scala.

Ecclesia Surrentina Metropolitana.

Ecclesiæ.

Vicani Equensis vulgo Vico
Castri maris vulgo Castell'a Mare.
Massensis, & Massalubrensis, vulgo Massa.

In

(h) Idem V. *Salerne*. Salerne, ville du Royaume de Naples, & capitale de la Principauté Citerieure, avec Archéveche, est fort ancienne, & est situee au bord de la mer, sur la Busanola, dans une petite plaine, environnée de collines les plus agreables, & les plus fertiles du pais.... L' Archeveché fut erige en 974, par Boniface VII.

(i) Idem V. *Malphi*. Malphi, ville d' Italie, dans la Principauté Citerieure du Royaume de Naples, avec titre de Duche & Archevéche, a pour suffragans Capri, Scala, Minori, Lettere & Ravello, que le Pape Clement VIII unit a Scala. Elle est située sur la MenMediterranee, entre Salerne & le Cap de la Minerve vers l'Isle de Capree, & n' est bien connue que depuis le XII siecle.

Jus Patriarchicum. O o

In Principatu ulteriori Regni Neapolitani.

Ecclesia Compsana Metropolitana.

Ecclesiæ.

Murani vulgo *Muro*.

Campaniensis.

Sancti Angeli Longobardorum vulgo *S. Angelo de' Lombardi*

Montis viridis vulgo *Monte Verde* unita cum

Satrianensis vulgo *Satriano* unita Campaniensi.

Laquedoniensis vulgo *Lacedogna*.

unita cum Bisacciensi vulgo *Bisaccia*.

Ecclesia Nazarena.

Ecclesia Acheruntina Metropolis.

Ecclesiæ.

Venosina vulgo *Venosa*.

Potentina vulgo *Potenza*.

Tricaricensis vulgo *Tricarico*.

Melphiensis vulgo *Melfi*, cui est unita

Anglonensis vulgo *Anglona e Tursi*.

Gravinensis vulgo *Gravina*.

Montis Pilosi vulgo *Monte Peloso*.

Ecclesia Rapollensis vulgo *Rapolla*.

Ecclesia Tarentina Metropolitana.

Ecclesiæ.

Motulensis vulgo *Motula*.

Uritana vulgo *Oria*.

Castellanetensis vulgo *Castellanota*.

Eccle-

Ecclesia Brundusii Metropolitana.

Ecclesiæ.

Ostunensis vulgo Ostuni.

Ecclesia Hydruntina Metropolitana.

Ecclesiæ.

Castrensis vulgo *Castro*.
Ugentina vulgo *Ugento*.
Alessanensis vulgo *Alessano*.
Callipolitana vulgo *Gallipoli*.
Aletiensis vulgo *Lecce*.
Neritonensis vulgo *Nardo*.

Ecclesia Barensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Bituntina vulgo *Bitonto*.
Melphictensis vulgo *Molfetta*.
Cupersanensis vulgo *Conversano*.
Monopolitana vulgo *Monopoli*.
Polinianensis vulgo *Polignano*.
Catharensis vulgo *Cataro*.
Juvenacensis vulgo *Giovenazzo*.
Ruvensis vulgo *Ruvo*.
Minerbiensis vulgo *Minervino*.
Bitectina vulgo *Bitetto*.
Lavellensis vulgo *Lavello*.

Ecclesia Tranensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Vigiliensis vulgo Biseglia.
Andriensis vulgo Andria.

Ecclesia Nazarena Metropolitana, cui unita est Ecclesia Montis viridis.

Ecclesia Sipontina Metropolitana (k).

Ecclesiæ.

Vestanensis vulgo *Vieste*.

Trajana vulgo *Troja*.

In Aprutio.

Ecclesia Lancianensis Metropolitana.

Ecclesia Theatina Metropolitana.

Ecclesiæ.

Adriensis, & Pennensis vulgo Atri, e la Penna.

Orthonensis & Camplensis vulgo Ortona & Campli.

Ecclesia Beneventana Metropolitana (l).

Ecclesiæ.

Asculana vulgo *Ascoli*.

S. Agathæ Gothorum vulgo *S. Agata de' Goti*.

Abellinensis & Frequentina vulgo *Avellino*, & *Frigenti*.

Trevicensis vulgo *Vico della Baronia*.

Bojanensis vulgo *Bojano*.

Vulturariensis vulgo *la Vulturara*.

Therminarum vulgo *Termini*.

Gardiensis vulgo *Guardia Alfiera*.

Telesinæ vulgo *Telese*.

Montis Marani vulgo *Monte Marano*.

Arianensis vulgo *Ariano*.

Triventinæ vulgo *Trivento*.

Bovinensis vulgo *Bovino*.

Larinensis vulgo *Larino*.

Lucerinæ vulgo *Lucera*.

Sancti Severi vulgo *S. Severo*.

Eccle-

(k) Innocentius III Sipontinam Metropolim vindicavit, ejusque ditioni asseruit Ecclesiam Montis Gargani. Rainal. an. 1202, n. 12.

(l) Joannes XIII Beneventanæ Exclesiæ Archiepiscopatus dignitatem contulit ad preces Imperatoris, Episcoporum, Cleri Romani, sollicitante in primis Principe Capuæ, & Beneventi anno 969. *Concil. Tom. 9, pag.* 1239.

Ecclesia Rossanensis Metropolitana.

In Calabria citeriori.

Ecclesia Consentina Metropolitana.

Ecclesiæ.

Marturanensis vulgo *Martorano*.
Melitensis vulgo *Mileto*.
Sancti Marci vulgo *San Marco*.
Cassanensis vulgo *Cassano*.

In Calabria ulteriori.

Ecclesia Sanctæ Severinæ Metropolitana.

Ecclesiæ.

Umbriaticensis vulgo *Umbriatico*.
Strongulensis vulgo *Strongoli*.
Belcastrensis vulgo *Belcastro*.
Insulana vulgo *Isola*.
Geruntina, & Cariensis vulgo *Cerenza e Cariati*.

Ecclesia Rhegiensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Cathacensis vulgo *Catanzaro*.
Tropejensis vulgo *Tropea*.
Niçoterensis vulgo *Nicotera*.
Hieracensis vulgo *Geraci*.
Bovensis vulgo *Bova*.
Crotonensis vulgo *Crotona*.
Oppidensis vulgo *Oppido*.
Neocastrensis vulgo *Nicastro*.
Squillacensis vulgo *Squillace*.

In Sicilia.

Ecclesia Panormitana Metropolitana.

Ecclesiæ.

Agrigentina vulgo *Grigenti*.
Melitensis vulgo *Malta*.
Mazariensis vulgo *Mazara*.

Eccle-

Ecclesia Messanensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Cephalucensis vulgo *Cefalù*.
Liparensis vulgo *Lipari*.
Pactensis vulgo *Patti*.

Ecclesia Montis Regalis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Cathanensis vulgo *Catania*.
Syracusanæ vulgo *Siracusa*.

In Sardinia Insula.

Ecclesia Calaritana Metropolitana unita Ecclesiæ Sulcitanensi.

Ecclesia Arborensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Vallensis seu Lesitana vulgo *Alez*.

Ecclesia Turritana Metropolitana.

Ecclesiæ.

Algariensis vulgo *Alguer*.
Ampuriensis vulgo *Castell' Aragonese*.
Bosanensis vulgo *Bosa*.



Epi-

Episcopatus Diœcesis Urbicariæ Veteris, quos reperire hactenus potuerunt Carolus a Sancto Paulo, & quos Holstenius, enumerantur ducenti supra triginta. Episcopatus autem, qui intra eosdem Diœcesis Urbicariæ fines nunc enumerantur, non amplius sunt, quam ducenti & sexdecim. Ex hisce colligere per te poteris, quam putida sit calumnia eorum, qui Romanæ Ecclesiæ obtrectantes obganniunt, Summum Pontificem sequioribus hisce sæculis Episcopatus suburbicarios multiplicasse, eorumque numerum longe auxisse, ut in Conciliis Generalibus plures Episcopos habere posset, qui partes Pontificias tutarentur.



QU.

QU. XXIV.

In Italica Diœcesi quænam Patriarchæ Romani Jurisdictio?

§. I. CUM Romani Patriarchæ persona Summi Pontificis personæ permixta sit, difficillimum sane opus est, aleæque plenissimum ea jura, quæ Romanus Antistes e Patriarchali vagina eduxit ab iis secernere, quæ ex Pontificio protulit armentario.

§. II. Ut ex tam impedito loco tete expedias, utque Patriarcham a Pontifice sejungas sic statue. I, Quos fasces Romanus Episcopus in Orientales itidem Occidentalesque Ecclesias distringere solitus fuit, eos Pontificios puta. II, Quas autem secures cæterorum etiam Patriarcharum communes in unas Occidentales Ecclesias expedire consuevit, eas Patriarchales habeto. III, In iis rebus, in quibus universæ Ecclesiæ agitur salus, quidquid a Romana Sede aut jussum, aut vetitum fuerit, a Pontificia potestate exiisse, atque emanasse existimato. IV, In iis vero, in quibus non omnium Ecclesiarum incolumitas continetur, quod a Romano Præsule imperatum est, vel prohibitum, id a Patriarchali jurisdictione profectum esse dijudicabis.

§. III. Hoc posito, singulas Occidentis Diœceses oratione percurramus, quantamque in singulis dignitatem retinuerint Romani Patriarchæ strictim quasique per transennam prætereuntes aspiciamus. Atque ut Italicam Diœcesim primum obeamus; si Episcoporum ordinationes demas, quas ex Divo Ambrosio *Ep.* 82, & alibi, atque ex Divo Gregorio *l.* 6, *ep.* 14, Metropolitis audio fuisse permissas, alia omnia Patriarchalia jura Romanum Patriarcham sibi integra reservasse invenio.

§. IV. Qui Metropolitarum Italicorum ordinationes ab Romano Episcopo abjudicant (Vid. Stillingfleetum *Dissertation of Metropolical and Patriarchal Povver against.* Lond. 1688.) næ in Divi Gregorii epistolas aut nunquam inciderunt, aut si inciderunt, nimium limis oculis eas rapuerunt. *Quanto Apostolica Sedes Deo auctore cunctis prælata constat Ecclesiis, tanto inter multiplices curas & illa nos valde sollicitat, ubi ad consecrandum Antistitem NOSTRUM EXPECTATUR ARBITRIUM. Defuncto igitur Laurentio Ecclesiæ Mediolanensis Episcopo sua nobis Clerus relatione innotuit in electione se Filii nostri Constantii Diaconi sui unanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio, ne quid quod ad cautelam pertinet omittamus, hujus idcirco præcepti auctoritate suffultum, Genuam te proficisci necesse est. Et si nulla eos diversitas ab electionis unitate disterminat, siquidem in prædicto filio nostro Constantio omnium voluntates, atque consensum perdurare cognosces, tunc eum a propriis Episcopis, sicut ANTIQUITATIS mos exigit CUM*

NO-

NOSTRÆ AUCTORITATIS ASSENSU *facias consecrari*. Lege ea, quæ habet in Epiſtola ad Romanum Patritium, & Exarchum Italiæ data. *Obitum Laurentii Eccleſiæ Mediolanenſis Epiſcopi excellentiam veſtram jam credimus cognoviſſe, & quia, quantum ex relatione Cleri didicimus, in Conſtantio filio noſtro Diacono ejuſdem Eccleſiæ omnium conſiſtit electio, neceſſe fuit pro conſervanda conſuetudine militem Eccleſiæ noſtræ dirigere, qui eum, in quo omnium voluntates atque conſenſum concorditer convenire cognoverit, a ſuis Epiſcopis, ſicut mos exigit, CUM NOSTRO TAMEN ASSENSU faciat conſecrari*. (*Lib. II, Ep.* 29, 30, 31.)

§. V. Petrus de Marca, cum *l. 6, c.* 4, §. 7, *de R. S. & I.* Ambroſium Mediolanenſem Epiſcopum inconſulto Romano Pontifice ordinatum fuiſse pronuntiavit, aut Eccleſiæ faſtos non conſuluit, aut ſi conſuluit, non animadvertit, Simplicianum Romanum Presbyterum a Damaſo miſsum fuiſſe, ut Ambroſio Epiſcopatum ineunti præſto eſset, quem proinde D. Auguſtinus (*Confeſſ. l.* 8, *c.* 2.) *Patrem in accipienda gratia Epiſcopi Ambroſii* appellavit.

§. VI. Binghamus *Orig. Eccleſiaſtic. L. IX, Cap.* 1, §. 11, Mediolanenſi Antiſtiti tamquam Primati Diœceſis Italicæ jus ordinandi Aquilejenſem, Aquilejenſi vero tamquam Italicorum Metropolitarum Principi jus ordinandi Mediolanenſem fuiſſe contendit, idque Pelagii I Papæ teſtimonio fretus confirmat. Enimvero ſi Pelagii verba æqua lance penſitaſſet Binghamus, in alia omnia iviſſet. Audi enim ipſum Pelagium: (*rel. in cap. pudenda, c.* 24. *Quæſt.* 3.) *Is mos antiquus fuit, UT QUIA PRO LONGINQUITATE, VEL DIFFICULTATE ITINERIS AB APOSTOLICO ONEROSUM ILLIS FUERAT ORDINARI, ipſi ſeſe invicem Mediolanenſis, & Aquilejenſis ordinari Epiſcopi debuiſſent, ita tamen, ut & ordinandi Electio a præſenti ordinatore ex conſenſu Univerſalis, cui præficiendus erat, Eccleſiæ melius, ac facilius potuiſſet agnoſci*. Nonne ex hiſce verbis efficitur, cogiturque, ordinationem Mediolanenſis, & Aquilejenſis Epiſcopi ad Romanam Eccleſiam ſpectaſſe, Patriarcham Romanum itineris longiquitate, ac viarum difficultate permotum Mediolanenſi, & Aquilejenſi Metropolitis indulſiſſe, ut ſeſe invicem conſecrarent, ſuique abſentis vice fungerentur?

§. VII. Cæterum Ravennates Metropolitas (infremat per me licet Caveus *Anc. Church. Govern. c.* V, *pag.* 201, *ſeqq.* 266.) qui non tam longe ab urbe aberant, ſeſe Romano Patriarchæ ſiſtere ſolitos fuiſse, ut Epiſcopatu initiarentur, teſtis eſt Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Leonis II. *Hujus temporibus*, inquit, *Divali juſſione Clementiſſimi Principis RESTITUTA eſt Eccleſia Ravennas ſub ordinatione Sedis Apoſtolicæ, ut defuncto Archiepiſcopo, qui electus fuit JUXTA ANTIQUAM CONSUETUDINEM in civitatem Romanam veniat ordinandus*.

§. VIII. Magno porro in errore verſantur ii, qui Mediolanenſem Epiſcopum Italicæ Diœceſi (a) præficiunt

(a) Loquor de jure Patriarchali vel Primatiali, non de jure Metropolitico. Nam fuit quoddam tempus, quo Mediolanenſis Archiepiſcopus erat Metropolita non ſolum Liguriæ, Alpium Cottiarum, & utriuſque Rhetiæ, ſed etiam Flaminiæ, Picæni, Æſuliæ, & Venetiæ, atque Hiſtriæ. Quidquid ſit de tribus primis ſæculis (ait Benedictus XIV de

ciunt (Vid. Bingham. *l. c.*) eique Italicæ Synodi habendæ jus tribuunt. Ecquod officium aut munus in Aquilejensi, vel in Ravennatensi Provincia unquam obiit Mediolanensis Episcopus? Ecquando Mediolanensis provinciæ fines prætergressus est? Quod Concilium Italicum mihi dederis, cui præfuerit Mediolanensis, immo cui non præfuerit Romanus Antistes? Nam Concilium Aquilejense anni 381, cui dicitur præfuisse Ambrosius, commentitium esse, atque omnia ejus Acta adulterina, & a Vigilio Tapsensi conficta & affirmavit, & probavit Chiffletius. Huic Concilio interfuisse dicuntur duo supra triginta Episcopi, partim Itali, partim Galli, partim Pannonii, partim Afri, inter quos memorantur Valerianus Aquilejensis, Eusebius Bononiensis, Limenius Vercellensis, Sabinus Placentinus, Abundantius Tridentinus, Anenimius Sirmiensis, Justus Lugdunensis, Proculus Massiliensis, Constantius Arausicanus, Felix, Numidius, Evagrius Legati Africani. Quod si hoc Concilium, ejusque Acta genuina essent, non Italicum, sed Occidentale appellari deberet, cui, quo jure præfuerit Ambrosius, nisi ut Legatus Sedis Apostolicæ, ego certe non video. Missum facio Concilium Mediolanense anni 347 (*b*), cui Apostolicæ Sedis Legatos præfuisse constat ex Liberii Epistola ad Constantinum Imperatorem, quam refert S. Hilarius *in fragmentis*, & ex Epistola Concilii Ariminensis ad eundem Constantium, quæ legi potest apud S. Athanasium *l. de Synodis*. Nihil dico de Synodo anni 355, (*c*) quam Summus Pontifex indixit Mediolanum, cuique

---

de Syn. Diœc. l. II, n. 3) certum esse videtur, quod sæculo IV ex septemdecim Italiæ regionibus, saltem decem subessent Metropolitico juri Romani Pontificis, & aliæ septem Archiepiscopo Mediolanensi parerent; quin immo, si fides habenda sit Josepho Cantelio, in Metropolitanarum urbium hist. civil. & Ecclesiast. part. 2, dissert. 6, c. 4, Romana provincia duodecim Italiæ regiones per id tempus complectebatur. Cum autem dignitatem Metropolitanam assecutæ sunt Aquilejensis, & Ravennatensis Ecclesiæ, quod primæ in fine ejusdem sæculi IV, alteri sæculo V, contigisse, iidem Bacchinius, & Rubeus existimant, alia successit Italiæ regionum divisio: Aquilejensi assignatæ sunt Venetiæ & Histria; Ravennatensi Flaminia, & Æmilia: cæteris subjectis, ut antea, permanentibus aut Mediolanensi, aut Romano Metropolitæ, quemadmodum probat Carolus a S. Paulo in Geographia sacra.

(b) Nat. Alex. *in Secul. IV, cap.* 3, *art.* 16, *T. VII, pag.* 88. Post Concilium Sardicense, Mediolani Catholicorum celebrata est Synodus, biennio antequam Valens, & Ursacius, oblato Libello supplici Julio Romano Pontifici, & S. Athanasio, in Ecclesiam recipi se postularent, ut testatur S. Hilarius in Fragmentis. Huic Synodo Romani Episcopi Legati interfuerunt; in eaque Hæresis Ariana damnata est; & Ursacius ac Valens a communione suspensi, rogata venia in gratiam recepti sunt. Id constat ex Liberii Epistola ad Constantium Imperatorem, quam refert S. Hilarius *in Fragmentis*, & ex Epistola Concilii Ariminensis ad eumdem Principem, quæ extat apud S. Athanasium *libro de Synodis*. Damnatum fuisse in illa Synodo Photinum Hæreticum, Hilarius testis est. Illius epocha Synodi ex Liberii Epistola colligitur. Ait enim, ante octo annos quam ad Constantium illam Epistolam scriberet, illam celebratam fuisse. Scripsit autem ad Constantium Liberius, antequam in exilium mitteretur; adeoque anno Christi 355. Quare octavus annus ante hunc erit annus Christi 347. Illo itaque anno Synodus Mediolanensis habita est.

(c) Nat. Al. *ibid. art.* 20, *pag.* 91. Anno Christi 354 Liberius, qui tertium sui Pon-

cuique ipse præfuit per Legatos; nam hæc œcumenicis potius, quam nationalibus Conciliis accedunt. (Vid. Socratem *l.* 2, *c.* 29, Sozomenum *l.* 4, *cap.* 18, Theodoret. *l.* 2, *cap.* 15.

Pontificatus agebat annum, videns quam infelicem exitum consecuta esset prior ad Constantium Legatio, novam ad ipsum decrevit, cujus onus susceperunt Lucifer Calaritanus Episcopus, Eusebius Vercellensis, Pancratius Romanæ Ecclesiæ Presbyter, & Hilarius Diaconus, qui Liberii Epistolam ad Imperatorem detulerunt, quæ extat in Fragmentis S. Hilarii. Obtinuerunt illi a Constantio quod flagitabant, convocationem scilicet Concilii Generalis in sequentem annum. Anno itaque Christi 355. celebratum est Mediolani Concilium, ad quod pauci ex Oriente Episcopi, ex Occidente trecenti & amplius convenerunt, ut Socrates & Sozomenus testantur.

Tyrannidem hac in Synodo a Constantio exercendam prævidebat Eusebius Vercellensis, qui ægre admodum ad illam accessit, cum solidis diebus decem cunctatus esset, ut testatur S. Hilarius ad Constantium scribens. Extant Tom. I Conciliorum duæ Epistolæ ad Eusebium Vercellensem datæ, quibus ad Concilium invitatus est. Prior est Arianorum, altera Legatorum Sedis Apostolicæ, ex Actis S. Eusebii, & ex Tabulario Vercellensis Ecclesiæ editæ (ait Baronius).

Vix post decem dies ab adventu suo Mediolanum, Eusebius Vercellensis cum aliis Legatis Apostolicis in Ecclesiam, & Synodum admissus est, quo temporis intervallo Ariani eversionem Fidei Nicænæ, omniumque Episcoporum qui damnationi Athanasii non subscriberent, exilia meditabantur. Postularunt ab Eusebio, cæterisque Legatis, ut primum ingressi sunt, ut in Athanasium subscriberent. Respondit Eusebius: *De Sacerdotali Fide prius oportere constare: comperisse se quosdam ex his qui adessent, Hæretica labe pollutos. Expositam Fidem apud Nicæam posuit in medio, spondens omnia se quæ postularent, esse facturum, si pro Fidei Professione scripsissent.* Sic ipsorum dolos elusit, sciens ipsos oblatam non accepturos conditionem. Tum Ariani Synodum ab Ecclesia ad Palatium transtulerunt, metu plebis Mediolanensis, quæ Catholicam Fidem egregio studio conservabat. Ista constant ex S. Hilario ad Constantium scribente. Ecclesiam deinde seu Epistolam sub Imperatoris nomine emiserunt blasphemiis refertam, eo consilio: ut, si eam æquis auribus Populus recepisset, Principis auctoritate recipiendam, quam continebat perfidiam decernerent; sin aliter eveniret, invidia redundaret in Regem, qui, utpote Catechumenus, adhuc Sacramentum Fidei innoxie ignorare posse videretur. Ista constant ex Sulpitio Severo *lib.* 2 *Historiæ Sacræ*.

Tanta fuit Constantii Imperatoris ea in Synodo Tyrannis, ut Episcopis Orthodoxis Ursacii, & Valentis accusationem contra Athanasium audiendam non esse contestantibus, eo quod ipsi Palinodiam jam antea cecinissent, responderit: *Ego sum Athanasii accusator, meo nomine illis credite.* Et Legatis Apostolicis dicentibus, se non posse in Athanasium subscribere, & cum Hæreticis inire communionem reposuerit: *Quod ego volo pro canone sit.* Hinc S. Athanasius *in Epistola ad Solitarios* hæc omnia recensens, ait: *Constantium induisse imaginem Antichristi. Quis enim*, inquit, *videns eum in decernendo Principem se facere Episcoporum, & præsidere Judiciis Ecclesiasticis, non merito dicat, eum illam ipsam abominationem desolationis esse, quæ a Daniele prædicta est?*

Eusebium Vercellensem, Luciferum Calaritanum, Pancratium & Hilarium Apostolici in propugnanda fide, & justitia, pectoris viros, quibus adjunctus est in confessionis gloria Dionysius Mediolanensis Episcopus, Constantius Imperator exilio damnavit. Hilarius Diaconus, Ursacii, Valentis, & Eunucho um Constantii malis artibus, flagris immaniter cæsus est, ut S. Athanasius in Epistola ad Solitarios testatur. Mortuus est in exilio S. Dionysius Mediolanensis: cujus in Sedem Auxentium Arianum perfidus Imperator intrusit. Subscripserat imprudenter damnationi Athanasii Dionysius, a quo hujus subscriptionis labem Sanctus Eusebius Vercellensis abstersit, ipsam innocenti quadam arte, insonteque dolo expungens; quem narrat Auctor *Sermonis* 15 *de Sanctis* Sancto Ambrosio adscripti, in Natali S. Eusebii Ver-

cellensis habiti. „ Illud autem, inquit, tacen-
„ dum omnino non arbitror, quod cum Aria-
„ norum detestanda perfidia totam cum uni-
„ verso mundo Italiam perturbasset, atque
„ ejusdem pestilentiæ Sacerdotes simplicita-
„ tem S. Dionysii captivassent, ita ut sub-
„ scriptionis ejus vinculum retinerent; qua
„ illum e manibus eorum sapientia liberavit.
„ Sicut enim ait S. Paulus: *Factus sum Ju-*
„ *dæis tamquam Judæus, ut Judæos lucri-*
„ *facerem*; ita Eusebius Hæreticis se esse
„ Hæreticum mentitus est, ut de Hæresi fi-
„ lium liberaret. Dixit enim eorum se con-
„ sentire perfidiæ, hoc sibi placere quod il-
„ lis: sed quod sibi filium Dionysium in
„ subscribendo præponerent, graviter se mo-
„ veri. Vos enim, inquit, qui dicitis filium
„ Dei Patri Deo æqualem esse non posse,
„ cur mihi Filium prætulistis? Qua illi ra-
„ tione permoti, statim S. Dionysii chirogra-
„ phum deleverunt, priorem locum subscri-
„ bendi Beato Eusebio deferentes. Quos ille
„ increpans & irridens, ait: Neque ego me
„ vestris sceleribus polluo, neque Filium
„ meum vobiscum participare permitto. "

DIŒCESIS ITALICA VETUS (a).

ECCLESIA ROMANA PATRIARCHALIS.

Ecclesiæ Filiæ.

In Liguria (b).

Ecclesia Mediolanensis Metropolitana (c).

Ecclesiæ.

Eporediæ vulgo Jurea seu Hivrea.
Novariæ vulgo Novara.
Laus Pompeja vulgo Lodi.
Brixia vulgo Brescia.
Comum vulgo Como.
Vercellæ vulgo Vercelli.
Ticinum hodie Pavia.
Cremona.
Bergomum vulgo Bergamo.

In

(a) De Archiepiscopatibus, & Episcopatibus Italiæ fuse admodum ait Ferdinandus Ughellus Monachus Ordinis Cisterciensis, in eo Opere, quod inscripsit, *Italia sacra*. Hoc Opus distributum est in novem Tomos, quorum primus exhibet Episcopatus, qui immediate Romanæ Ecclesiæ subjiciuntur. Alter complectitur Episcopatus Æmiliæ, Flaminiæ, Piceni, & Umbriæ. Tertius continet Episcopatus Hetruriæ, seu Tusciæ. Quartus comprehendit Episcopatus Insubriæ, Liguriæ, & Pedemontii. Quintus refert Episcopatus Fori Julii, & Venetorum Dominii. Sextus continet Episcopatus Campaniæ, Aprutii, & Hirpinorum. Septimus complectitur Episcopatus Basilicatæ, & Apuliæ. Octavus continet Episcopatus Samnii. Nonus tandem exhibet Episcopatus Salentinorum, & Calabriæ. In hoc Opere lato calamo differit Ughellus de omnium horum Episcopatuum antiquitate, juribus, ac privilegiis, nec non de Archiepiscopis, & Episcopis, qui doctrina, & pietate præditi eis præfuerunt; quem, si per tempus licet consulere poteris. At est illud diligenter tibi animadvertendum, quod a Maffejo observatum in Epistola ad Nicolaum Colletum, non quod novum sit, aut Italis minus exploratum, sed quod majore sit is auctor libertate loquendi, scribendique usus, quam reliqui consueverint. *Populares Fabellæ* (inquit ibi Maffejus) *nec non historiolæ decimosexto ut plurimum sæculo concinnatæ* (labitur vir doctus; sunt enim illarum pleræque sæculo sexto ac decimo longe vetustiores) *cujuslibet fere Italiæ Civitatis Pastorem primum ab Apostolorum ævo, ipsisque Christianæ fidei incunabulis arcessunt, seriemque Episcoporum mirificam, nec interruptam perbelle ædificant. Quamplurimas tamen fuisse ex his civitatibus, in quibus ante III sæculum Episcopi nomen non sit auditum, rerum ordinem, & tempora perpendenti constabit. Neque enim Christiana Religio in omnibus illico universæ Italiæ municipiis diffundi potuit, ac radices agere.*

(b) Liguria, vel Insubria ampla fuit provincia, omnia inter Adduam, & Padum Fluvios, Alpes montes, ac Athesim amnem a Venetia eam disterminantem complexu suo continens.

(c) Mediolanum amplissima Diœcesis Italiæ

In Alpibus Cottiis (*d*).

Ecclesiæ.

Augusta Taurinorum vulgo Torino.	Astæ hodie Asti.
Dertonæ vulgo Tortona.	Albæ Pompejæ hodie Alba.
Aquæ Statiellæ vulgo Acqui.	Albigaunensis vulgo Albenga.
Vigintimilium vulgo Vintimiglia.	Bobiensis vulgo Bobio.
Genuæ vulgo Genova.	Savonæ etiam vulgo Savona.
Niceæ vulgo Nizza (*e*).	

In-

liæ post Romam credita. Philippus Ferrarius ad trecenta millia hominum in ista Urbe censeri, dicit. Sed hic numerus minor est, quam ut ejus antiquæ magnitudini respondeat. Procopius enim *de bello Goth. l.* 2, *c.* 21, Justiniani Imperatoris temporibus, quando a Gothis occupata fuit, trecenta & amplius hominum millia gladio cæsa fuisse dicit. Quando Ambrosius Episcopatum Mediolanensem gessit, Civitas complures habuit Basilicas Christianas, quarum nonnullæ in ejus Epistolis memorantur, e. g. Basilica Portiana extra mœnia, (*Ep.* 33 *ad Marcelli sororem*) & Basilica major, seu nova intra Civitatem, Basilica Faustæ (*Ep.* 85 *ad soror.*) & Basilica Ambrosiana. (*Epist. eadem*). Postea quam autem Civitas Universa Christo nomen dedit, longe plures Ecclesias in Mediolanensi Urbe extitisse credamus oportet.

Mediolanenses a S. Barnaba adductos se ad fidem Christo dandam, atque servandam contendunt. Sed sola traditione nituntur, quæ tamen ejusmodi est, ut componi cum itineribus ejus Apostoli nequire videatur. Consule Bollandianos *Histor. de Episc. Mediolan. Præf. Tom. VII, mens. Maji*, *p.* 55, *seq.* & *Tom. I Junii*, *pag.* 643, Tillemontium *Tom. I*, *pag.* 439, & 687, & Mabilonium apud Muratorium *Tom. I Rer. Italic. part. II*, *pag.* 201, & *seq.* Nam Nicolai Sormani de Barnaba Apostolo, & Doctore Mediolanensium Commentatio nihil continet, quod esse alicujus momenti videatur. Probabilius autem est, & verosimilius Mediolanensem Ecclesiam a S. Anathalone institutam fuisse, uti supra *Lib. I*, *qu.* 22, *Not. u* ex Selvagio adnotavimus.

(d) Provincia Alpium Cottiarum a Liguria Pado fluvio separabatur, a quo ad mare Tuscum usque protenta partem Pedemontii & Montis Ferrati, & universam Rempublicam Genuensem, nec non partem Ducatus Mediolanensis cis Padum includebat. Totius provinciæ longitudo centum supra quinquaginta mill. pass., & latitudo septuaginta quinque.

(e) In provincia Alpium Cottiarum Carolus a Sancto Paulo decem tantum Diœceses notavit; sed Lucas Holstenius undecimam addidit *Nicæam*, seum *Niciam*: in adnotat. *ad Cluver. Ital. p.* 4, *Niciæ*. In subscriptionibus Concilii I Arelatensis sub Constantino Imperatore, Innocentius Diaconus ex Portu *Nicaensi*. Et in Epistola Hilarii Papæ *Tom. I Concil. Galliæ p.* 136. Nicaense Castellum, quod Cemelensi Episcopo subjicitur; *habuit* enim *ante* proprium Episcopum. Unde *Amantius Episcopus Nicensis* in eodem *Tomo I*, *pag.* 21, legitur: & Concilio Aurelianensi V subscripsit Aetius Presbyter directus a Magno Episcopo Ecclesiæ Cemelensis, & *Nicaensis*.

In Rhetia prima & secunda (*f*).

Ecclesiæ.

Curiensis vulgo Chur.
Ratisponæ al. Regum vulgo Regensburg.
Augustæ Pretoriæ vulgo Aosta.
Augustæ Vindelicorum vulgo Augspurg.
Quintanæ vulgo Kyntzen.
Brixinensis hodie Brixen.



In

(f) Omnis ea Germaniæ pars, quæ ab Alpibus ad Danubium fluvium usque protenditur, Rhetia secunda olim dicta fuit, & Provinciis Italiæ accersita. Ea autem quæ nunc Grisonum regio est, Rhetia prima appellata fuit. In Rhetia prima Carolus a Sancto Paulo non nisi unam Diœcesim reperire potuit *Curiam* vocitatam, & in secunda nonnisi tres, nimirum Augustam Vindelicorum, Augustam Quintanorum, & Ratisponam, quibus Æneas Holstenius addidit Augustam, & Prætoriam, & Brixinum in Regione Tirolensi.

In Venetia (g).

Ecclesia Aquilejensis Metropolitana (*h*).

Ecclesiæ.

Patavina vulgo Padova.
Altini vulgo Altino.
Tarvisiana.
Veronæ.
Novæ.
Cenetensis vulgo Ceneda.
Feltriæ hodie Feltri.
Sabionæ vulgo Siben.
Torcelli.
Aceli vulgo Asolo.
Mariani.
Gradus.
Caprulæ vulgo Cahorla.
Tridentinæ vulgo Trento.
Bellunensis vulgo Belluno.
Opitergii vulgo Oderzo.
Celinæ vulgo Celine.

In Hi.

(g) Venetiam a Rhetia & Liguria Athesis fluvius dividebat, ab Æmilia & Flaminia Padus, a Norico mediterraneo fossa quædam inde a scaturigine Athesis ad initia usque *Savi* Fluvii deducta, ubi Histriæ erat contermina, sedens inter sinum Tergestinum in occasum, & sinum Flanaticum in ortum, qui extimus partis Euro-aquilonalis Italiæ limes est.

(h) De origine, & antiquitate & vicissitudinibus Ecclesiæ Aquilejensis consule Bollandianos *Tom. III April. pag.* 346, & *Tom. II Julii pag.* 249, Baronium *ad an.* 46, *num.* 2, omniumque diligentissimum Bernardum de Rubeis virum doctissimum in *Monum. Eccl. Aquilej. pag.* 1, edit. Ven. 1740, & *pag.* 34, *seq.* & *in lib. de Schism. Aquil.* & Hieronymum, ac Petrum Ballarinos fratres *Tom. IV Opp. Norisii pag.* 1051, *Edit.* Ver. & Justum Fontaninum *Hist. Litt. Aquil. pag.* 63, *seq.* Vid. supra L. I, qu. XXII, N. *u.*

In Histria.

Ecclesiæ.

Fori Julii vulgo Friuli.
Parentii vulgo Parenzo.
Æmonæ al. Amoniæ hodie Città nova.
Tergesti vulgo Triesto.
Polæ hodie etiam Pola.

BENEDICTI XIV ALLOCUTIO

Habita in Consistorio Secreto Feria II, die 5 Julii MDCCLI, super suppressione Patriarchatus Aquilejensis, & duorum Archiepiscopatuum Utinensis, & Goritiensis erectione.

VENERABILES FRATRES.

Perspectam Vobis ex hoc ipso loco ante biennium, cognitamque fecimus mentem nostram deligendi Vicarium Apostolicum, qui administrandam susciperet eam partem Dioecesis Aquilejensis, quæ ad Venetæ Reipublicæ ditionem minime pertinet. Cum vero Vicarium ipsum Apostolicum jam elapso anni spatio constituimus aperte declaravimus, tum in Allocutione, quam in Consistorio pronunciavimus, tum in Litteris Apostolicis, quas super hoc negotio edidimus, ita Vicarium Apostolicum interea temporis a Nobis deputari, ut tamen firmiori remedio uti parati essemus, si Partes inter se dissidentes aliquando convenirent, initasque ab ipsis pactiones Nobis patefacerent, uti illas accurate perpenderemus, nostroque judicio probaremus.

Interim Carissima in Christo Filia Nostra Maria Theresia Illustris Regina Bohemiæ & Hungariæ, & Imperatrix; Dilecti quoque Filii Nobiles Viri Dux, & Senatores Reipublicæ Venetæ, unanimi consensu nonnulla inter se pacta statuerunt, quæ Nobis deinde proposita sunt, ac diligenter examinata, libentissime comprobanda judicavimus.

Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuo supprimatur, duoque erigantur Archiepiscopatus, quorum unus Utini, alter Goritiæ constituatur. Quapropter hujusmodi consilium amplectentes, quod magis consentaneum utiliusque ad animarum salutem administrandam, pacemque inter Catholicos Principes stabilius conservandam, peritissimis viris ultra citraque montes visum est; insuper inhærentes pactionibus communi Partium assensu firmatis; Apostolicam Constitutionem in lucem edituri sumus, qua de medio tollentes Patriarchatum Aquilejensem, duos Archiepiscopatus instituimus iis in locis, quos superius memoravimus, utrique suos limites tribuentes, quibus non solum ipsorum propria Dioecesis, sed etiam propria cujusque Provincia discernantur; omniaque partita, definita, ac distincta inter ipsos ita sint, ut in auctoritate exercenda nullum in posterum alter alteri inferre queat impedimentum, in quo publicæ pacis, & quietis stat fundamentum.

Sacrorum Canonum scientia, rerumque ad Ecclesiasticam historiam spectantium cognitione Vos ita præditos arbitramur, ut supervacaneum judicemus vestris oculis argumenta subjicere, quibus Pontificum auctoritas innititur in novis erigendis, vel abolendis Patriarchatibus, Archiepiscopatibus, & Episcopatibus, & in ipsis Dioecesibus dividendis, videlicet, cum uni Dioecesi partem attribuunt, quæ, reliquis partibus adjunctis, aliam Dioecesim integre constituebat. Vestram quoque eruditionem offenderemus, si Patriarchatus Aquilejensis initia Vobis in memoriam revocare vellemus, qui profecto a Schismate, quod Trium Capitulorum dictum est, sæculo sexto dimanavit, quod quidem magis præclari rerum Scriptores adfirmant, quique magis eidem Patriarchatui suffragantur. Silentio præteribimus exempla præteriti temporis, quibus Patriarchatus in duos Archiepiscopatus, vel duo constitui Archiepiscopatus comprobantur, secreta in duas partes Dioecesi, vel Provincia, quas unus tantum Archiepiscopus obtinebat. Nos quidem multum laboris in-

ſumpſimus in hujuſmodi antiquitatis monumentis perquirendis; plura etiam congeſſimus, ut privato ſtudio noſtro indulgeremus, utque magis perſpicue intelligeremus, quid conſilii a Nobis capiendum eſſet, cum hujus generis negotia proponerentur. Verum, ſi hæc omnia in medium Vobis adduceremus, ut vulgato proverbio utamur, noctuas Athenas ferre videremur. Accedit etiam, quod alienum prorſus eſt, noſtram veſtramque hujus diei lætitiam, memoria veterum diſſidiorum, atque bellorum, quæ inter Principes exarſerunt, perturbare, & graviſſimas difficultates recenſere, quæ ob temporum calamitates in cura animarum gerenda objectæ fuerunt. Quamobrem, ut hujuſmodi impedimenta de medio tollerentur, iidem Principes nonullas inter ſe pactiones ſtatuerunt, quas deinde Nobis propoſitas, aſſenſu noſtro, uti dictum eſt, confirmavimus, eaſque mandandas executioni quamprimum cenſemus.

Itaque Vos hortamur magnopere, ut animos veſtros ad Deum, a quo bona univerſa deſcendunt, nobiſcum convertatis; quem profecto tam magni ſingulariſque beneficii ſolum auctorem dignoſcimus, ac fatemur. Ipſe lumen ſuum Nobis impertivit. Ipſe animum noſtrum graviter afflictum, & perculſum erexit; ac virtute ſua corroboravit, ut labores, contrarios eventus, mentis ægritudines omnemque triſtitiam libenter ac fortiter ſuſtineremus. Denique ipſe graviſſimum hoc negotium hoc potiſſimum tempore ad finem perduxit, quo Nos, licet immerentes, Summum Pontificatum gerimus; ut exploratum fieret omnibus, a Domino factum eſſe iſtud; quod eſt mirabile in oculis noſtris; ſiquidem contingere id poterat, cum alii Romani Pontifices Prædeceſſores Noſtri hanc Apoſtolicam Sedem tenerent, qui Nos quidem pari auctoritate exæquabant, meritis tamen longe nobis præcellebant.

Itaque Deo beneficentiſſimo ſingulares agimus gratias, & habebimus perpetuas. Sed, quoniam Ipſe cauſis ſecundis, veluti quibuſdam inſtrumentis, uti conſuevit, ut ea perficiat, quibus hunc Orbem terrarum complere ſtatuit; iiſdem Nos quoque referre gratias debemus, & meritas laudes impertiri. Cariſſimæ in Chriſto Filiæ Noſtræ Mariæ Thereſiæ Hungariæ & Bohemiæ Reginæ Illuſtris & Imperatricis animum Deus Optimus Maximus ſpiritu pacis, ac veræ Religionis inflammavit, cui ſane ipſa ſine ulla cunctatione paruit, adducta potiſſimum pietatis ſtudio, quo Principes Auſtriacæ Domus ſuæ præ cæteris ſemper commendati fuerunt. Dilectos quoque Filios Nobiles Viros Ducem, ac Senatores Venetæ Reipublicæ eodem ſpiritu pacis ac veræ Religionis Deus incendit, quem ipſi facili paratoque animo ſuſceperunt, ut Prædeceſſorum ſuorum, qui, ob eximia facinora pro Chriſtiana Fide toties peracta, maximis laudibus ubique celebrantur, præclara exempla ſequerentur. His ſane fundamentis excitatum, conditumque fuit univerſum ædificium, perfectumque negotium. Quam ob cauſam ipſos rei totius Artifices non modo debitis laudibus proſequimur; ſed gratias quoque Nos habituros ſincera mente fatemur.

Eodem prorſus animi ſenſu commendamus, plurimaſque rependimus gratias Dilectis Filiis Noſtris hoc loco præſentibus, Carolo Cardinali Rezzonico, & Mario Cardinali Millino, qui in gerendo, ac demum in perficiendo tam gravi negotio, nihil omnino intentatum reliquerunt, ut illud ad ſuum finem perducerent, integramque ſervarent inter Principes concordiam, quorum cauſam ac rationes tuebantur. Siquidem nihil aliud ſibi ante oculos propoſitum habebant, quam animarum ſaluti proſpicere, Deique gloriam amplificare; a quo procul dubio, dum in vivis agent, & poſtquam mortalitatem exuerint, mercedem meritis conſentaneam aſſequentur.

In

In Flaminia & Piceno Annonario (*i*).

Ecclesia Ravennatensis Metropolitana (*k*).

Ecclesiæ.

Sarsinæ.
Fori Populi seu Fori Popilii.
Fori Livii vulgo Forlì.
Fori Cornelii hodie Imola.
Hadriæ vulgo Adri.
Aesis hodie Giesi.
Fani Fortunæ hodie Fano.
Fori Sempronii vulgo Fossombrone.
Ariminensis vulgo Rimini.
Tiferni Metauriensis.

Cæsenæ.
Ficoclæ hodie Cervia.
Faventiæ hodie Faenza.
Vicohabentiæ vulgo Vicovenza.
Comaculæ hodie Comacchio.
Senogalliæ vulgo Sinigalia.
Pisauri hodie Pesaro.
Callii vulgo Cagli.
Urbini hodie Urbino.



In

(i) Picenum Annonarium a Piceno suburbicario per Aesim fluvium fuit separatum. Flaminia Piceno in occasum adjacebat, sitaque erat inter Rubiconem, & Padum.

(k) De Ravennatensis Ecclesiæ antiquitate, & orig. vide ea, quæ supra diximus L. I, Quæst. XXII, Not. *n*.

In Æmilia (l).

Ecclesiæ.

Bononiæ vulgo Bologna.
Brixelli vulgo Bresello.
Placentiæ hodie Piacenza.
Mutinæ hodie Modena.
Regii Lepidi vulgo Reggio.

In hac quoque Italica Diœcesi juvat animadvertere discrimen inter Provincias Ecclesiasticas, & Civiles, cum Provinciæ Ecclesiasticæ, seu Ecclesiæ Metropolitanæ non habeantur nisi tres, Provinciæ autem civiles septem. Quinimmo si audis Benedictum XIV *De Syn. Diœcef. l. 2, c. 2, §. 3*, ante Sæculum IV septem Provinciæ Italicæ Diœcesis uni parebant Metropolitæ Mediolanensi. Cum dignitatem Metropolitanam assequutæ sunt Aquilejensis, & Ravennatensis Ecclesiæ, quod primæ in fine Sæculi IV, alteri Sæculo V contigisse Bacchinius, & Rubeus existimant, alia successit Italiæ Regionum divisio. Aquilejensi assignatæ sunt Venetiæ, & Histria: Ravennatensi Flaminia, & Æmilia; cæteris subjectis, ut antea, permanentibus Mediolanensi Metropolitæ, quemadmodum probat Carolus a S. Paulo *in sua Geographia Sacra*.

DIŒ-

(l) Æmilia in Ortum a Flaminia Idice amne, in septemtrionem a Liguria Pado fluvio, & in meridiem a Tuscia Apennino monte disterminabatur.

DIŒCESIS ITALICA RECENS.

ECCLESIA ROMANA PATRIARCHALIS.

Ecclesiæ Filiæ.

Ecclesia Mediolanensis Metropolitana (*a*).

Ecclesiæ.

Cremonensis vulgo Cremona.
Laudensis vulgo Lodi.
Dertonensis vulgo Tortona.
Ticinensis seu Papiensis vulgo Pavia.
Brixiensis vulgo Brescia.
Astensis vulgo Asti.
Aquensis vulgo Aqui.
Savonensis vulgo Savona.
Novariensis vulgo Novara.
Alexandrinæ vulgo Alessandria.
Vigevanensis vulgo Vigevano.
Bergomensis vulgo Bergamo.
Albensis vulgo Alba.
Vercellensis vulgo Vercelli.
Casalensis vulgo Casale.
Vintimilensis vulgo Ventimiglia

Ec-

(a) Mor. *N. Milan.* Cette ville est appellé *la Grande*; parce qu'elle a plus de dix milles de tour. Elle est située dans un des meilleurs pais d'Italie. Elle n'a pas de grandes rivieres; mais elle a profité de toutes commoditez du Tesin & de l'Adde, par le moyen de deux canaux, que l'on y a conduits. On y compte 22 portes, en y comprenant celles des faux bourgs, qui sont comme un corps avec la ville; & qui sont environnées de bastions & de fosses. Les plans de Milan les plus recens, y font voir plus de 230 Eglises, dont il y a 96 Paroisses, 40 Couvens de Religieux, 50 de Religieuses, & cent Confrairies. L'Eglise Cathedrale, qu'ils appellent *Dime*, est toute revetue de marbre blanc, dedans & dehors, avec plus de 600 statues de meme, & 160 colomnes d'une telle grosseur, qu'a peine trois hommes en peuvent embrasser une. Cette illustre Basilique est enrichie de diverses Reliques, & surtout du Corps de S. Charles Borromee. L'Eglise de saint Ambroise garde celui de ce Saint, avec ceux de saint Gervais & de S. Protais. On y voit sur une colomne le Serpent de bronze, que l'on pretend etre celui qui fut elevé par Moise dans le Desert, la Chapelle ou saint Augustin fut baptisé, & les tombeaux de Louis Empereur & de Pepin Roi d'Italie, tous deux fils de Charlemagne. Les autres Eglises sont tres magnifiques.

Ecclesia Venetiarum Metropolitana Patriarchalis titulo aucta (b).

Ecclesiæ.

Clodiensis vulgo Chiozza. Torcelli vulgo Torcello.
Caprularum vulgo Caorle.

Ec-

(b) Mor. V. *Venise*. Venise est gouvernée par un Patriarche. Il est Primat de Dalmatie, & Metropolitain des Archeveques de Candie & de Corfou, & des Evéques de Chiozza & de Torcello. L'Eglise Ducale de Saint Marc ne le reconnois point, parce qu'elle a comme un Eveque particulier appellé *Primicerius*, le quel officie avec la mitre, la crosse & l'anneau: il donne la benediction au peuple, confere la tonsure, & les quatre petits Ordres a tous ceux qui se presentent.

Thomassinus *de V. & N. Eccl. Discipl. Part. I*, *l.* 1, *c.* 22, §. 2. Narratum jam supra a nobis est Reges Italiæ Metropolitanis suis Patriarchicum nomen addidisse: Eliam aliosque Aquilejæ Episcopos, schismatis ob tria Capitula exciti fautores, eo nominis splendore delectatos esse, quasi inde suæ partes convalescerent; cum eam regionem recuperassent Imperatores Græci, Candidianum Catholicæ communionis Episcopum Patriarchatu novæ Aquilejæ ab illis donatum fuisse, jussumque in Insula Grado sedere, ubi & Aquilejenses Schismatici Patriarchæ sedem aliquandiu habuerant, & nomen ei adjecerant novæ Aquilejæ. Ita hæc Provincia sub Patriarchatus nomine bipartita fuit: Longobardis Schismaticum, Imperatoribus & Pontificibus Romanis Catholicum Patriarcham tuitione sua foventibus. Resiliit tandem a schismate Aquilejensis, sede sua in oppidum Cormans, deinde ad Forum Julii translata: quod demum sub Rege Luitprando contigit, ut auctor est Paulus Diaconus. Exinde Aquilejenses iidemque Forojulienses dicti sunt Patriarchæ, nullo supra Metropolitanos alios honore conspicui usque ad Leonis VIII Papæ tempora, qui circa annum 980, supra omnes Italiæ Metropolitas sedere eos jussit. Quæ mera tum quidem fuit sedendi prærogativa sine ullo juris dicendi additamento. Denique Leo Papa IX, anno 1050, gemini hujus Patriarchatus fines diligentius designavit; e quibus Gradensis Venetias tandem translatus est, ut infra dicetur.

Thomass. *ibid. cap.* 23, §. 1. Reperto Venetiis corpore B. Marci Evangelistæ, quod jamdiu delituerat; solemnis cum primis celebrata est ibi festivitas, & ea pompa, quæ novam ei portenderet ex Gradensis illuc Patriarchatus translatione dignitatem. Hoc honoris incrementum auguratus quodammodo fuerat Petrus Damiani, cum de hac ipsa disserens beatissimi corporis inventione, ajebat: hanc Ecclesiam Apostolicarum Ecclesiarum albo pene adscribi, quæ jam Apostolici Pontificis corpore gloriaretur, proximeque ad Petri verticem accederet, postquam amantissimi ejus discipuli sedes deinceps futura erat: *Dum in tuo gremio virum Apostolicæ gratiæ suscepisti, & ipsa quodammodo sedes Apostolica fieri meruisti. Quamobrem sicut mater urbium Roma super omnia regna terrarum sublimatur in Petro; sic & tu velut ejus insignis filia per Marcum gloriaris in Christo.*

Mandatum quidem litteris est a Dandulo, Leonem IX Gradensem Patriarchatum Venetias transtulisse in Concilio Romano, anno 1050, & in Mantuana Synodo sub Alexandro II eidem decreto novum robur accessisse. Danduli fides mihi quidem videtur nutare. Aut si constent illa Pontificum & Synodorum Decreta, intercesserunt Episcopi, quorum minuebatur dignitas: nec usu receptum est; quod ibi fuerat novatum. Nicolao V Veneti debent novam hanc dignitatis accessionem Ecclesiæ suæ factam, Gradensis illuc Patriarchatus translatione. Movebat Nicolaum Laurentii Justiniani Venetiarum Episcopi sanctitas & mira doctrinæ ubertas, ut digno ea fastigio claresceret. Id porro perfecit Pontifex. Laurentius novo dignitatis pondere adeo non est delectatus, ut ne splendore novo ferocientes Episcopi sæpius etiam in posterum

ſterum cum eo de Eccleſiæ juribus altercarentur, id ceperit conſilii, ut hac data occaſione, non Patriarchatu tantum, ſed & Epiſcopatu, quo dudum gravabatur, ſeſe abdicari curaret. Verum ut pietatis eximiæ vir abdicationi & depreſſioni ſuæ ea ſperabat profutura, quæ in ejus honoris & dignitatis augmentum Pontifex moliebatur; ita Venetus Dux & Senatus ſenſerunt, tam mirificam animi moderationem & honorum fugam novis honoribus cumulandam eſſe, ut & hinc in Rempublicam honoris & gloriæ aliquid redundaret: *Sic quod invidioſum fuerat in dignitate, ex manſuetiſſimis ſancti viri moribus gratiſſimum factum eſt.* Verba hæc ſunt ejus, qui ſanctiſſimi Patriarchæ vitam litteris conſignavit.

Non novi igitur iſta fuit Patriarchatus creatio, ſed ejus, qui Grado in inſula diu hæſerat, lateque jus ſuum propagaverat per omnem Venetorum ditionem, translatio in ipſam Veneti Imperii primariam civitatem. Scribens Alexander IV ad Patriarcham Gradenſem, non novum tantum auctoritatis pondus addiderat iis privilegiis, quæ illi priſci Pontifices contulerant jam inde ab Urbano II & Leone IX, ſed & jus illi vel novum conceſſerat, vel priſcum firmaverat in Archiepiſcopum Jaderenſem, ejuſque ſuffraganeos omnes, cum poteſtate illos ordinandi, non tamen ſacro exornandi Pallio, quod non erat niſi a Romano tradendum Pontifice: *Romano quidem Pontifici traditione Pallii reſervata.* Paulo vetuſtiora tamen ſunt exordia ejus poteſtatis, qua Gradenſis Patriarcha in Jaderanum Metropolitanum pollebat. Scripſerat enim Innocentius III Venetis, Jaderam civitatem a Romana Sede ad Metropoleon honorem aſcitam eſſe, ut eorum Patriarcha haberet & ipſe quibus præeſſet Metropolitanos: *At Eccleſia veſtra non ſolo nomine, ſed pleno jure Patriarchalem dignitatem haberet, cum ei ſubjecta foret Metropolis Jadertina.* Ex Geſtis tamen ejuſdem Papæ patet, non potuiſſe Pallio donari Jadertinum Metropolitanum niſi a Romano Pontifice. Eo quippe etiam præcellebant his junioribus Patriarchæ veteres, quod hi ſubjectis ſibi Metropolitanis Pallia largirentur. Denique, ut alibi fuſius a nobis narratur, huic Patriarchæ ſubjecit idem Innocentius III quidquid erat Venetorum, aut Venetis ſubditorum in Conſtantinopolitano Imperio ſparſum; adjecta etiam poteſtate creandorum Epiſcoporum illis in urbibus omnibus, ubi Veneti plures ſuæ gentis Eccleſias obtinerent. Cum hæc ita ſe habeant, in confeſſo iam eſt, ſatis amplam effuſamque fuiſſe Patriarchæ, ſeu Gradenſis, ſeu Veneti poteſtatem, cum Archiepiſcopis jus diceret, & tam late per Orientem pateret, quam ipſum Conſtantinopolitanum Imperium. Quin & ſingulare prorſus, magnique faciendum erat jus novos erigendi Epiſcopatus, ubicumque gentium Veneti plures ſibi haberent Eccleſias.

Benedictus XIV, *Conſtitutionum Tom. IV, Conſt. XVIII.* Sinceritas Fidei, & devotionis affectus, quibus dilecti Filii Nobiles Viri Dux & Reſpublica Venetiarum erga Catholicam Religionem, & Eccleſiam Romanam omni tempore ſeſe conſpicuos præſtiterunt, quibuſque recentia zeli ac pietatis ſuæ argumenta, non ſine filialis in Nos obſervantiæ ſignificationibus, addiderunt; Nos quodammodo impellunt, ut ea ipſis favorabiliter concedamus, quæ ab Eccleſiarum utilitate, quemadmodum pro certo confidimus, minime ſejuncta, ad meritum eorumdem honoris augmentum pertinere, & publicis eorum votis ſalubriter reſpondere conſpicimus.

Cum itaque ipſi, quibus ex Apoſtolico fel. rec. Prædeceſſoris Noſtri Pii Papæ IV Indulto, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, & ex antiqua conſuetudine, jus competit, ad Patriarchalem Eccleſiam Venetiarum, quoties illam vacare contingat, nominandi & præſentandi Nobis & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti Perſonam idoneam, per Nos, ſeu per Romanum Pontificem hujuſmodi, ad eamdem Patriarchalem Eccleſiam pro tempore etiam promovendam, eique præficiendam, Nobis humiliter, & enixe ſupplicari fecerint, ut Indultum etiam nominandi ad tres infraſcriptas Cathedrales Eccleſias, Torcellanam nempe, Caprularum, & Clodienſem, in earum vacationum caſibus futuros illarum reſpective Epiſcopos, ipſis concedere dignaremur.

Nos attendentes, pro eo quod pertinet ad primo dictam Torcellanam Eccleſiam, quod olim deſtructa Altinenſi Civitate, ejuſque Epiſcopali Cathedra, & Sede Torcellum tranſlata, nova Cathedralis Eccleſia ibi per bon-

mem.

Ecclesia Utinensis Metropolitana (c).

Ecclesiæ.

Patavinæ vulgo Padova.	Vicentinæ vulgo Vicenza.
Veronensis vulgo Verona.	Tarvisinæ vulgo Trevisi.
Cenetensis vulgo Ceneda.	Bellunensis vulgo Belluno.
Feltrensis vulgo Feltre.	Concordiensis vulgo Concordia.
Justinopolitanæ vulgo Capo d'Istria.	Œmoniensis vulgo Città Nova.
Parentinæ vulgo Parenzo.	Polensis vulgo Pola.

Ec-

mem. Petrum tunc Venetiarum Ducem ædificatà, ac etiam Episcopo ibidem de congrua habitatione provisum fuit; alterius vero, Caprularum videlicet, Ecclesiæ initia ex eo derivari, quod olim existens Concordiensis Episcopus Joannes nomine a sua Civitate profugus, propterea quod schismaticis adhærere noluit, in eo Oppido exceptus, Episcopalis Sedis ibidem statuendæ commodum obtinuerit; ac demum, quod spectat ad Clodiensem Ecclesiam, hujus constitutionem præcipue acceptam referri bon. mem. Ordelafo Faletro Venetiarum pariter Duci, cujus favore & auxilio factum est, ut, quum Insula Metamauci, vulgo *Malamocco*, marinis fluctibus submersa fuerit, illius quondam Episcopus in Flossa Clodia consistere, ibique Episcopalem Sedem stabilire potuerit.

Cumque etiam debita consideratione pensare non omiserimus, quod paucis ab hinc mensibus, quum quidam schismaticus Papas Simon Conzacovich nuncupatus, a schismatico Græcorum Pseudo-Patriarcha in Dalmatiam missus fuisset, ut ibi Sedem figeret; id quod, si forte evenisset, in magnam Sanctæ Catholicæ Religionis nostræ perniciem, & grave Apostolicæ Sedis præjudicium, cum intolerabile Latinorum Episcoporum perturbatione cessisset, quemadmodum Nos prædicto Duci & Senatoribus, tum a dilecto Filio Nobili Viro Petro Andrea Cappello Equite ejusdem Reipublicæ apud Nos & Apostolicam Sedem Oratore; tum etiam a Venerabili Fratre Archiepiscopo Chalcedonensi, Nostro & ejusdem Sedis Nuntio apud ipsam Venetam Rempublicam constituto, repræsentari curavimus, publico ac solemni Senatus Decreto, eidem schismatico Pseudo-Pastori denunciatum fuit, ut a prædictis Dalmatiæ Regionibus sine mora abscederet.

His omnibus mature perpensis, ac etiam Paterna Nos impellente affectione, qua eamdem inclytam Venetorum Rempublicam ex animo prosequimur; prædictorum singulares personas a quibusvis excommunicationis &c. effectum &c. censentes; præsentium Litterarum tenore, ac de Apostolicæ auctoritatis plenitudine, non modo præfatum jus nominandi, & præsentandi ad Patriarchalem Venetiarum Ecclesiam pro tempore vacantem, prout alias per dictum Pium IV Prædecessorem eisdem Duci & Reipublicæ concessum fuit, confirmamus & innovamus, verum etiam eisdem, in sinceritate Fidei, & dictæ Romanæ Ecclesiæ devotione persistentibus, ut, quando & quoties prædictas tres Ecclesias, Torcellanam videlicet, Caprularum, & Clodiensem, seu earum quamlibet quocumque vacationis modo, præterquam per obitum cujuslibet earum Episcopi in Romana Curia, vacare, seu Pastore ac Præsule orbari contigerit; toties perpetuis futuris temporibus jus habeant nominandi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti idoneam Personam Ecclesiasticam ad unamquamque Ecclesiam hujusmodi respective promovendam, eique præficiendam, concedimus & indulgemus &c.

(c) Bened. XIV *l. c. Const. IX* Nos erectionem Archiepiscopatus Utinensis per Nos factam Apostolica auctoritate confirmare volentes, motu, scientia, & potestatis plenitudine, in Civitate Utinensi valde conspicua, Ambitus quinque Miliarium circiter, duplici muro circumdata, ac pluribus ædificiis, tam publicis, quam privatis eximie ornata, Populique frequentia celebri, utpote viginti mil-

millium circiter habitatorum numero referta, inter quos plurimæ Nobiles Familiæ, ex quibus plures quovis tempore tam antiquæ Militiæ, quam insignioribus Equestribus Ordinibus adscripti fuerunt, & in qua uti Gubernator etiam per totam Provinciam, præsidet unus Venetus Patritius, qui una cum duobus Judicibus Prætoriam Curiam efformat; novem itidem inibi, præter infrascriptam Collegiatam, reperiuntur Parochiales, & aliæ intra muros Sæculares Ecclesiæ, seu Capellæ, ac decem virorum, inter quæ Domus Presbyterorum Missionis a prædicto Daniele Cardinale, & Patriarcha propriis expensis erecta, & fundata, ac duodecim Mulierum Cœnobia, quorum unum, illud videlicet Sanctæ Catharinæ Senensis nuncupatæ, per eumdem Danielem Cardinalem & Patriarcham a fundamentis extructum; & Conservatoria, aliaque Loca Pia, Hospitalia, & Confraternitatum Oratoria, cum Monte Pietatis, & Seminario: Et in eadem Civitate Utinensi, in qua Tribunal Inquisitionis contra Hæreticam pravitatem, & Magistratus particulares reperiuntur, convocari solent generalia Provinciæ Comitia, ideoque digna, ut juremerito Archiepiscopalis Civitatis nomine nuncupari valeat; Sæcularem & Collegiatam Ecclesiam Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ, una cum illius Canonicatibus & Præbendis, Apostolica auctoritate perpetuo supprimimus, & extinguimus, illisque sic suppressis, & extinctis, prædictam Collegiatam Ecclesiam, in sui structura valde magnificam, ac undecim nobilissimis Altaribus efformatam, ac sacris paramentis, & utensilibus, ad divinum cultum necessariis, & ad Pontificalia exercenda sufficienter instructam, dignam propterea, ut titulo & honore Archiepiscopalis Ecclesiæ decoretur, ad laudem & honorem Omnipotentis Dei, ac Beatæ Virginis Mariæ, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, necnon Fidei Catholicæ exaltationem, & totius Militantis Ecclesiæ gloriam, in Archiepiscopalem, & Metropolitanam Ecclesiam Utinensem nuncupandam, sub titulo Annunciationis ejusdem B. M. V. & in ea Archiepiscopalis, & Metropolitani Præsulis Utinensis Sedem, & Provinciæ caput, pro uno deinceps Archiepiscopo Utinense nuncupando, qui Pallii, & Crucis usum, aliorum Archiepiscoporum more, necnon ex voluntate, seu permissione Ducis, & Reipublicæ prædictorum benigne decreta, locum, & vocem in Parlamento Generali Fori Julii, in prima sede, seu sessione inter Prælatos, habeat, cum suis Capitulo, Sigillo, Arca, Mensa Archiepiscopali, omnibusque aliis insigniis Archiepiscopalibus, necnon privilegiis, honoribus, & prærogativis, aliis Archiepiscopis debitis, & concessis, ac juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, gratiis, favoribus, & Indultis realibus, & personalibus, ac mixtis, quibus aliæ Metropolitanæ Ecclesiæ, earumque Præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, seu ex indulto, aut privilegio particulari, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, similiter perpetuo erigimus, & instituimus, ac nomine, titulo, & honore Archiepiscopali & Metropolitano decoramus, necnon pro tempore existentem Ecclesiæ prædictæ Utinensis Præsulem, in Archiepiscopum declaramus; eique, ut ipse cetæra singula, prout Metropolitanis in eorum Civitatibus, Diœcesibus, & Provinciis, a jure indultum existit, facere, exercere, administrare, & exequi possit, eadem auctoritate concedimus, & indulgemus.

Præterea eidem Ecclesiæ Utinensi, Episcopales Paduanam, & Vicentinam, ac Veronensem, & Tarvisinensem, ac Cenetensem, & Bellunensem, ac Feltrensem, & Concordiensem, ac Justinopolitanam, & Emoniensem, seu Civitatis novæ, ac Parentinam, nec non Polensem Ecclesias, Patriarchatus olim Aquilejensis per Nos ut præfertur, suppressi & extincti Suffraganeas, ac Venerabiles Fratres Nostros modernos, ac pro tempore existentes earum respective Episcopos, Archiepiscopo Utinensi pro tempore existenti Suffraganeos assignamus &c.

Ecclesia Goritiensis Metropolitana (*d*).

Ecclesiæ.

Tridentinæ vulgo Trento.	Comensis vulgo Como.
Tergestinæ vulgo Trieste.	Mantuanæ vulgo Mantova.
Petinensis vulgo Pedona.	Labacensis vulgo Laubach.

Eccle-

(d) Bened. XIV *loc. cit. Constit. I.* Nos erectionem Archiepiscopatus Goritiensis per nos factam Apostolica auctoritate confirmare cupientes, quique dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem, secundum communem æstimationem, tam Beneficii uniendi, quam illius, cui uniri petitur, alioquin unio non valeret, & in unionibus semper commissio fieret ad Partes, vocatis quorum interest, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, in dicta Civitate Goritiensi valde conspicua, & in sui amplitudine circuitus duorum millarium, & ultra, in qua Civitate Goritiensi, ejusque suburbiis, plures, ut pariter accepimus; reperiuntur Ecclesiæ, videlicet Presbyterorum Regularium Societ. Jesu cum publico Gymnasio, ac Fratrum Ordinis Minorum Conventualium Sancti Francisci, & Capucinorum, & Carmelitarum discalceatorum nuncupatorum, præter duo Monialium Monasteria, unum sub Sanctæ Claræ, alterum vero sub Sanctæ Ursulæ respective Regulis; & tres utriusque sexus Christifidelium Confraternitatum Ecclesiæ, scilicet Sanctissimi Sacramenti, & Sanctorum Angelorum Custodum, & Sancti Joannis Nepomuceni nuncupati, nec non Ecclesia Fratrum Misericordiæ nuncupatorum, ut jure merito Archiepiscopalis Civitatis nomine nuncupari valeat, Parochialem Ecclesiam Exaltationis Sanctæ Crucis, & Sancti Viti.... in sua structura valde elegantem, & ob ejus pulchritudinem, ac præcipue septemdecim marmoreorum Altarium in ea existentium magnificentiam, dignam propterea ut titulo, & honore Archiepiscopalis Ecclesiæ decoretur ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, ac Beatæ Virginis Mariæ, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, nec non Fidei Catholicæ exaltationem, & totius Ecclesia militantis gloriam, in Archiepiscopalem, & Metropolitanam Ecclesiam Goritiensem nuncupandam, & in ea Archiepiscopalis, & Metropolitani Præsulis Goritiensis Sedem, & Provinciæ caput, pro uno deinceps Archiepiscopo Goritiensi, qui Pallii, & Crucis usum aliorum Archiepiscoporum more habeat, cum suis Capitulo, Sigillo, Arca, Mensa Archiepiscopali, omnibusque aliis insigniis Archiepiscopalibus, nec non privilegiis, honoribus, & prærogativis Archiepiscopis debitis, & concessis, ac juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, gratiis, favoribus, & indultis realibus, & personalibus, & mixtis, quibus aliæ Metropolitanæ Ecclesiæ, earumque Præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, seu ex indulto, aut privilegio particulari, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, similiter perpetuo erigimus, & instituimus, ac nomine, titulo, & honore Archiepiscopali, & Metropolitano decoramus, necnon pro tempore existentem Ecclesiæ præfatæ Goritiensis Præsulem in Archiepiscopum declaramus, eique, ut ipse cætera singula, prout Metropolitanis in eorum Civitatibus, Diœcesibus, & Provinciis a Jure indultum extitit, facere, & exercere, administrare, & exequi possit, eadem auctoritate concedimus, & indulgemus.

Præterea eidem Ecclesiæ Goritiensi Ecclesias Episcopales Tridentinam, ac Tergestinam, & Petinensem, necnon Comensem, Patriarchatus olim Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressi, & exstinctis suffraganeas assignamus.

Ecclesia Ravennatensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Hadriensis vulgo Rimini.
Cerviensis vulgo Cervia.
Comaclensis vulgo Comacchio.
Ferrariensis vulgo Ferrara.
Foroliviensis vulgo Forlì.
Britinoriensis vulgo Bertinoro.
Cæsenatensis vulgo Cesena.
Faventinæ vulgo Faenza.
Imolensis vulgo Imola.
Sarsinatensis vulgo Sarsina.

Ecclesia Urbinatensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Calliensis vulgo Cagli.
Feretranæ vulgo Monte Feltro.
Foro-Semproniensis vulgo Fossombrone.
Pisauriensis vulgo Pesaro.
Urbaniensis & S. Angeli vulgo Urbania, S. Angelo in vado.



Ecclesia Bononiensis Metropolitana (*e*).

Ecclesiæ.

Parmensis vulgo Parma.	Placentiæ vulgo Piacenza.
Rhegiensis vulgo Regio.	Burgi S. Domnini vulgo Borgo S. Donino.
Cremensis vulgo Crema.	Mutinensis vulgo Modena.

Ec-

(e) Morer. V. *Boulogne*. Elle est gouvernée par un Legat *a latere*, que le Pape y envoye, & par un privilege particulier elle a un Ambassadeur ordinaire a Rome, ou elle est traitée plutot comme soeur que comme sujette, parce qu' elle s'est soumise d' elle meme a l' Eglise . . . . L' Eglise Metropole de Boulogne est celle de Saint Pierre, batie sur le dessein de Saint Pierre de Rome. La largeur de sa grande voute est admirable; le choeur est tres propre, & il a au dessous une cave enrichie de diverses Reliques de Saints, dont le chapitre est tres Auguste. S. Apollinaire precha l' Evangile a Boulogne, & on croit que saint Zama en fut le premier Eveque, & fut consacrè par le Pape Saint Denys, vers l'an 270. Il a eu d' illustres successeurs, entre lesquels il y en a neuf ou dix reconnus pour Saints, de grands hommes, divers Cardinaux; & entre autres Gabriel Paleote qui fut le premier Archeveque de Boulogne, apres que le Pape Gregoire XIII, qui etoit lui meme Boulonois, de la famille de Boncompagnon, eut erige l' an 1582, cette Eglise Cathedrale en Metropole; en lui soumettant, Modene, Reggio, Parme, Plaisance, Creme, Imola, & Cervia: mais depuis Clement VIII l' an 1604, luy otant Cervia, & Imola, qu'il remit a celle de Ravenne, luy donna a sa place, Borgo du St. Domnin: l' Eveque de Boulogne eut le titre de Prince du Sacre Romain Empire par Henri IV Empereur l' an 1191, & qui luy a ete depuis confirmé par Frederic II & Charles IV Empereur. Son Diocese s' ètend non seulement dans le Territoire de Boulogne, mais aussi dane celui de Florence. Outre Gregoire XIII cette ville a donne 6 autres souverains Pontifes a l' Eglise; savoir, Honorius II dit auparavant Lambert Fagnani, Luce II de la famille de Caccianemici, Alexandre V de celle de Filardi, S. Pie V de celle de Ghisellieri, Innocent IX de celui de Fachinetti, Gregoire XV de celle de Lodovisi, & a present elle vient de donner aussi le Pape Benoit XIV de la Maison Lambertini, qui auparavant en etoit Archeveque, & qui a eu un soin particulier de faire orner cette Metropole avec plusieurs beaux autels de marbre, ce qu' il continue de faire encore de plus en plus depuis son elevation au Pontificat par d'autres beaux Ouvrages qu'il a ordonné pour son plus grand embellissement. L' Eglise de Saint Petronio est au bout de la grande place de Boulogne. Leandre Alberti, qui ecrivoit il y a plus de cent ans, croyoit que cette Eglise ne feroit achevée qu'a la fin du monde. On y travaille continuellement, & il n' y en a neamoins que la moitié de fait. Ce fut dans cette Eglise que l' Empereur Charles *Quint* fut couronné par le Pape Clement VII, en 1529. . . . . . . Le Convent des Dominicains est un des plus magnifiques de Boulogne. On voit dans l' Eglise le tombeau de Saint Dominique, Fondateur de cet Ordre, & une Bible en parchemin, que l' on dit etre venue d' Esdras. Le choeur est derriere le grand autel: il est remarquable par ses sieges qui sont tous de mosaique, ou de pieces raportées mises en couleur avec tant d' art, qu' elles representent l' Histoire de l' Ancien, & du Nouveau Testament.

Ecclesia Genuensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Albiganensis vulgo Albenga.
Brugnatensis vulgo Brugneto.
Bobiensis vulgò Bobio.
Naulensis vulgo Noli.
Nebiensis vulgo Nebio.
Marianensis & Acciensis vulgo Mariana, & Acci.

Ecclesia Taurinensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Epordiensis vulgo Jurea.
Salutiarum vulgo Saluzzo.
Montis Regalis vulgo Mondovì.
Fossanensis vulgo Fossano.



QU. XXXV.

Q U. XXXV.

In Diœcesi Illyricana (a) quantane Romani Patriarchæ enituit potestas? (b)

§. I.  Uot quantaque jura dimiserint, quot, quantaque retinuerint in Illyricianas Ecclesias Patriarchæ Romani, nulla alia ex re plenius, ac melius cognosci potest, quam ex litteris Romanorum Episcoporum ad Thessalonicenses, & Illyricianos Episcopos datis. Ecce illas tibi. S. Innocentius I Rufo Thessalonicensi: *Nec aliter Apostolorum forma promulgata est, quam ut ipsi Principes evangelii constituti cæterarum rerum causas, necessitudinesque suis Discipulis curandas, obeundasque mandarint. Ita denique tota miseratione mirabilis Paulus Tito, quæ curet apud Cretam, Timotheo, quæ per Asiam disponat, commisit . . . . . . Divinitus ergo hæc procurrens gratia ita longis a me distermmatis Ecclesiis discat consulendum, ut prudentiæ, gravitatique tuæ committendam*

(a) Quien. *T. II*, *col.* 5, §. *V.* Religionem Christianam Illyrico invexit Apostolus Gentium Paulus, quod ipse ait ad Romanos XIII, nimirum *Se virtute signorum & prodigiorum, & virtute Spiritus Sancti, ab Hierusalem per circuitum usque ad Illyricum explevisse Evangelium Christi*. Cujus prædicationis historiam texens in Actis Apostolorum Lucas, narrat eum, quum Deo præcipiente ex Asia discessisset, Troade conscensa navi, in Samothraciam insulam appulisse, moxque Neapolim in maritimam Macedoniæ civitatem. Deinde Philippos venit, quæ Romanorum colonia erat, uniusque Regionis Macedoniæ caput, quam civitatem Fidei doctrina imbuit. Inde ob persecutionem quæ contra se mota erat, una cum Sila digressus, Amphipoli, & Apollonia transiens Thessalonicam perrexit, ubi multos docuit. Subinde Berrhæam adiit in urbem Macedoniæ alteram, dein Athenas, tandem Corinthum, & per omnem Acajam Domini sermonem divulgavit, in Cretam insulam usque, cui Titum laborum, itinerumque suorum fidissimum socium Episcopum designavit, præcipiens ut ipse in ea per civitates Presbyteros constitueret. Tritæ omnibus sunt Epistolæ, quas Corinthiis, Philippensibus, Thessalonicensibus, & Tito scripsit. Ex quibus perspicuum fit, ipsum omne Illyricum saltem quod subinde Orientale vocitatum est, Paulo doctore Christi doctrinam admisisse. Præterea vero S. Lucam Evangelistam in Macedonia prædicasse S. Epiphanius asserit, in Acaja quoque & Beotia S. Hieronymus; ac quidem vigesimo Constantii Imperatoris anno reliquias ejus de Achaja Constantinopolim esse translatas testatur.

(b) Idem *l. c.* §. 6. Singularis Ecclesiarum subjectionis erga Romanam Sedem primis Ecclesiæ temporibus hæc extant monumenta. Orta in Corinthiorum Ecclesia contentione de iis quos Episcoporum seu Presbyterorum gradu movendos ducebant, causam Romanæ Sedi detulerunt, apud quam judicaretur, & finiretur. Clementis Papæ I epistola extat, quam Ecclesiæ suæ nomine ad Corinthios de illo negotio scripsit. Huc quoque spectat, quod Hegesippus apud Eusebium lib. 4 Hist. Eccl. cap. 22 memorabat, se Romam cum Primo Corinthiorum Antistite navigasse viro rectæ doctrinæ retinentissimo. Navigabat illuc Primus ob negotia Ecclesiæ suæ urgentissima. Dionysius Primi successor Soteri Papæ epistola

dam curam, causasque, si quæ exoriantur, per Achajæ, Thessaliæ, Epiri veteris, Epiri novæ, & Cretæ, (hæ provinciæ ad Illyricum Orientale pertinebant) *Daciæ mediterraneæ, Daciæ Ripensis, Moesiæ, Dardaniæ, & Prævali* (hæ ad Occidentale Illyricum spectabant) *Christo Domino annuente censeam . . . . . Non primitus hæc ita statuentes, sed Prædecessores nostros Apostolicos imitati, qui Beatissimis Acholio, & Anysio injungi pro eorum meritis ista voluerunt . . . . . Arripe itaque, Dilectissime Frater, nostra vice per supra scriptas Ecclesias, salvo earum Primatu* (Metropolium jura intelligit) *curam, & inter ipsos Primates primus, quidquid eos ad nos necesse fuerit mittere, non sine tuo postulent arbitratu. Ita enim aut per tuam experientiam,* QUIDQUID ILLUD EST, FINIETUR, *aut tuo consilio ad nos usque proveniendum esse mandamus. Licitum autem, & Apostolicæ Sedis favore permissum tuæ Fraternitati cognosce, ut cum aliqua Ecclesiastica ratio vel in tua, vel in memoratis Provinciis agitanda, cognoscendaque fuerit, quos velis* EPISCOPORUM SOCIOS QUIBUSCUMQUE DE ECCLESIIS ASSUMAS TECUM, *quorum & fide,*

---

la data significavit, illam Clementis ad Corinthios suos epistolam statis temporibus apud se legi solitam, quin illam pariter quam Soter quoque Papa sibi scripserat.

§. 7. Alia quidem monumenta non extant singularis hujusce Ecclesiarum Illyrici erga Romanam Sedem subjectionis, usque ad Arianæ hæresis tempora; quum volumina multa priorum sæculorum illorum interciderint. Sub Constantio Imperatore nondum facta amplissimi tractus illius, in Orientalem, & Occidentalem divisione, Ursacius Mursæ in Pannonia, & Valens Singidonis Episcopi, qui impietatem amplexi Eusebii Nicomediensis, sive Constantinopolitani, factioni se dediderant, quum a Synodo Sardicensi merito proscripti essent, a Julio Papa Romano veniam dato pœnitentiæ libello poposcerunt, quod Athanasii Alexandrini damnationi suffragati essent, pollicentes insuper, se nihil in posterum cum Orientalibus gesturos, ipso Julio minime consulto & consentiente: „ Et promittimus nunquam nos, si Orientales ipseque „ Eusebius malitiose velit eum in judicium vo„ care, citra dispositionis tuæ sententiam, eo „ transituros " μὴ ἀπερχέσθαι παρὰ τὴν γνώμην τῆς σῆς διαθέσεως Erant nempe illi Illyricianarum civitatum duarum Episcopi, qui se proinde Romanæ Sedis speciali jure clientes nossent, quum Romanus Pontifex, ipsis Arelatensis Synodi prioris Patribus testibus, majores pridem Diœceses teneret. Hinc est quod Herennius Thessalonicensis ab Athanasio Apologia ad Constantium Imp. inter Occidentis Episcopos censetur, cum Vincentio Capuæ, & Fortunatiano Aquilejensi. In Synodo Constantinopolitana generali priore, electo in Byzantinum Antistitem Nectario, Ascholii saltem Thessalonicensis quæsitum suffragium est, quo illius ordinatio ab Occidentalibus quoque approbata videretur, qui & in synodicæ ipsorum ad Concilium Romanum epistolæ inscriptione post Damasum, Ambrosium Mediolanensem, Britonem, Valerianum Aquilejæ, Ascholium addunt Thessalonicensem, & Anemium Sirmiensem. Sequitur Basilius alterius scilicet Illyrici provinciæ cujusdam Metropolita. Magnus ipse Basilius Cæsariensis, ad Occidentales, Valente Imperatore scribens, quorum Coryphæum esse Episcopum Romanum dicebat, Illyrici Præsules præcipuos illis annumerabat.

Ac certe quidem Socrates *lib.* 2 *hist. Eccl. c.* 22, Occidentis Orientisque terminos definiens, Illyricum etiam Græcum Occidenti censitum fuisse declarat. Ecclesia igitur versus Occidentem ab Ecclesia quæ erat in Oriente, discessione distracta erat. Terminus autem quo illorum erat divisa communio, mons fuit qui *Tisucis* dicitur inter Illyricum & Thraciam constitutus: καὶ ἦν ὅρος τῆς κοινωνίας αὐτοῖς τὸ ὄρος τὸ λεγόμενον Τισοῦκις, ὅπερ ἐστὶ τῶν Ἰλλυριῶν, καὶ Θρακῶν Sozomenus perinde *lib.* 3, *cap.* 12, Occidentem ad Thraciam usque pertinuisse scribit, & Orientem Illyrici terminis finiri.

& fide, & moderatione, quidquid necessitas, causave flagitaverit, optimus dirigas arbiter, & præcipuus, quippe a nobis electus, definias intercessor. S. Bonifacius I eidem Ruffo: *Te ergo, Frater Carissime, omnis cura respectat earum Ecclesiarum, quas tibi vice Sedis Apostolicæ a nobis creditas recognosces: ut & prava corrigas, & dissipata componas, & SI QUÆ INTER EPISCOPOS EVENIUNT CAUSÆ, sub divini Judicii timore distringas; ut creditis tibi a Sede Apostolica gubernaculis contra omnes fluctus nascentium procellarum juste, ac prudenter utaris.* (& alibi.) *Ad Thessalos comminationis, & correptionis plenas litteras misimus. Ad Synodum, quæ dicitur illicite congreganda de causa Fratris nostri intelligant primo, convenire se citra tuam conscientiam minime debuisse, deinde de nostro non esse retractandum judicio. NUNQUAM ENIM LICUIT DE EO RURSUS, QUOD SEMEL STATUTUM EST AB APOSTOLICA SEDE TRACTARI.* Cælestinus I ad Illyrici Episcopos: *VICEM NOSTRAM per vestram Provinciam Fratri & Coepiscopo nostro Rufo noveritis esse commissam, ita ut AD EUM QUIDQUID DE CAUSIS AGITUR, REFERATUR. SINE EJUS CONSILIO NULLUS ORDINETUR, nullus usurpet eodem inconsulto commissam illi provinciam. COLLIGERE NISI CUM EJUS VOLUNTATE EPISCOPOS NON PRÆSUMANT; per eum etiam AD NOS, SI QUID EST, REFERATUR; sed hac præceptione cognoscent, & eum qui refragandum nostræ auctoritati, vel illius crediderit jussioni, A FRATERNITATIS COETU, CUM IPSE SE SEPARET, SEGREGANDUM.* Xistus III Universis Thessalonicæ Episcopis: *Nos Fratri nostro & Coepiscopo Anastasio Thessalonicensi tantum tribuimus, quantum Decessoribus ipsius a nostris Decessoribus attributum. Priorum Judicium sequimur. .... Habeant honorem suum Metropolitani singularem, SALVO HUJUS PRIVILEGIO, quem honorare debeant amplius honorati. In provincia sua jus habeant ordinandi, sed hoc inscio, vel invito, quem de omnibus volumus ordinationibus consuli, NULLUS AUDEAT ORDINARE. AD THESSALONICENSEM MAJORES CAUSÆ REFERANTUR. ANTISTITEM*, ipsum major cura respectet *EOS, QUI AD EPISCOPATUM VOCANTUR DISCUTIENDI SOLLICITUS, ET PROBANDI.* Sanctus Leo Anastasio Thessalonicensi: *Per commissas tibi provincias tales Domino Sacerdotes, quibus sola vitæ, & Clericalis ordinis suffragentur merita, consecrentur. Nullus TE INCONSULTO PER ILLAS ECCLESIAS ordinetur Antistes. Quisquis vero a Metropolitano Episcopus contra nostram præceptionem, præter tuam notitiam fuerit ordinatus, nullam apud nos status sui esse noverit firmitatem. Singulis autem Metropolitanis, sicut potestas ista committitur, ut in suis Provinciis jus habeant ordinandi, ITA EOS METROPOLITANOS, A TE VOLUMUS ORDINARI, maturo tamen & decocto judicio. .... AD SYNODUM QUISQUIS FRATRUM FUERIT EVOCATUS, OCCURRAT, nec Sanctæ Congregationi se deneget, in qua maxime constituendum se noverit, quod ad disciplinam poterit Ecclesiasticam pertinere. SI QUA VERO MAJOR CAUSA EVENERIT, QUÆ A TUA FRATERNITATE ILLIC PRÆSIDENTE NON POTERIT DEFINIRI, RELATIO TUA MISSA NOS CONSULAT, ut revelante Domino, cujus misericordiæ profitemur esse, quoad possumus, quod ipse nobis aspiraverit,*

rit, rescribamus; ut cognitioni nostræ pro traditione veteris Instituti, & debita Apostolicæ Sedis reverentia, nostro examine vindicemus. Ut enim auctoritatem tuam vice nostra exercere te volumus; ITA NOBIS QUÆ ILLIC COMPONI NON POTUERUNT, VEL QUI VOCEM APPELLATIONIS EMISERIT, RESERVAMUS.

§. II. Ex hisce Epistolis plura colligi possunt. Primum res, quæ magno consilio indigebant, ad Romanam Sedem perferendas fuisse. Id perspicuis verbis indicavit S. Leo, ubi ait *si qua vero causa major evenerit, quæ a tua Fraternitate illic præsidente non potuerit definiri, relatio tua missa nos consulat*. Alterum, ad Apostolicam Sedem provocantibus viam obstructam minime fuisse, uti non obscure significant verba illa Leonis Magni: *qui vocem appellationis emiserit, reservamus*. Tandem cætera omnia jura Primatibus Thessalonicensibus communicata fuisse uti declarant illa verba *VICE APOSTOLICÆ SEDIS*: atque hæc imprimis I, ut Canonum custodes essent, ultores, ac vindices: *ut & prava corrigas, & dissipata componas*. II, Ut lites Episcoporum dirimerent: *& si quæ inter Episcopos eveniant causæ, sub divini Judicii timore distringas*. III, Ut majores causas definirent: *Ad Thessalonicensem majores causæ referantur*. IV, Ut Episcoporum Concilia indicerent, haberentque: *Ad Synodum quisquis Fratrum fuerit evocatus, occurrat, nec Sanctæ Congregationi se deneget*. V, Ut Metropolitas inaugurarent: *Metropolitanos a te volumus ordinari*. VI, Denique ut Episcoporum ordinationes ratas haberent: *Sine ejus consilio nullus ordinetur. Episcopos per Illyricum citra conscientiam Coepiscopi nostri Rufi nullus ordinare præsumat*: quo jure Primates Thessalonicenses a Damaso, Siricio, Bonifacio, Cælestino primum donati, postea minuti fuisse videntur, aucti vero Metropolitæ, siquidem S. Leo hæc habet: *Singulis autem Metropolitanis sicut ista potestas committitur, ut in suis provinciis jus habeant ordinandi, ita eos Metropolitanos a te volumus ordinari*.

§. III. Hinc animadvertas velim quæ quantaque fuerit Patriarchalis potestas, qua Romanus Patriarcha ante S. Damasum in omnibus Illyrici Ecclesiis fruebatur. Nam cum Primates Thessalonicenses Romani Patriarchæ essent Vicarii, ejus vice fungerentur, illiusque locum supplerent, dicendum necessario est, hasce partes omnes, quas post Damasum Primates Thessalonicenses obierunt, antea ipsos Patriarchas Romanos explesse. Neque vero ante Damasum, qui anno 367 in Romana Sede collocatus est, ullum in Illyrico Primatem invenio. S. Nicolaus I *in Ep. ad Michaelem Imperatorem*, qua Bulgariæ Provincias a Constantinopolitano Patriarcha reposcebat, Damasum e Romanis Præsulibus primum memorat, qui Primatem Illyricis præfecerit, in eumque potestatem suam transtulerit. *Quæ Illyriciana Diœcesis*, inquit, *Antecessorum nostrorum temporibus, scilicet Damasi, Siricii, Innocentii, Bonifacii, Cælestini, Sixti, Leonis, Hilarii, Simplicii, Felicis, atque Hormisdæ Sanctorum Pontificum sacris dispositionibus augebatur*.

DIŒCESIS ILLYRICIANA.

ECCLESIA ROMANA PATRIARCHALIS.

Ecclesiæ Filiæ.

Ecclesia Thessalonicensis Metropolitana (a).

Ecclesiæ.

Philipporum.	Berrhœæ.
Dii.	Stoborum.
Parthicopolis.	Doberi.
Cassandriæ.	Edessæ.
Pindæ seu Citri.	Heracleæ.
Amphipolis.	Lemni.
Thassi.	Serrarum.
Bargalorum.	Theorii.
Campaniæ seu Castri.	Polianæ.
Pogojanæ.	Zichnarum.
Drygobitiæ,	Melenici.
Dramæ.	Ardamerii.
Rhendinæ.	Deabolis.
Hierissi.	Lycostomii.
Serviorum.	

Ec-

(a) Carolus a Sancto Paulo in Macedonia septemdecim tantum Diœceses recenset, nimirum Thessalonicæ, Philipporum, Stoborum, Berrhææ, Dii, Particopolis, Doberi, Cassandriæ, Neapolis, Heracleæ, Pelagoniæ, Torones, Letis, Topiris, Serres, Heracleæ, Strimonis, Thassi Insulæ, Hephaertiæ in Lemmo Insula. Quibus Lucas Holstenius addidit Primulam, & Zaparam, Topirim autem rejicit, ut pote ad Rhodopem provinciam Diœcesis Threiciæ spectantem, & de Serre observat, quod sit aliud modo Philipporum nomen. Quare quas hic ex Quiennio addidimus Ecclesias, non pertinent ad veterem Illyrici Diœcesim, sed post sæculum VI institutæ fuerunt, & postquam Illyricum Orientale Constantinopolitano Episcopo parere cœpit.

Ecclesia Larissæ Metropolitana (*b*).

Ecclesiæ.

Demetriadis.
Cæsareæ.
Echini.
Lamiæ.
Triccæ.
Metropolis.
Sciathi.
Ezeri.
Stagarum.
Litzæ.
Pherarum.
Bezenæ.
Zetunii.
Comphorum.
Pharsali.
Scopeli.
Hypatorum.
Thebarum Phthioticarum.
Novarum Patrarum.
Demonici & Elassonis.
Thaumaci.
Lædoricii.
Marmaritzii.
Peparethi.

Eccle-

(b) Carolus a S. Paulo in Thessalia octo tantum Diœceses invenit; Larissæ, Demetriadris, Eschini, Cyperæ, Metropolis, Lamiæ, Triccarum, & Thebarum Phthioticarum, quibus, Luca Holstenio auctore, tres aliæ accedunt, Dicœsareæ, Gomptriæ, & Scarptriæ. Quæ a nobis præter hasce numeratæ sunt, recentiores sunt sæculo VI, & a Constantinopolitanis Episcopis erectæ.

Ecclesia Nicopolis Metropolitana (c).

Ecclesiæ.

Anchiasmi.
Dodonensis.
Hadrianopolis.
Euroeæ.
Acti.
Leucadis.
Phænices.
Buthroti.
Photices.
Corcyræ.
Joanninorum.
Acheloi.



Eccle-

(c) In Epiro veteri secundum Carolum a Sancto Paulo decem Diœceses inveniuntur. Nicopolis, Anchiasmi, Phænicæ, Ordones, Adrianopolis, Buthroti, Euriæ, Photicæ, Cephaleniæ, Corcyræ. Aliæ recentioris notæ sunt.

Ecclesia Corinthi Metropolitana (*d*).

Ecclesiæ.

Athenarum.
Patrum Veterum.
Nauplii.
Lacædemonis.
Corones.
Tegeæ.
Carysti.
Artæ.
Porthmi.
Elateæ.
Opuntis.
Thebarum.
Tangarorum.
Chalcidis.
Strategidis.
Træzenis.
Æginæ.
Amyclarum.
Methuntis.
Zacynthi.
Diauliæ.
Brestenensis.
Mendinitze.
Cei.

Cenchrearum.
Argi.
Megalopolis.
Coroneæ.
Elidis.
Messenes.
Naupacti.
Orei.
Marathonis.
Megarorum.
Platearum.
Thespiarum.
Scarphiæ.
Monembasiæ.
Pyrgi.
Eleuntis.
Aulonis.
Olenæ.
Scyri.
Cephaleniæ.
Pyli.
Andrusæ.
Tzernitzæ.

Eccle.

(d) In Hellade Carolus a SanctoPaulo viginti sex Ecclesias nobis enumerat, Chalcidis, Orei, Porthmi, Carysti, Corinthi, Argi, Tegeæ, Megalopolis, Lacædemonis, Messenes, Corones, Petrarum, Helices, Athenarum, Megarorum, Thespiarum, Naupacti, Secori, Elatiæ, Opuntis, Strategidis, Thebarum, Platearum, Tanagræ, Marathonis, Corissiæ. Aliæ institutæ sunt ab Patriarcha Constantinopolitano, postquam hæc Illyricianæ Diœceseos pars ab Romano Patriarcha avulsa fuit.

Ecclesia Dyrrachii Metropolitana (e).

Ecclesiæ.

Scampes.	Apolloniæ & Bullidis.
Amantiæ.	Decaterorum.
Aulonis.	Lestronis.
Drivasti.	Stephaniaci.



Ec-

(e) In Epiro nova hæ apud Carolum a Sancto Paulo Ecclesiæ fuerunt; Dyrrachii, Scampes, Apolloniæ, Aulonis, Amantiæ, Lychnidis, Prisnæ.

Ecclesia Gortynæ Metropolitana (*f*).

Ecclesiæ.

Gnossi.
Hierapetræ.
Phænicis.
Subritæ.
Eleuthernæ.
Cyloniæ.
Cantani.
Arcadiæ.
Lappæ.
Heracleopolis.
Apolloniæ.
Chersonesi.
Cissami.

Ec-

(f) In Creta Insula decem Diœceses refert Carolus a Sancto Paulo, Gnossi, Hierapetræ, Zappæ, Subritæ, Eleutheræ, Cherronesi, Cidoniæ, Cysami, Citæi, Cantani.

Ecclesia Scodrorum Metropolitana (g).

Ecclesiæ.

Diocleæ. Elissi.
Lychnidi.

Ecclesia Sardicæ Metropolitana (h).

Ecclesiæ.

Remesianæ. Aquarum.
Pautaliæ. Castri Martis.
Margi.



Eccle-

(g) Carolus a Sancto Paulo in Prevalitana duas dumtaxat Diœceses nominant, *Scodram* veterem Provinciæ Metropolim, & *Acridam*, quæ olim dicta fuit Prævalis, postea autem Justinianus suo ipsius nomine *Justinianam* primam appellavit, eique in dignitatem Patriarchalem erectæ omnes quinque provincias Diœcesis Dacicæ, & utramque Pannoniam Jurisdictioni suæ attribuit.

(h) Daciæ Mediterraneæ Lucas Holstenius attribuit Sardicam Metropolim, Romatianam, & Naissum, ubi ipse, & Antonius Pagius Constantinum Magnum natum esse dictitant. In altera Dacia, quam Ripensem vocant, *Aquas* ponit, & *Iscopolim*.

Ecclesia Scuporum Metropolitana (*i*).

Ecclesiæ.

Ulpiani.
Zapparæ.
Singeduni.
Melesobæ.
Apsori.
Naissi.
Castoriæ.
Moglenorum.

Ecclesia Petcii Metropolitana (*k*).

Ecclesiæ.

Sisanii.
Bosniæ.
Ischanii.
Melangiorum.
Grebeni.
Fogaræ.
Neurocopi.
Phliuntis.

In Dalmatia (*l*).

Ecclesia Salonæ Metropolitana.

Ecclesiæ.

Jaderæ hodie *Zara*.
Scodræ vel *Scutari*.
Epidauri nunc *Ragusa*.

In

(i) In Dardania Carolus a Sancto Paulo quatuor tantum Diœceses observavit; Scupos Metropolim, Justinianam secundam, Diocletianam, & Nessinam.

(k) Hæc Diœcesis recentior est, neque ad veterem Illyricianam Diœcesim spectat. Rainaldus ad annum 1220, n. 37. litteras refert Stephani Regis totius Serviæ, Diocliæ, Tribuniæ, Dalmatiæ, & Ohblumiæ, quas Honorio Papæ dedit, quibus se Romanæ Ecclesiæ fidelem filium declaravit, missa insuper legatione, quam Methodius obivit.

(l) Quas hactenus enumeravimus Diœceses ad Illyricum spectant orientale, hæ quæ sequuntur ad Illyricum Occidentale pertinent.

In Savia (*m*).

Ecclesia Sirmii Metropolitana.

Ecclesiæ.

Singidunæ.
Cibalis.
Sisciæ.
Mursæ hodie *Essek*.
Noviodunæ.

In Pannonia Superiore, & Inferiore (*n*)

Ecclesiæ.

Vindobonæ seu Viennæ.
Scarabantiæ.
Petaviæ.
Carpis.
Sabariæ.
Celiæ.
Curtæ.
Stridonii.



In

(m) Savia, de qua nunc, Regio illa est, quæ hodie dicitur *Slavonia*, & pars Bosniæ, ac Serviæ.

(n) Pannonia superior, & inferior, cujus veteres Ecclesias modo recensemus, est pars Australis *Ungariæ*.

In Norico Mediterraneo & Ripensi (o).

Ecclesiæ.

Laureaci vulgo *Lork*.
Ovilabini.
Petoviæ vulgo *Petow*.
Iuvavæ hodie *Salisburgi*.
Solvæ.

DIŒ-

(o) In utroque Norico, de quo nunc agimus, Lazius, a quo Carolus a Sancto Paulo hanc suæ sacræ Geographiæ partem deprompsit, quatuor tantum Diœceses enumerat. Reliquæ, quas modo conspicimus, non fuerunt constitutæ ante sæculum VI, ubi ista Germaniæ pars primum ad Christianam Religionem perducta fuit, quæ hodie est Carniola, & Carinthia, cum parte Ravariæ, Stiriæ, Tirolis, & Austriæ.

De originibus, & progressu Religionis in Norico Ripensi vide Hansizium *tom. II*, *pag.* 2, seqq. Hundium Metrop. Salisburg. *pag.* 1, *seqq.* Josephum Mezgerum *Hist. Salisb. pag.* 1, *seqq.* edit. an. 1692, & veter. Histor. de Convers. Bajoariorum, & Carenthanor. Item de Juvav. *pag.* 15, seqq. post Cosmæ Pragensis *Chron. pag.* 15, edit. an. 1657. Prætermitto scriptores cæteros, ne sim longus. Quod ad Vindelicos, Bojosque attinet, adeundi Marcus Welserus in opp. hist. & Philolog. sacr. &c. in quibus Historica Bojica, res Augustanæ, conversio, & passio SS. MM. Afræ, Hilariæ &c. Vitæ S. Udalrici, & S. Severini &c. edit. Norimb. an. 1682, & Johannes Adlzreitterus in Annalibus Bojcæ Gentis *par.* 1, *l. V*, *pag.* 114, *seqq.* edit. Francofurt an. 1710, Andreas Brunnerus soc. Jesu Annal. Bojcor. *pag.* 108, *seqq.* edit. an. 1710, Bernardus in Basilic. SS. Udalrici, & Afræ *Hist. Aug. Vindel. pag.* 151, edit. an. 1653.

Hic quoque animadvertas velim, quantum interesset discriminis inter divisionem civilem & Ecclesiasticam. In prisca Provinciarum Illyrici notitia civili primum locum tenet Achaja Proconsularis, ad quam nempe Proconsul decernebatur, secundum Macedonia, mox Thessalia; Epirus vetus, Prevalis, Macedoniæ salutaris pars quam Vicarius Diœcesis regebat, & Creta Insula. In quo certe veteri ordine observatione dignissimum est, Achajam ipsimet Macedoniæ anteponi, atque adeo Corinthum Thessalonicæ. Cujus antiqui ordinis nulla ratio habita est in provinciarum Ecclesiasticarum constitutione, qua Corinthi Ecclesia Thessalonicensis ordinationi suberat. Præterea immutatio civilis, qua Illyricum in duas partes sectum fuit, nimirum in Orientale, & Occidentale, nullam mutationem peperit in rebus Ecclesiasticis, nec jura Patrarchica Romani Pontificis in Illyrico eo tempore imminuit. Quamobrem post illa tempora Damasus, Innocentius, Bonifacius, Cælestinus, Xistus totum Illyricum per Thessalonicenses Vicarios administrarunt. Hinc quoque corruit eorum sententia, qui divisionem Civilem Ecclesiasticæ Magistram fuisse contendunt.

DIŒCESIS ILLYRICIANA RECENS (a).

ECCLESIA ROMANA PATRIARCHALIS.

Ecclesiæ Filiæ.

In Dalmatia (b).

Ecclesia Jarbensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Arbensis vulgo *Arbè*. Auſarenſis vulgo *Oſero*. Veglianenſis vulgo *Veglia*.

Eccle-

(a) De ſtatu Theſſalonicæ, ut erat extremo ſæculo ſuperiore, confer Vincentium Coronellum *Memor. Hiſtor. Geograph. de Regno Morea, Negroponto &c.* edit. an. 1686. Sed de Macedonia, & Græcia quid Urbanus Cerrius ad Innocentium XI P. M. ſcripſerit, dicendum hoc loco eſſe videtur. Iſtruz. dello ſtato preſente della ſacra Congregazione de Propaganda Fide. „ La Grecia ſi divide in „ quattro Provincie, cioè Macedonia, Epi- „ ro, Acaja, e Morea, ſebbene quaſi tutta „ la Romania ſi può chiamar Grecia, come „ anche le Iſole dell' Arcipelago. Nella Gre- „ cia dunque, che chiameremo mediterranea „ non ſono altri Criſtiani, che Greci ſciſma- „ tici, nè tra loro è alcuna diverſità eſſen- „ ziale; vero è ch' eſſendo ſotto il giogo Ot- „ tomano la Criſtianità ſi è diminuita, le „ città ſpopolate, e i templi del tutto di- „ ſtrutti, ſicchè dentro terra ſono in molto „ maggior numero i Turchi de' Greci. Dei „ Cattolici vene abitano pochiſſimi ſcarſi di „ ajuti ſpirituali, non avendo in quel paeſe „ potuto pigliar piede le Miſſioni, che ſi ſo- „ no dalla Congregazione più volte manda- „ te. Ricevono però qualche aſſiſtenza da' „ Padri Conventuali di Corfù, e da' Cappuç- „ cini Franceſi, che ſtanno nell' Arcipelago. „ E' una gran coſa però, che da tanti alun- „ ni allevati nel Collegio Greco non ſi fac- „ cia mai neſſun profitto per la reduzione „ de' Sciſmatici al grembo della Santa Ma- „ dre Chieſa: anzi molti tornano a farſi „ Sciſmatici riuſcendo più fieri nemici de' „ Cattolici per le ſcienze, che hanno appre- „ ſe, e per la notizia delle noſtre imperfe- „ zioni, e in ſpecie il Pianotto Veſcovo „ Sciſmatico, e già Dragomanno del primo „ Viſir, che fu Alunno di queſto Collegio, è „ ſtato il maggior perſecutore de' Cattolici, „ avendoli anche con iſcritture falſe privati „ del ſanto Sepolcro, e tutto il Levante ſcri- „ ve, e fa iſtanze, che ſi aboliſca il detto „ Collegio; però biſognerebbe, che la Santi- „ tà Voſtra lo faceſſe viſitare diligentemente „ per trovare la cagione, s'è poſſibile, di „ queſti ſconcerti. " Hæc Urbanus Cerrius S. Cong. de Propaganda Fide a ſecretis. At cauſa, quam ille eſſe quærendam putat, perſpicua eſt. Etſi enim adoleſcentuli parentibus Græcis Schiſmaticis orti, dum in Collegium veniunt, profeſſionem fidei recitent, ore tamen, non corde recitare plerumque ſolent, quod ita fuerint a ſuis inſtituti antequam patria excederent. Addiſcendi enim cauſa veniunt, non Schiſmatis ejurandi. Qui autem præfecti Collegio ſunt, quamquam errorem ex animis adoleſcentulorum eorumdem evellere conantur, nihil tamen efficiunt, quod lingua omnino aſſentiri ſe illi nobis dicant, animo non dicant.

(b) De Croatis Dalmatiæ partem incolentibus, eorumque origine, & baptiſmo vide Lucium *lib.* 1, *cap.* XI, *pag.* 44, &c *ſeq.*

seq. De statu Dalmaticarum, & Hungaricarum Ecclesiarum, ut erant extremo fere sæculo superiore, sic habet Urbanus Cerrius *l. c. pag.* 33. „ Cominciando dalla parte dell' „ Ungheria dominata da' Turchi, l'Imperadore stante l'asserta concessione fatta da „ Silvestro secondo a San Stefano primo Re, „ e ampliata dopo al Re Ladislao da Urbano II, vi si mantiene tuttavia in possesso „ di nominare ai Vescovati, benchè gli eletti „ usino da molto tempo trattenersi tutti alla „ Corte Cesarea contenti del nudo titolo, e „ senza curarsi punto delle loro Diocesi, dall' „ Arcivescovo di Strigonia in poi prelato molto zelante, e il Vescovo di Agria, i quali „ hanno operato molto per la propagazione „ della fede tra gli eretici ribelli, che tra' Turchi poco possono fare. La Chiesa di Belgrado però è di libera collazione della Sede Apostolica, e la Congregazione n'elegge il Vescovo, a cui dà in amministrazione la Chiesa di Sirmio, e con titolo di Vicario Apostolico la cura delle altre Chiese „ prive di residenze, che sono comprese tra' „ fiumi Dravo, Savo, Danubio, Tibisco fino a Temisvar. In detta città si ebbe nel „ 1672 notizia dal Vescovo, che vi erano „ da 60 Cattolici, e tra questi molti mercanti Ragusei, che vi hanno Chiesa ben „ fornita di paramenti, e servita da due Francescani, a' quali somministrano il vitto, come anche al Vescovo quando era in visita, non avendovi nè abitazione, nè entrata, e dalla Sacra Congregazione l'anno „ passato furono somministrate 500 pezze da „ otto per ajutare a rifarla, essendosi incendiata, e avendone ottenuta licenza dalla „ Porta gl'istessi Ragusei contro il solito della superstizione Maomettana di non permetterlo. Il contado di Sirmio, che è una „ delle Chiese dategli in amministrazione, „ contiene oltre le città 12 vilaggi, 10 parrocchie, e in essi ventun mila, e seicento „ Cattolici sotto la cura di 8 Frati Minori „ Osservanti, e 4 Preti compresovi il Vicario Generale: ma adesso l'Imperatore ne „ ha fatta la nomina del Vescovo, che dalla „ Congregazione non è stata ammessa. Negli „ altri Vescovati a lui soggetti, come Vicario Apostolico, vi sono sopra 26 mila Cattolici assistiti nelle cose spirituali, solo da' „ Frati della Provincia di Bosna . . . .

„ E'ancora in quella parte d'Ungheria il „ contado Suputiense, che contiene 16 terre „ con alcuni villaggi appartenenti alla Repubblica di Polonia, e attualmente col titolo di „ capitanio ritenute dal Lubomischi, e perchè in tredici delle suddette terre totalmente infette dalla eresia Luterana non si permetteva l'uso della religione Cattolica, la „ diligenza di Monsignor Pignatelli allora „ Nunzio in Polonia ne impiegò lo zelo, e „ l'autorità del Re Casimiro, acciò vi si ricevessero i Missionarj, come fu eseguito, „ essendovi adesso i PP. di S. Paolo primo „ Eremita, e delle Scuole Pie, e se ne discacciarono i Predicanti; come parimente successe per l'assistenza, e ajuti dell' Arcivescovo di Strigonia. Pag. 46. La Dalmazia, „ e la Croazia, che volgarmente vengono „ sotto nome di Schiavonia, sono da diversi „ Principi dominate, sicchè le parti interne „ obbediscono al Turco, le marittime alla „ Repubblica di Venezia, e le settentrionali „ all'Imperatore. In quelle della Casa d'Austria, e Veneziani risiedono i Vescovi, de' „ quali alcune Diocesi si stendono nel dominio Turchesco, e il nuovo Vescovo di „ Nona fa istanza, che gli si mandino Missionarj per ajutare que' poveri Cristiani, „ che stanno sotto il giogo Ottomano. La „ Congregazione però mantiene in Cattaro „ un Sacerdote secolare per istruzione de' Serviani di rito Greco calati ivi da Monte „ Nero, e un altro per i Morlacchi nella „ Diocesi di Spalatro. Vi erano avanti le „ guerre de' Veneziani tre Ospizj di Missionarj Riformati in Perasto, Lustrizza, e le „ Rose, che davano grande ajuto a quei fedeli, quali furono abbandonati portando tutte le suppellettili nell'Ospizio di Cattaro; „ nè dopo la pace vi son più ritornati, onde „ patisce assai quella parte di Dalmazia soggetta al Turco, che non ha, che un Prete in Perasto, che va ad amministrare loro „ i Sacramenti poche volte l'anno, sicchè „ per non lasciare quei fedeli privi di operaj, „ converrebbe rimettervi la Missione, e se ne „ potrebbe scrivere per l'informazione, e voto all'Arcivescovo di Antivari stato già „ Abbate di Perasto. E'arrivato ultimamente in Roma Monsign. Royna Vescovo di „ Tina, o Tinio detto in lingua Schiavona „ Chinia, nominato dall'Imperatore come Re

„ d'Un-

Ecclesia Spalatensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Signiensis vulgo *Zegna*.
Pharensis & Lesinensis vulgo *Lesina*.
Scardonensis vulgo *Scardona*.
Sebenicensis vulgo *Sebenico*.
Dulmensis vulgo *Dulma*.
Nonnensis vulgo *Nona*.
Traguriensis vulgo *Traù*.
Marcuriensis vulgo *Macarska*.
Tiniensis vulgo *Tine*.

Ecclesia Ragusina Metropolitana.

Ecclesiæ.

Stagnanensis vulgo *Stagno*.
Stephanensis vulgo *Marenta*.
Rosonensis vulgo *Risano*.
Mercanensis & Tribunensis vulgo *Merca, e Trebingo*.
Braciensis vulgo la *Brazza*.
Curzolensis vulgo *Curzola*.

In

„ d' Ungheria, quale ha dato una piena relazione della sua Diocesi, che si stende vicino a Sebenico stata sempre incognita a' suoi Antecessori, dicendo, che vi sono 8000, e più Cattolici governati nello spirituale solamente da quattro, o cinque Minori Osservanti del Convento di Risovaz, che sta nella Diocesi di Scardona, e ha fatto istanza alla Santità Vostra di alcune provisioni necessarie per la cura di quelle anime, che tutte gli sono state benignamente concedute. " Tractus qui ab Histria ad amnem *Titium* est, quamvis *Dalmatiæ* nomine appellatur, discrepat tamen a *Dalmatia* propria, vetereque, & in *Croatiam Maritimam*, *Morlachiam*, & *Comitatum Jaderensem* dividitur. *A Titio*, cui nunc Kerka est nomen, ad Albaniam usque, Dalmatia propria est, in eaque sunt *Sebenicum* ad os *Titii* fluminis, ad orientem *Traguri.um*, & ad proximum sinum Salonæ rudera, e quibus *Spalatum* oppidum est extructum. His Veneti potiuntur. Sequitur Respublica *Ragusinorum*, quæ a *Ragusio* urbe Archiepiscopali nomen capit. Ei subsunt *Stagnum* oppidum, *Hillis* peninsula, *Melita* insula, nonnullæque aliæ, & exiguus continentis tractus. Extrema ditionis Venetorum sunt *Catarum*, quod Ragusinorum ditionem ad ortum respicit; *Castrum Novum* in citeriore sinus littore, *Postrovecchio* in limite Albaniæ. Dalmatia Turcica majore parte *mediterranea* est, ut diximus, quamquam aliquot etiam in maritimis habeat oppida. Ragusinorum Archiepiscopatus antiquitati plurimum tribuunt Bandurius, aliique ejus gentis Scriptores, quos merito emendat Clarissimus Josephus Simonius Assemanus. (*In Calend. univ. Eccl. pag.* 352. & *seqq.*)

In Albania (*c*).

Ecclesia Antibarensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Scuttarensis vulgo *Scuttari*.
Drivastensis vulgo *Drivasto*.
Pisinensis vulgo *Trisseren*.

Belgradensis vulgo *Belgrado*.
Buduensis vulgo *Budoa*.

Polatensis vulgo *Pulati*.
Dulcinensis vulgo *Dulcigno*.
Sappatensis, & Sardanensis vulgo *Sappa, e Sardania*.
Samandriensis vulgo *Semender*.

Ec-

(c) Urbanus Cerrius *ibid. pag.* 43, *seqq.* L'Albania era un regno tutto Cattolico, ma dopo la morte del famoso Scanderbech, che con tanta gloria resse quello scettro, cadde nelle mani de' Turchi, onde la maggior parte degli abitanti hanno abbracciato le Setta di Maometto, e piacesse a Dio, che continuamente non s'ampliasse, come pur troppo a ville intiere si dichiarano Turchi. Sono in questo regno adesso due Arcivescovati, e quattro Vescovati provvisti dalla Congregazione. Antivari è Arcivescovato, nella cui Diocesi si numerano case Cattoliche 367, che sono anime 2270.... Durazzo pure Arcivescovato, nella cui Diocesi stanno case Cattoliche circa 1060, che fanno anime 13650. Alessio è Vescovato, la cui Diocesi si divide in superiore, e inferiore, cioè in monti, e pianura. Vi saranno case Cattoliche 900, che faranno anime 7000. Pullati Vescovato contiene case Cattoliche 580, che fanno anime 4050. Scuttari è Vescovato, e vi sono case Cattoliche 2164, che portano anime 20260, e in questa Diocesi stanno i popoli di Clementi, che abitando sulle montagne, esercitano liberamente il culto Cattolico senza timore de' Turchi.... In Sappe Vescovato sono case Cattoliche 1075, e anime 9230. Oltre detti Vescovi ha la Congregazione distribuiti in quelle parrocchie molti Sacerdoti secolari con facoltà di Missionarj, e annue provvisioni. Vi ha anche eretta una missione di Riformati in numero di 13 Sacerdoti sparsi per quei villaggi, acciò amministrino i Sagramenti a quelle povere anime. E oltre le accennate missioni, che dipendono direttamente dalla Congregazione, vi stanno distinte in tre conventi Minori Osservanti sotto un Provinciale.... Fu anche per provvedere alla ignoranza de' Sacramenti in quelle parti fondato dalla Congregazione un collegio in Fermo, dove gli alunni dopo avere studiato gramatica, e casi di coscienza, sono rimandati alle case loro; standone un altro in Loreto, amministrato da' Padri Gesuiti.... Ne' confini dell'Albania resta la Provincia di Cimarra, i popoli della quale sono Greci uniti, stando nelle montagne hanno poco timore de' Turchi. Vi tiene la Congregazione il Vescovo di Musacchia con annua provvisione.... Ocrida ha il suo Patriarca, o Arcivescovo Greco chiamato di Giustiniana: questo era Scismatico, e si fece Cattolico con molti suoi popoli, e a tempo della san. mem. di Alessandro VII venne a Roma, dove fu dalla S. sua ben accolto, e trattato. Vi risedeva ancora l'Arcivescovo Latino, ma per esservi pochi Cattolici di quel rito, fu data del 1675 in amministrazione all'Arcivescovo di Scopia, come più vicino... Sed Achrida urbs est, quæ olim ad Macedoniam spectabat, post Bulgariæ Metropolis sub monte Pierio fuit in limite Albaniæ.

Ecclesia Dyrrachini Metropolitana;

Ecclesiæ:

Alexiensis vulgo *Alessia*; Lissiensis vulgo *Lissa*;
Bendensis vulgo *Benda*, Canoviensis vulgo *Canovia*;
Crojensis vulgo *Croja*.

Ecclesia Scupiensis Metropolitana;
Ecclesia Sardicensis Metropolitana.
Ecclesia Ochredensis Metropolitana;
Ecclesia Corcyrensis Metropolitana;

Ecclesiæ.

Zacynthiensis, & Cephaloniensis vulgo *Zante*, *e Cefalonia*;



Eccle-

Ecclesia Candiensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Cydoniensis vulgo la *Canea.*

Sithiensis, & Hierapetrensis vulgo *Sethia*, ed *Hierapetra.*

Rhetimnensis, & Milopotamensis vulgo *Retima*, e *Milopotamo.*

Sichimensis, & Archadiensis vulgo *Sichimo*, ed *Arcadia.*

Ecclesia Naxiensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Thienensis vulgo *Tiene.*
Scirensis vulgo *Sira.*
Andrensis vulgo *Andro.*
Theramniensis vulgo *Termia.*

Milensis vulgo *Milo.*
Chiensis vulgo *Scio.*
Therasiensis vulgo *Santorini.*



Ecclesia Salisburgensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Passaviensis vulgo *Passau.*
Ratisponensis vulgo *Ratisbona.*
Gurcensis vulgo *Gurck.*
Chiemensis vulgo *Chiemese.*
Viennensis in Austria, quæ antea erat itidem exempta, nuperrime ad petitionem Imperatoris Caroli VI. fuit a Summo Pontifice Innocentio XIII An. Archiepiscopatum erecta.

Frisingensis vulgo *Freisingen.*
Brixiensis vulgo *Brixens.*
Laventinensis vulgo *Lavant.*
Seccoviensis vulgo *Seckauv.*



Eccle-

Ecclesia Colocensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Bachiensis vulgo *Bath* unita cum Archiepiscopatu.
Varadiensis vulgo *Varad*.
Chanadiensis vulgo *Chanad*.
Cibinensis vulgo *Szeben*.
Zagrabiensis vulgo *Zagrab*.
Sirmiensis vulgo *Szerem*, seu *Sirmich*.
Bosnensis vulgo *Bosna*.
Bachoviensis vulgo *Backovv*.

Ecclesia Leopoliensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Presmiliensis vulgo *Prezemyzl*.
Chiovensis vulgo *Kiovv*.
Chelmensis vulgo *Chelm*.
Camenecensis vulgo *Kamieniec*.

Ecclesia Pragensis Metropolitana (*d*).

Ecclesiæ.

Omulcensis vulgo *Olmitz*.
Reginobradensis vulgo *Konigsgratz*.

Litomericensis vulgo *Leutmeritz*

Eccle-

(d) De Bohemiæ statu, ut erat extremo fere sæculo superiore, hæc scribit Urbanus Cerrius *ibid. pag.* 67. „ Furono in Boemia dalla S. Sede eretti i Vescovati di Kinisgratz, „ e Leitmeritz colle rendite del dazio del sa- „ le assegnate dall' Imperatore in ricompensa „ de' beni Ecclesiastici usurpati dagli Eretici, „ e colla medesima entrata se ne devono fon- „ dare due altri, tutti però restando suffraga- „ nei dell' Arcivescovo di Praga, quale ha l' „ amministrazione di quelle rendite, e ogni „ anno deve mandare in Congregazione il „ bilancio. " Addit multòs esse in Bohemia, & Germania fere tota hæreticos, quorum tamen aliqui interdum ad veritatem religionis agnoscendam convertuntur. Ad Moravos quod attinet Joannes Georgius Stredovvskius Hist. Sacr. Morav. lib. 1, cap. IX, pagum esse in Brunensi inferioris Moraviæ parte *Zarussicium* scribit, cui propinquum sit vetustissimum templum, quod post ascensum Christi anno XXXIX, extructum ferant. Id vero ne pueri quidem, ut opinor, credent. In Martyrologio Romano ad d. IX Martii hæc habentur. „ In Moravia SS. Episcopor. Cyril- „ li, & Methodii, qui multas illarum regio- „ num gentes cum earum Regibus ad fidem „ Christi perduxerunt. " Confer Cosinam Pragensem, Bollandianosque *loc. sup. indic. not.* 4, *p.* 203, & Stredovvskium ipsum in opere modo laudato, editoque Solisbaci an. 1710. Non ita tamen conversos ad Christiana sacra Moravos fuisse puto, ut nulli ante in provincia Christiani fuerint. Anno 1070 Pragenses Antistites consenserunt, ut Moravi Olomucensem Episcopum haberent. Balbinus *Epist. rer. Bohem. pag.* 203, & 211.

Ecclesia Regiensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Revaliensis vulgo *Revel*.
Hapsalensis vulgo *Hapsel*.
Vendensis vulgo *Vindovv*.
Torpatensis vulgo *Derpt*.
Osilliensis vulgo *Oesel*.

QU. XXXVI.

QU. XXXVI.

In Diœcesi Africana ulla ne Romanæ Patriarchalis potestatis vestigia?

§. I. AFricana Diœcesis a Syrti minore ad Gades usque protenditur. Hanc ab Romanis Episcopis Evangelica fide collustratam, Ecclesiis, Episcopisque instructam atque ornatam fuisse Divus Augustinus, & Sanctus Innocentius I nosmet dubitare non sinunt. *In Romana Ecclesia*, inquit Augustinus ep. 162, semper Apostolicæ Cathedræ viguit Principatus, *UNDE EVANGELIUM AD IPSAM AFRICAM VENIT*. *Manifestum est*, ait S. Innocentius Epist. 2, *in Africa nullum instituisse Ecclesias, nisi quos Petrus, aut ejus successores constituerint Sacerdotes*.

§. II. Tertullianus, atque Gregorius Magnus longius progrediuntur, & non solum Africanæ Religionis originem, sed Carthaginensis Ecclesiæ privilegia, dignitatemque Romanæ Sedi acceptam referendam esse clamant: *Si Italiæ adjaces* (Tertullian. l. de Præscrip.) *habes Romam, unde nobis auctoritas præsto est*. *Scientes* (Gregorius Magnus ad Dominic. Carthaginens. Lib. VIII, Epist. 33, pag. 921, Tom. 2, edit. Monast. S. Maur.) *unde in Africanis partibus sumpserit ORDINATIO SACERDOTALIS exordium, laudabiliter agitis, quod ad Sedem Apostolicam tamquam ad OFFICII VESTRI ORIGINEM prudenti recordatione recurritis*.

§. III. Verum ut Carthaginensis Ecclesiæ jura, ac privilegia bono in lumine collocentur, sciendum est, Carthaginensem Episcopum omnium Africanarum Ecclesiarum non solum Primatem fuisse, sed etiam Metropolitam. Licet enim Agrippini tempore Africa in duas provincias Africæ, & Numidiæ secta esset, & Cypriani temporibus in Africam, Numidiam, & Mauritanias divisa fuisset, & postea in sex provincias distributa, nimirum in Proconsularem, Byzacenam, Numidiam, Tripolitanam, Mauritaniam Sitifensem, Mauritaniam Cæsareensem, & in Tinguitanam, tamen in omnibus hisce provinciis nullam aliam Metropolitanam Ecclesiam invenies præterquam in Proconsulari Carthaginensem, cui suberant aliæ omnes Provinciæ, nec ullos alios Metropolitas reperies præter Carthaginis Episcopum, qui toti Africæ imperitabat.

§. IV. Neque vero eos Episcoporum conventus qui in singulis hisce Provinciis agi solebant, quorum tamen primis tribus sæculis nulla mentio occurrit, in Provincialium Conciliorum numero habendos esse unquam putavi. In iis enim nihil aliud unquam actum fuit, quam lecti legati, qui ad Carthaginensia seu Africana Concilia cum mandatis proficiscerentur, aut si de alia re, leviore certe actum fuit. Nam cum omnes Africæ Episcopi iis Conciliis interesse non possent, huic incommodo provisum fuerat, ut singulæ Provinciæ suos Legatos mitterent, quorum numerus au-

ctus fuit a Carthaginensi Synodo III anni 397: *Ut singulæ provinciæ ternos legatos mittant*: cum antea non uno plures legari plerumque solerent. Ad Concilium Carthaginense habitum anno 349 a Byzacena Provincia unus Adrumeti Episcopus legatus fuerat, cum mandatis, ut obtineret Canonem, quo Clericorum usuræ interdicerentur. *In nostro Concilio statutum est, ut non liceat Clericis fænerari. Quod si & Sanctitati tuæ* (Grato Episcopo Carthaginensi) *& præsenti Concilio videatur, præsenti placito designetur*.

§. V. Nec iis cœtibus, seu conventibus, qui latiore vocabulo Concilia aliquando dicta sunt, ulli unquam Præsides dati fuerunt, sed qui ætate antecellebat, sententiæ principatum tenebat, priorque sedebat, *Primus* seu *Primas* proinde appellatus, cui vel nulla, vel certe pauxillula in alios Episcopos potestas erat, nec ulla Metropolitica insignia & ornamenta, nec (*a*) Pallii honos eorum cuique unquam tributus. Cirtense Concilium adversus Carthaginensem Episcopum Cecilium coactum, cui Secundus Tigesitanus præfuisse dicitur, minime moror. Nam cœtus ille nefarius non tam Episcoporum Concilium, quam seditiosorum manus dicenda, & Secundus non Concilii Præses, sed potius seditionis signifer vocandus est. Hujusce Pseudo-Synodi meminere Optatus Milivetanus adversus Parmenianum, & D. Augustinus *l.* 3 *contra Cresconium Grammaticum c.* 26, 27, *& contra Donatistas Ep.* 162.

§. VI. Unus igitur Carthaginensis Episcopus in omni Africæ Regione Metropoliticarum rerum potiebatur, unus præerat quadringentis & amplius Episcopis, si quidem verum est, quod scriptores tradiderunt, anno 411 in Carthaginensi congressu, colloquioque ducentos supra octoginta sex Episcopos adfuisse, centum & viginti abfuisse (Vide sis Scheltratium, Norisium, aliosque). Unus Carthaginensis Episcopus omnes illos creabat Episcopos, unus curabat omnes. *Fuit semper hæc licentia huic Sedi*, uno ore clamarunt Patres Concilii Carthaginensis III, *unde vellet, & de cujus nomine fuisset conventus pro desiderio cujusque Ecclesiæ ordinare Episcopum*: & can. 41: *Necesse habes tu omnes Ecclesias suffulcire. Unde tibi non potestatem damus, sed etiam agnoscimus, ut liceat &c. Ego cunctarum*, ajebat Aurelius Episcopus Carthaginensis, *Ecclesiarum Dignatione Dei, ut scitis Fratres, sollicitudinem sustineo*.

§. VII. Ad Metropoliticam Carthaginensis dignitatem accesserunt plura alia privilegia. Nam Episcopus Carthaginensis alienos Clericos ordinabat (Thomassin. V. & N. E. D. Part. I, L. I, c. 20), Monachosque totius Africæ regebat imperio (Gregorius Magnus Lib. 6, Ep. 22), Episcopales Ecclesias fundabat (Concilium Carthag. III, *can.* 42, 46), verbo si pauca demas, quæ Romano Episcopo reservata erant, omnia Patriarchalia jura Carthaginensis Episcopus usurpabat (Vid. Novell. 131). Nolim tamen iis fidem adjungas, qui generalium Canonum laxandorum potestatem penes Carthaginensem Episcopum fuisse putant Possidii testimonio fulti, qui

(a) Leo IX, *Ep. IV*. Solus Carthaginensis Episcopus in Africa Pallium ab Apostolica Sede habere solet, ut & Episcopos consecrandi principale, & antiquum jus retinet.

qui in S. Augustini vita c. 8 hæc narrat. *Formidans itaque Venerabilis senex* (Valerius) *& sciens se corpore, & ætate infirmissimum, egit secretis litteris apud Primatem Episcopum Carthaginensem allegans imbecillitatem corporis sui, ætatisque gravitatem, & obsecrans, ut Hipponensi Ecclesiæ ordinaretur Episcopus, quo suæ Cathedræ non tam succederet, quam consecrandus accederet Augustinus*; quod licet Nicæno canone vetitum fuerat, a Primate tamen Carthaginensi concessum fuit. Enimvero quæ illius concessionis habenda ratio est, quam legis ignorantia extorsit, ut ipse fatetur Augustinus ep. 113, *al.* 110? *Adhuc in corpore posito beatæ memoriæ Petri, & Episcopo meo Valerio, Episcopus ordinatus sum, & Sedi cum illo, quod Concilio Nicæno probibitum fuisse NESCIEBAM, NEC IPSE SCIEBAT.*

§. VIII. Sed ad illud tandem veniamus, quod initio nobis proposuimus, videamusque, quem tandem locum in Africana Diœcesi tenuerit Apostolicæ Ecclesiæ auctoritas. Ac primo quidem, cum de rebus majoribus agebatur, Africani Patres ad Romanam Ecclesiam confugere, ad eam deferre ancipites controversias, ab ea responsa, & oracula petere soliti semper fuerunt. Ne nimius sim, unam proferam S. Innocentii I Epistolam ad Carthaginense Concilium scriptam. *ANTIQUÆ TRADITIONIS EXEMPLA SERVANTES, ET ECCLESIASTICÆ MEMORES DISCIPLINÆ vestræ Religionis vigorem non minus nunc in consulendo, quam antea, cum pronuntiaretis Veneratione firmatis, qui ad nostrum referendum approbastis esse judicium, scientes quid Apostolicæ Sedi debeatur; cum omnes hoc loco positi hipsum sequi desideremus Apostolum, a quo Episcopatus, & tota auctoritas nominis hujus emersit, quem sequentes tam mala jam damnare novimus, quam probare laudanda; vel id vero, quod Patrum instituta Sacerdotali officio custodientes non censetis esse calcanda; quod illi non humana, sed divina decrevere sententia, ut quidquid de disjunctis, remotisque provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad Sedis hujus notitiam perveniret, ut tota hujus auctoritate, justa quæ fuerit pronuntiatio, firmaretur.*

§. IX. Præterea Romana Ecclesia iniquo Afrorum judicio oppressis dexteram tendere, injusta sententia damnatis manum porrigere, Carthaginenses, Numidas, Mauritanos appellationis remedium vulneribus suis quæritantes, atque ad sese venientes excipere, iisque opem ferre nunquam non consuevit. Hujusce rei testem habemus gravissimum Sanctum Augustinum. Is postquam Ep. 162 veterem Afrisque usitatum ad Romanam Ecclesiam provocandi morem laudaverat, *Ep.* 166 hæc ait: *Scitote quod primi majores vestri causam Ceciliani ad Imperatorem Constantinum detulerunt .... sed quia Constantinus non est ausus de causa Episcopi judicare, eam discutiendam atque finiendam Episcopis delegavit. Quod ET FACTUM EST IN URBE ROMA, PRÆSIDENTE MELCHIADE EPISCOPO ILLIUS ECCLESIÆ cum multis collegis suis, qui Cecilianum Innocentem pronuntiarunt, & Donatum, qui Schisma Carthagine fecerat, sententia percusserunt.* (& alibi) *Qualis ipsius Melchiadis ultima est prolata sententia, quam innocens, quam integra, quam provida, atque pacifica ..... O virum optimum* (Melchiadem), *o filium christianæ pacis, & patrem Christianæ plebis!* Hasce ipsas voces usurpassent Africani Patres etiam cum S. Cornelius, Fortuna-

tunati, Novati, Privati Lambesitani in Numidia Episcopi (S. Cyprian. *Ep.* 49), cum S. Zosimus & S. Cælestinus Apiarii Presbyteri ab Urbano Sicensi in Africa Episcopo gradu dejecti appellationem susceperunt, si res ex voto cessisset. Quod si vero adversus hasce (*b*) Appellationes aliquando clamatum fuit, hi ipsi clamores harum Appellationum, & interpositarum & susceptarum judices ac testes sunt locupletissimi. Vid. S. Optatum *c.* 3, S. Gregor. Magn. *l.* 1, *Ep.* 82 *ad Monach. Hilar.* & *l.* 2, *Ep.* 33, *ad Columbum Episcopum*.

§. X. Quod si cuiquam & Innocen-

(b) Natal. Alex. *in Secul. IV*, *Diss.* 28, *Prop.* 3; *Tom. VIII*, *pag.* 93. Respondeo, Ecclesiam Africanam Appellationes ad Romanum Pontificem aliquando impugnasse errore facti deceptam, sed statim jus illud agnovisse, ac veneratam fuisse, cum eo ab errore liberata est, quod non multo post contigit. Explico solutionem. Cum Zosimus in Commonitorio quod Faustino dedit, jus Appellationum Episcopalium suscipiendarum, judicandarumque, Romanæ Sedi assereret ex Canonibus Nicænis, Africæ Episcopi Nicæni Concilii Canones scrutati, tum in Codice quem penes se habebant, tum in exemplaribus, quæ in Ecclesiarum Orientalium scriniis conquisierant; compererunt laudatos a Zosimo Canones Concilii Nicæni non esse. Hinc collegerunt, usum Appellationum ad Sedem Romanam in caussis Episcoporum, qui in Ecclesia Africana dudum obtinuerat, ut constat ex Ep. 162 S. Augustini, in qua ait Cæcilianum ab Africanis Episcopis Donatistis damnatum potuisse causam suam reservare judicio Ecclesiarum Apostolicarum, & Ecclesiæ præsertim Romanæ, in qua semper Apostolicæ Cathedræ viguit Principatus: collegerunt, inquam, Africani Antistites ex Commonitorio Zosimi, usum Appellationum supposititiis niti Canonibus; & Sardicenses Canones Ecclesiam Africanam quoad hoc Disciplinæ caput non obligare: siquidem eos Zosimus proprio sub titulo non laudaverat, sed sub nomine Nicænorum. Quamobrem jus illud totis viribus impugnarunt, non jus arbitrati, sed injuriam: maxime cum non Episcoporum tantum, sed simplicium etiam Presbyterorum Appellationes Romanus Pontifex susciperet, atque judicaret, quod & Nicænis & Sardicensibus Canonibus æque repugnabat. Illam autem Disciplinam eo impugnarunt vehementius, quo Apiarii Presbyteri improbitatem patrocinium invenisse apud Legatos Pontificios conspiciebant. Verum non diu in illo errore versata est Ecclesia Africana. Constat enim illam sub ipsius Cælestini I Pontificatu Appellationi Antonii Fussalensis Episcopi ad Romanam Sedem detulisse. Id patet *ex Epist.* 261 S. Augustini ad illum Pontificem data, ubi ipsum de omnibus, quæ contra dictum Antonium Fussalensem in Africæ Concilio gesta fuerant, certiorem facit. Quod vero non dubitaverit S. Augustinus, quin dictum Episcopum, licet a Synodo Africana exauctoratum, Sedi suæ restituere posset Romanus Pontifex, ex eo colligitur, quod ipse Augustinus scribit ad Cælestinum, se Episcopatu cessurum si ipsum Episcopatui restitui contingat. En ejus verba. „ Judicia quippe illis (Fussalensibus) & publicas potestates & militares „ impetus, tamquam executores Apostolicæ „ Sedis sententiæ, sive ipse, sive rumores „ creberrimi comminantur. . . . . . Non sinas „ ista fieri, obsecro te per Christi sanguinem, per Apostoli Petri memoriam, qui „ Christianorum Præpositos populorum monuit ne violenter dominentur inter Fratres. . . . Neque Fussalensibus succenseo, „ quia justam de me querimoniam ingerunt „ auribus tuis, quod eis hominem nondum „ mihi probatum, nondum saltem ætate firmatum, a quo sic affligerentur, inflixi. „ Neque huic noceri volo, cui quanto magis sinceram habeo charitatem, tanto magis pravæ ejus cupiditati obsisto. Utrique „ misericordiam mereantur tuam: illi ne „ mala patiantur: iste ne faciat: illi ne oderint Catholicum, si a Catholicis Episcopis, maximeque ab ipsa Sede Apostolica „ contra Catholicum non eis subveniatur: Episcopum: iste autem ne se tanto scelere „ obstringat, ut quos molitur invitos facere

centius I., in respondendo Africanis Patribus, & Melchiades in suscipienda

„ suos, a Christo faciat alienos. Me sane in „ isto utrorumque periculo, tantus timor „ & mœror excruciat, ut ab officio cogitem „ gerendi Episcopatum abscedere, si per „ eum, cujus Episcopatui per imprudentiam suffragatus sum, vastari Ecclesiam „ Dei, & quod ipse Deus avertat, etiam „ cum vastantis perditione perire conspexero. "

Cum autem quereretur Antonius, quod honore Episcopatus servato, sibi Sedes adempta esset, S. Augustinus plures alios Episcopos in Africa similem excepisse Sententiam memorat, quæ illis appellantibus, ab Apostolica Sede confirmata fuerit. „ Sed ille „ quod a nobis aut benigne, aut remisse „ factum est, in præscriptionem vertere, at„ que usurpare conatur. Clamat: Aut in „ mea cathedra sedere debui, ant Episcopus „ esse non debui ..... Existat exemplo ipsa „ Sede Apostolica judicante, vel aliorum Ju„ dicata firmante, quosdam pro culpis qui„ busdam, nec Episcopali spoliatos honore, nec „ relictos omnimodis impunitos. Quæ ut a no„ stris temporibus remotissima, non requiram, „ recentia memorabo. Clamet Priscus Pro„ vinciæ Cæsareensis Episcopus: Aut ad pri„ matum locus, sicut cæteris, & mihi pa„ tere debuit; aut Episcopatus mihi manere „ non debuit. Clamet alius ejusdem Provin„ ciæ Victor Episcopus, cui relicto in ea„ dem pœna, in qua & Priscus fuit, nus„ quam nisi in Diœcesi ejus ab alio commu„ nicatur Episcopo. Clamet, inquam: Aut „ ubique communicare debui, aut etiam in „ meis locis communicare non debui. Cla„ met tertius ejusdem Provinciæ Laurentius „ Episcopus; & prorsus hujus vocibus cla„ met: Aut in cathedra, cui ordinatus sum, „ sedere debui, aut Episcopus esse non de„ bui. Sed quis ista vituperet, nisi qui pa„ rum attendit, nec multa omnia relinquenda, „ nec uno modo omnia vindicanda? " Ex quibus colligitur, Ecclesiam Africanam, jus Appellationum ad Romanum Pontificem, quod usque ad Zosimi tempora agnoverat ex antiqua traditione, & consuetudine, quam firmaverant Canones Sardicenses, & quod aliquamdiu impugnaverat errore facti, non multo post illo errore liberatam rursus agnovisse, ac pro sua erga Apostolicam Sedem veneratione, & observantia, illi Disciplinæ paruisse, cum in causa Antonii Fussalensis, tum aliorum Episcoporum.

Respondeo secundo, Ecclesiam Africanam impugnasse dumtaxat Appellationes Presbyterorum ad Sedem Apostolicam, & Appellationes Episcoporum; quæ fierent immediate ante Concilii Provincialis, aut universalis Concilii Africæ examen & judicium, ut eorum auctoritatem declinarent; non vero Appellationes legitimas & Canonicas, quæ fiebant a Conciliis Provincialibus & Nationalibus Africæ ad Sedem Apostolicam. Id probant illa verba Epistolæ Concilii Africani ad Cælestinum I. *Maxime quia unicuique concessum est, si judicio fuerit offensus Cognitorum, ad Concilia suæ Provinciæ, vel etiam Universale provocare.*

Respondeo tertio, Controversiam inter Africanos Episcopos & Romanam Sedem non fuisse motam de Appellationibus Episcoporum dejectorum ad Romanum Pontificem; sed de Appellationibus Episcoporum, qui a suis Metropolitanis fuerant excommunicati. Nam de Episcoporum depositione in Epistola Concilii Africani ad Cælestinum I ne levis quidem mentio; sed solum de excommunicatione, a qua Pontifices Episcopos Romam confugientes plerumque absolvebant, causa indiscussa. Id constat ex illis verbis: *Ne in sua Provincia communione suspensi, a tua Sanctitate, vel præpopere, indebite videantur communioni restitui.* Et supra: *Ideo deprecamur, ut deinceps ad vestras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velitis recipere, quia hoc etiam Niceno Concilio definitum facile advertet Venerabilitas tua*; Canone scilicet V, quo decernitur, *Ut qui communione privantur, seu ex Clero, seu ex Laico ordine ab Episcopis per unamquamque Provinciam sententia regularis obtineat, ut hi qui abjiciuntur, ab aliis non recipiantur.* Controversia itaque Africanorum Antistitum, non spectabat speciem, quam spectant Canones Sardicenses qui de Episcopis depositis diserte loquuntur, eisque jus Appellationis ad Romanum Pontificem asserunt, & Romano Pontifici jus, Christi concessione, cum Primatu collatum, de Appellationibus illis judicandi, confirmant. Ex controversia igitur Ecclesiæ Africanæ cum Zosimo, & ejus successoribus,

da (*c*) Cæciliani Appellatione Pontificiam magis quam Patriarchicam personam egisse videantur, cum ageretur de rebus ad Fidem, & Universæ Ecclesiæ incolumitatem pertinentibus, alia nobis non desunt exempla, in quibus nec de Fide, nec de rebus ad Universam Ecclesiam spectantibus agebatur. Cum Argentius Episcopus indignos Clericos Clericis præclare de Ecclesia meritis antetulisset, Felicissimus, atque Vincentius Diaconi hujusce sibi illatæ injuriæ ultorem, ac vindicem non Episcopum Carthaginensem, sed S. Gregorium P. esse maluerunt. (Vid. *Ep.* S. Gregorii *ad Monach. Hilar.* quæ habetur *l.* 1, *Ep.* 72.) Cum Maximianus Ecclesiæ Pudentianæ Episcopus factiosorum largitionibus corruptus Ecclesiæ suæ dissidium negligenter ferret, Constantius & Mustellus, ejusdem Ecclesiæ Diaconi, non ab Africæ Primate, sed a Patriarcha Romano huic malo remedia quæsiverunt. (Vid. *Epist.* S. Gregorii *ad Columb. l.* 2, *Ep.* 33.) Regiensis Ecclesiæ Clerici Paulinum Episcopum suum Canonum legumque oppressorem non ad Carthaginensis, sed ad Romanæ Ecclesiæ tribunal rapuerunt, obtinueruntque, ut in Victoris Numidiæ Episcopi disciplinam traderetur. (Vid. Gregor. *Ep.* 32, 33, *l.* 1.) Cum Maurorum permulti desertissimam solitudinem incolentes Christianæ Religioni nomen dedissent, illuc non Carthagine, sed Roma missi fuerunt, qui novæ huic colendæ Ecclesiæ operam darent. (Vid. Victor. Episcop. Vitentem *l.* 1, *c.* 4.)

DIŒ-

---

bus, inferri non debet ipsam non admisisse illo ævo Canones Sardicenses; aut licitum non fuisse Africanis Episcopis, secundum suæ Ecclesiæ mores, ad Sedem Apostolicam appellare, si Provincialis, Nationalisve Synodi sententia depositi essent. Vide Berardum *in Gratiani Canones Part. I*, *c.* 17, *pag.* 176.

(*c*) Probatur secunda pars propositionis, quæ spectat Ecclesiam Occidentalem, primo ex causa Cæciliani Carthaginensis Episcopi, quem a Donatistis exagitatum, & in multis eorum Conciliis damnatum ad Apostolicam Sedem appellare potuisse, & ad ejus tribunal causam suam dicere Sanctus Augustinus agnoscit: cum tamen de causa Fidei non ageretur, sed de causa meræ Disciplinæ & de Cæciliani Ordinatione, quem a Traditore, Felice nimirum Aptungitano consecratum, Episcopali honore & dignitate frui non posse contendebat, quæstio esset. En verba S. Augustini, Epistola 162, ubi de Carthagine ait: „ Erat Carthago civitas ampla & illustris, unde se per totum Africæ corpus „ malum quod ibi esset exortum, tamquam „ a vertice diffunderet; erat etiam transmarinis vicina regionibus & fama celeberrima nobilis: unde non mediocris utique „ auctoritatis habebat Episcopum qui posset „ non curare conspirantem multitudinem „ inimicorum, cum se videret & Romanæ „ Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ Cathedræ viguit Principatus, & cæteris terris unde Evangelium ad ipsam Africam „ venit, per communicatorias litteras esse „ conjunctum, ubi paratus esset causam suam „ dicere, si adversarii ejus ab eo illas Ecclesias alienare conarentur. “ Illam vero consuetudinem appellandi ad Ecclesias Apostolicas, & maxime ad Romanam, quæ princeps est cæterarum, inde recepit S. Augustinus, quod Cæcilianus non esset ex ordine Presbyterorum, Diaconorum, aut inferiorum Clericorum, quorum causæ in Provinciis finiebantur, & qui in judicio Metropolitani, & Synodi Provincialis acquiescere debebant, nec ad Romanum Pontificem poterant secundum Canones appellare; sed ex Ordine Episcoporum, quibus appellatio hujusmodi permittebatur. *Neque enim*, inquit, *de Presbyteris, aut Diaconis, aut inferioris Ordinis Clericis, sed de Collegis agebatur, qui possent aliorum Collegarum judicio, præsertim Apostolicarum Ecclesiarum, causam suam integram reservare*. Itaque etiam ante Concilium Sardicense, usus Appellationum in Ecclesia Occidentali invaluerat. Multo magis igitur obtinuit post illud Concilium; adeoque perperam istius Disciplinæ initia ad 7, aut 8, sæculum a Viris quibusdam eruditis detruduntur.

DIŒCESIS AFRICANA VETUS (a).

ECCLESIA ROMANA PATRIARCHALIS.

Ecclesiæ Filiæ.

In Provincia Proconsulari.

Ecclesia Carthaginensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Uticensis.	Adrumentina.
Hippozaritensis.	Tabarquensis.

In

(a) Africa sex Romanas Provincias Tripolim, Bizacenam, Africam Proconsularem Numidiam, & utramque Mauritaniam complexa Procopio dierum nonaginta iter patuisse dicitur. Quod si unius diei stadia 210, sive milliaria viginti sex cum quadrante efficere statueris, sicuti Procopius supputat, ultra duo mille super tercentum milliaria evadunt: latitudo in quibusdam locis duo centum, & in aliis quingenta milliaria habebat. In hoc ambitu Augustini memoria sexaginta sex supra quadringentos Episcopatus fuerunt, quemadmodum ex collatione Carthaginensi, Breviculo Augustini, & notitia Ecclesiæ Africanæ quinquaginta circiter annis post Augustini obitum, & a Jacobo Sirmondo in lucem edita patet. Nam in collatione Carthaginensi die I, (*Tom. II Concil. pag.* 1414.) *n.* 213, hæc habentur: Efficiuntur omnes Donatistarum Episcopi ducenti septuaginta novem *n.* 214. Catholicæ partis Episcopi secundum subscriptionem huic brevi insertam efficiuntur ducenti sexaginta sex, exceptis his, quos dicunt necdum subscripsisse. Augustinus autem brevic. Coll. die I, cap. 14, ait: (*Tom. VII. Opp. pag.* 565, edit. Basil. 1569) quibus recitatis quæsivit de numero Episcoporum Utriusque. Respondit officium, nomina Donatistarum Episcoporum esse ducenta septuaginta novem, adnumeratis etiam illis, pro quibus absentibus alii subscripserant, computato & illo defuncto. Catholicorum autem omnium præsentia nomina esse constitit ducenta octoginta sex, viginti enim non subscripserant &c. Notitia demum Africana apud Sirmondum Miscell. Tom. I, pag. 429 . . . 446; qua ultima pagina computatione facta Sirmondus inquit: & sic fiunt omnes Episcopi diversarum provinciarum quadringenti supra sexaginta sex.

Goarius & Beveregius in supplemento ad Notitiam Episcopatuum quæ Leonis Sapientis jussu sæculo IX facta fuit Leunclavii MS. obliteratum, atque deletum hoc modo restituerunt in ea parte, in qua agiturde Africanis Ecclesiis. Vid. pag. 352, 353.

Goarius pleraque nomina aliter legit, & ex hisce tribus posteriores duos tantum facit Christianos Lacum, & Tuccam.

Circa numerum Episcoporum Donatistarum, qui refertur in Collatione laudata, & in Breviculo August. citato adnotanda sunt, quæ habentur *in Collat. Carth. die I, cap.* 181, Alipius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit: Scriptum sit, istos omnes in villis, vel in fundis esse Episcopos ordinatos, non in aliquibus Civitatibus ... & cap. 65. Petilianus Episcopus dixit ... In plebe mea idest in Civitate Constantinensi adversarium habeo Fortunatum. In medio autem Diœcesis meæ nunc institutum habeo, immo ipsi habent, nomine Delphinum: pervidet jam hinc Præstantia tua, duos in unius Plebe fuisse imaginarie constitutos ut & numerum augeant, & tamen plebium numerus non idem sit, qui sit illarum scilicet Personarum. Et hoc argu-

In Provincia Tripolitana (*b*).

Ecclesiæ.

Leptis magnæ.	Oceæ.
Sacapæ.	Sabratæ.
Girberitana.	Rhegiensis.



In

argumenti est maximi, ut videantur nos hoc genere superare, si duo contra unum sunt constituti, vel tres. Nam etiam in plebe præsentis sanctissimi Collegæ, & Fratris mei Adeodati, id est in Civitate Milevitana ita commissa res est, ut unum ibidem habeat adversarium, alterum in Tuncensi Civitate, qui ad hujus scilicet plebem antiquitus pertinet, & ante biennium esse videtur constitutus, tertius vero sit in loco, qui dicitur Ceramussa.

(b) Concil. Carthag. III, *cap.* 39. (*Tom. II Concil. pag.* 1173.) In Tripoli, ut asseritur, Episcopi sunt quinque tantummodo. *Vid. Cod. Can. Eccl. cap.* 49 (*ibid. pag.* 1073.) Blondellus *Apol. pag.* 185, *ex Ptolem. l. IV, cap. III.* In Tripolitana Provincia Chuzim, Sumucin, Pisindam, Sydidenim, Azuim, Gerisam, Iscinam, Amunclam, Buttam, aliasque Urbes fuisse docet Ptolemæus, quinque tamen nec plures Episcopatus, nempe Leptimagnensem, Oceensem, Sacapensem, Sabratensem, & Girberitsem ex Concilio III. Carthaginensi, Africanarumque sub Hunnerico Rege Ecclesiarum notitia habuisse constat.

In Provincia Bizacena.

Ecclesiæ.

Bizacii.
Finensis.
Tapsensis.
Ruspensis.
Tisuriensis.
Thisdransensis.
Suffetulensis.
Teliptensis.
Capsensis.
Tuburbitana.

In Provincia Numidiæ.

Ecclesiæ.

Hipponensis (c).
Constantinensis.
Bagaistensis.
Madaurensis.
Lambesitana.
Fussalæ.
Russicadensis.
Milevitana.
Tagastensis.
Siccensis.
Tebestensis.

In-

(c) Augustini Diœcesis Hipponensis ultra quadraginta milliaria longa erat. Nam Augustin. (*Ep. 262 ad Cælest. pag.* 1007 edit. Altdorf.) hæc habet: Ab Hippone Fussala (quo in loco Episcopatum propter distantiam erigi curaverat) millibus quadraginta sejungitur.

In Mauritania utraque Sisifensi, & Cæsareensi.

Ecclesiæ.

Ingilgiliensis. Sitiphensis.
Juliæ Cæsareæ. Tipazii.
Russuccurrensis. Pudentiana.

In Provincia Tingitana (*d*).

Ecclesiæ.

Tigesitana. Lixæ.
Banasæ. Salæ.
Russicaderensis. Volubiliensis.
Tocolosidensis. Cirtensis.



Pro-

(d) Tingitana, licet Provinciæ Civilis dignitate frueretur, & ea ratione ad Hispaniam pertineret, in Politia tamen Ecclesiastica Mauritaniæ Cæsareensis Synodo subdita erat. Certe Siricii Epistola ad Himerium Tarraconensem Episcopum Tingitanam inter Ecclesiasticas Hispaniæ Provincias non recenset, ut ex illius inscriptione perspicuum est. Notitia vero Episcopatuum Africæ sub Hunnerico Wandalorum Rege edita, Episcopos Tingitanæ Provinciæ sub Mauritania Cæsareensi collocat, quod antiquæ disciplinæ, & Ecclesiastico ordini omnino consonum videtur, quod dictum volo ad eorum sententiam refellendam, qui Ecclesiasticam Provinciarum distributionem in Civili Divisione requirendam esse volunt. Vid. supra qu. X.

Provincia sub gloriosissimo Eparcho Africæ

Provincia Byzacia.

1 Garthago Proconsularis.	2 Sybiba.	3 Campsia.
4 Cileos.	5 Junces.	6 Taleptes.
7 Cascala.	8 Castellæ.	9 Pezana.
10 Mamida.	11 Madasuba.	12 Cobules.
13 Capses.	14 Adramitto.	

Provincia Numidiæ.

1 Calama.	2 Tebete.	3 Hippona.
4 Nuzidias.	5 Castamagæ.	6 Bades.
7 Meleum.	8 Lerardus.	9 Castrum Bedere.
10 Scele.	11 Egerinesium.	12 Titesin.
13 Bages.	14 Constantinæ.	15 Sitiphnos.

Provincia Mauritaniæ primæ.

1 Rhinocururum.

Pro-

Provincia Mauritaniæ secundæ.

1 Septum.	2 Septum ad partem Tenessi.	3 Spanias.
4 Mesop. ad partem Spaniæ.	5 Majurca al. Majorica Insula	6 Menica al. Minorica Ins.
7 Insula Sardon.	8. Carallus.	9 Turres.
10 Sanaphas.	11 Sines.	12 Sulces.
13 Phasiana.	14 Chrysopolis.	15 Amstianes.
16 Limne.	17 Castrum Tutar.	

Goarius pleraque nomina aliter legit, & ex hisce tribus posteriores duos tantum facit Christianos Lacum & Tuccam.





DIŒCESIS AFRICANA RECENS.

ECCLESIA ROMANA PATRIARCHALIS.

Ecclesiæ Filiæ.

Provincia Tripolitana (*a*).



Pro-

(a) Urbanus Cerrius lib. Innoc. XI oblato pag. 128. La costa chiamata di Barberia è un gran tratto di paese, dove sono quantità di Cattolici, la maggior parte schiavi, onde per ajutarli la Congregazione tiene un Vicario Apostolico in Algieri, ch'è un Prete Francese della Missione chiamato Don Giovanni Lavacher uomo veramente degno, e Apostolico: teneva anco un altro Vicario in Tunisi, ma adesso vi va ad assistere un Sacerdote col titolo di Provicario, e soggetto al detto Lavacher. Questi soprantendono *ex officio* a' Sacerdoti Schiavi, e a' Missionarj regolari, che vi manda la Congregazione, assistendo a' Riformati in Algieri, e a' Cappuccini in Tunisi, e di questi ultimamente ne sono andati quattro tutti ottimi Soggetti, oltre due Preti di Napoli, che si sono offerti di andarvi, e starvi a loro spese, che ne ha date buonissime relazioni il Signor Cardi-

Provincia Tunetana.

Provincia Algeriana.

Pro-

Cardinal Spinola. In Tripoli ancora oltre alcuni Cappuccini vi è la missione de' Riformati per gli Schiavi, che in gran numero si trovano in quei bagni, ma adesso è assai scarsa di operaj. In un luogo detto Bastione di Francia era la Missione degli Agostiniani Scalzi per la Numidia, e altre Provincie circonvicine, quale fu dismessa per la morte di un Mercante Francese, che la manteneva. Fu poi nel 1667 proposto di rimetterla in piedi colla offerta di un altro mercante, che voleva somministrare quello che bisognava per detta Missione, onde ne fu scritto *pro informatione* al Cardinal Roberti allora Nunzio, che non rispose mai cosa alcuna. Bisognerebbe però scrivere al Nunzio presente, che cercasse altri modi di rinnovarla. Tabarca è un' Isoletta poco lontana dalla costa di Barberia, che da centinaja d' anni è posseduta dalla casa Lomellina; avendovi una fortezza assai ben provvista. Vi abitano da 600 Cattolici, tutti però soldati, uffiziali, e altri ministri col Governatore, e sua famiglia assistendovi per Parrochi due Padri Agostiniani, che riconoscono per loro ordinario l'Arcivescovo di Genova. Vi era prima una Missione di Cappuccini, ma dal 1651 fu soppressa, come non necessaria. Ea Insula ante annos paucos in potestatem est redacta Barbarorum.

Cerrius *ibid. pag.* 130. In Bona, ch'è l' istesso, che Hippo, dove era Vescovo S. Agostino, stavano gli Agostiniani Scalzi, che avevano fatto grandissimo frutto nelle conversioni, onde essendovi molti Cattolici, fu più volte fatta istanza alla Congregazione di fondarvi un Vescovato, esibendosi un particolare di assegnarli Scudi 300 annui; ma perchè la religione di S. Agostino fece la stessa offerta, fu dalla Congregazione di Marzo 1644 proferito con applauso decreto: *Congregatio censuit præferendos esse Augustinianos calceatos, si majorem, vel æqualem dotem cum capitali investiendo in Urbe, & cum obligatione residentiæ & nomine Episcopi pro prima vice tantum obtulerit*, e d'Aprile del detto anno gli fu prefisso un termine per dotare detto Vescovato. Dopo questo non apparisce, che sia stata effettuata cosa alcuna, anzi non v'è n'è pur relazione, che vi sia più missione di detti Agostiniani Scalzi.

Provincia Fessana (b).

Provincia Marocchiana.

QU. XXXVII.

(b) Urbanus Cerrius *lib. Innoc. XI oblato*, quem supra indicavimus pag. 124. Nel regno di Fessa, e Marocco, *inquit*, fino dal 1630, fu fondata una Missione de' scalzi di S. Francesco della Provincia di S. Didaco, che ha fatto grandissimo frutto nella conversione de' Mori, Ebrei, e rinegati, ed è stata rinnovata l'anno passato, che vi furono mandati dodici religiosi coll' approvazione del Nunzio di Spagna, e ultimamente Don Pietro d'Aragona ha eretto un Ospedale in Fessa, e un altro in Teutano, che vengono assistiti da due religiosi della Redenzione de' Schiavi di Spagna, a' quali dalla Congregazione sono state concedute le facoltà di Missionario *ad triennium*. In Marocco detti Padri hanno un convento, ma vi restano pochi religiosi, per essere adesso la residenza del Re in Fessa, dove stanno la parte maggiore de' Schiavi Cristiani.

Thyrsus Gonzalesius de Santalla S. J. in *Manuductione ad Conversionem Muhamedanorum par. II*, *lib. II*, *cap. VIII*, *pag.* 105, *edit. an.* 1687, diu ante hunc Marocchi regis nepotem, filium regis fuisse Fessani Christianis sacris initiatum scribit, ac professum institutum Societ. Jesu. Itaque eum qui *Muley Mahomet* vocabatur, Balthasarem de Loyola fuisse appellatum. Vide *la raccolta di attestati diversi*, i quali compruovano, che Don Lorenzo Bartolommeo Luigi Trojano Principe di Marocco è quello stesso, che venne da quei regni col nome di Mulay Achmet figlio di Muley Abensar, figlio di Muley Ismael Sciriffo Amir Almuminin Re di Marocco &c. Presentati dal medesimo a Nostro Signore Papa Clemente XII. Rom. an. 1735, ex quo libro intelliget, qui sint in ea Africae parte hoc tempore Evangelii propagatores.

QU. XXXVII.

Plurimum ne apud Hispanos valuit auctoritas Patriarchæ Romani?

§. I. S. Innocentius I, qui ineunte sæculo V floruit, quique Hispaniarum Ecclesias non ab Apostolo aliquo, sed ab iis, qui vel a Petro, vel a Petri successoribus in Hispania missi sunt, institutas fuisse affirmate, asseveranterque pronuntiavit, pluris mihi est, quam ii scriptores, qui sequioribus sæculis vixere, quique conjectando, divinando, hariolando eas vel a D. Jacobo Apostolo, vel a D. Paulo fundatas esse suspicantur.

§. II. Cum igitur ex Romana Ecclesia Hispaniarum Ecclesiæ tamquam ex Matre filiæ procreatæ sint, ex eaque Fidei suæ doctrinæque pabulum, ac nutrimentum exuxerint, quisquam ne dubitabit, quin Hispani Episcopi Romanum Antistitem veluti suum parentem, ac Patriarcham coluerint, ejus dictis paruerint, mandatis obedierint, legibus obtemperarint?

§. III. Verum quanta apud Hispanos Romanus Episcopus valeret auctoritate, satis declarant ea responsa, quæ Hispani ab Romana Ecclesia petebant, & petenda esse ducebant. Celeberrima est Siricii Epistola, quam initio sui Pontificatus scripsit ad Himerium Tarraconensem Episcopum, qua consultus de quindecim capitibus spectantibus ad Ecclesiasticam disciplinam ita respondit. *Ad singulas causas, de quibus ad Romanam Ecclesiam ut pote ad caput tui corporis retulisti, sufficientia quantum opinor, responsa reddidimus . . . . Nunc Fraternitatis tuæ animum ad servandos Canones, & tenenda Decretalia constituta magis ac magis incitamus ut hæc, quæ ad tua consulta rescripsimus, in omnium Episcoporum nostrorum* (nimirum provinciarum Tarraconensis, Carthaginensis, nunc Toletanæ, Bæticæ sive Andalusiæ, Lusitaniæ, & Galleciæ) *perferri facias notionem*.

§. IV. Quanti vero faciendæ non sunt Appellationes ab Hispanis Episcopis ad Apostolicam Sedem interpositæ, & ab Apostolica Sede susceptæ? Quam insigne Patriarchicæ Potestatis exemplum non edidit S. Gregorius Magnus in causis Stephani & Januarii Episcopi Malacitani (*a*), qui ab Provincialibus Synodis Episcopatu dejecti ad Romanum Episcopum provocave-

(a) Natal Alexand. *in Secul. IV, Diss.* 28, *Prop. III, Tom. VIII, pag.* 74. Potestatis suæ in suscipiendis & judicandis Episcoporum dejectorum appellationibus insigne exemplum præbuit S. Gregorius in causis Januarii Episcopi Malacitani, & Stephani Episco-

caverant? (Vid. *Ep.* S. Gregorii 52, *Lib. II*, *Indict.* 6.)

§. V. At nulla magis ex re elucet auctoritas, qua apud Hispanos pollebant Patriarchæ Romani, quam ex iis epistolis, quibus suæ fungendæ vicis Hispalensibus Episcopis curam demandarunt. *Congruum duximus* (scribebat S. Simplicius ad Zenonem Hispalensem anno 482) *Vicaria Sedis nostræ te auctoritate fulciri, cujus vigore munitus Apostolicæ Institutionis Decreta, vel Sanctorum terminos Patrum nullo modo transcendi permittas.* (*Ep.* I.) *Vices nostras*, ajebat Hormisda Salustio Hispalensi anno 517, *per Bæticam, Lusitaniamque Provincias, salvis Privilegiis, quæ Metropolitanis Episcopis detulit antiquitas, præsenti tibi auctoritate committimus, augentes tuam hujus participatione Ministerii dignitatem, revelantes nostras ejusdem remedio dispensationis excubias. Paternas igitur regulas, & Decreta a Sanctis definita Conciliis omnibus servanda mandamus. In his vigilantiam tuam, in his curam fraternæ monitu exhortationis extendimus . . . . . quoties universalis poscit Religionis causa, ad Concilium te cuncti Fratres evocante conveniant, & si quas eorum specialis negotii pulsat contentio, jurgia inter eos oborta compesce, discussa sacris legibus determinando certamina. Quidquid autem illis pro fide, & veteribus constitutis, vel provida dispositione præcipies, vel Persona nostra auctoritate formabis, totum ad scientiam nostram instructæ Relationis auctoritate perveniat.* Ep. 26. Hujusce delegationis particeps factus est etiam Tarraconensis Episcopus anno 517, uti constat ex Hormisdæ *Ep.* 24, donec anno 681 tota, eaque Episcoporum ordinandorum jure adaucta ad Episcopum pervenit Toletanum. *Iste Cindasuenthes Rex a Romano Pontifice obtinuit, ut secundum Beneplacitum Pontificium Hispanorum Primatiæ dignitas esset Toleti.* Rodericus *l.* 2, *c.* 21.

§. VI. Ex allatis Hormisdæ litteris colligere est plurimis Patriarchalibus plumis ex Romana Ecclesia excerptis Hispalensem Episcopum indutum fuisse. Hinc I, Arelatensium Primatum erat videre, atque prospicere, ne in Hispaniarum Ecclesiis aliquid detrimenti Christiana Religio caperet, neve Sacri Canones infringerentur. II, Illorum erat Generalia Hispanica Concilia indicere, ad eaque omnes Episcopos evocare. III, Eorum itidem erat lites, atque controversias, quæ inter Episcopos, aut Metropolitas oriebantur, dirimere, atque compescere. Hæc Romani Patriarchæ Hispalensibus Primatibus indulsere; id autem sibi reservarunt, ut quæcumque ab iis agerentur, sibi communicari deberent; illudque omnibus semper edi-

---

scopi. Depositus uterque fuerat; iste ab Episcopis Provinciæ finitimæ, ille ab Episcopis Provinciæ suæ: uterque Sedem Apostolicam appellaverat. Eam ob rem S. Gregorius Joannem Defensorem, Ecclesiæ Romanæ Ministrum, in Hispaniam misit, cum summa potestate; ita ut ille in vim Pontificiæ Legationis causæ cognitionem suscipere solus posset, eamque finire, & eorum confirmare depositionem vel ipsos in Sedes suas restituere, & præterea Episcopos qui in illorum locum alios ordinaverant (si injuste depositi probarentur) sex mensibus Dominici Corporis & Sanguinis Communione privare, & ad agendam Pœnitentiam in Monasterium detrudere. Ista constant ex ipso Sancto Gregorio, *Epistola* 52, *Lib. II*, *Indict.* 6.

edixerunt, ne in Appellationibus ad Apostolicam Sedem, neve in majoribus causis falcem immitterent; uti patet ex iis, quæ Vigilius P. rescripsit Eutherio seu Profuturo Bracarensi Episcopo, qui de Hispaniarum Primatu cum Toletano contendebat. *Omnium Appellantium*, inquit, *Apostolicam Sedem Episcoporum judicia, & cunctarum majorum causarum negotia Sanctæ Romanæ Sedi reservata esse liquet*.



DIŒ-

DIŒCESIS HISPANICA VETUS.

ECCLESIA ROMANA PATRIARCHALIS.

Ecclesiæ Filiæ.

In Tarraconensi Provincia.

Ecclesia Tarraconensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Dertosæ vulgo *Tortosa*.
Tyrassonensis al. Turiasso vulgo *Tarazona*.
Aucæ vulgo *Osca*.
Pampilonensis seu Pampelonensis, vulgo *Pamplona*.
Barcinonensis vulgo *Barcelona*.
Ausonensis al. Ausa vulgo *Uique*.
Emporiensis vulgo *Ampurias*.
Velejensis hodie *Veleja*.

Cæsaraugustæ vulgo *Saragosa*.
Calagurrensis vulgo *Calahorra*.
Oscæ vulgo *Huesca*.
Ilerdensis vulgo *Lerida*.
Egarensis vulgo *Tarassa*.
Gerundensis vulgo *Girona*.
Orgellensis al. Urgellensis vel Orgiensis vulgo *Urgel*.

In

In Carthaginensi (a).

Ecclesia Carthaginensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Complutensis vulgo *Alcala de Plenares*.
Pallentiæ vulgo *Pallentia*.
Saguntinæ, al. Segontinæ vulgo *Siguenza*.
Arcabricensis vulgo *Arcas*.
Valentiæ vulgo *Valentia*.
Sætabiensis, seu Setabiensis hodie *Xativa*.
Mentesensis vulgo *Mentexa*.
Acciensis vulgo *Guadix*.
Castulonensis hodie *Gazlona*.
Ergavicensis vulgo *Alcaniz* al. *Penna escritta vel Santaver*.
Urciensis al. Urce, hodie *Orce*.
Oxomensis. al. Uxamensis vulgo *Osma*.
Valeriæ vulgo Valera de *Vieja*.
Secobiensis vulgo *Segovia*.
Aretensis vulgo *Oreto*.
Dianiensis vulgo *Denia*.
Bastiensis hodie *Baza*.
Salariensis.
Segobricensis hodie *Segorbe*.
Bigastrensis.
Illiciensis, vulgo quibusdam *Alicante*, *al. Elche*.
Eliocrotensis nunc *Lorca*.

In

(a) De Marca *in Diss. de Primat.* Carthagena olim ab Afris condita. Nomen ipsum, quod provincia a civitatis nomine sortita est, satis docet, caput & matrem urbium ejus regionis fuisse Carthaginem. Sed præter demonstrationem illam extat testimonium perspicuum in subscriptione Concilii Tarraconensis I, habiti anno DXVII, ubi subscribit Hector Episcopus Carthaginensis Metropolis. Eversa deinde penitusque deleta fuit Carthago a Gotthio, ut notat Isidorus Hispalensis *lib. XV Originum*. Quæ clades illata est a Suevio anno CDLXI, qui, teste Idacio, Bæticam & Carthaginensem provincias magna deprædatione subverterunt. Excidium illud provinciæ Carthaginensis Synodo occasionem dedit transferendæ dignitatis Metropolitanæ in civitatem Toletanam, ubi Gotthorum Reges solium regni constituerant. Quare in calce Synodi Toletanæ II, anno DXXXI, Montanus Episcopus Toletanus dicitur esse in Metropoli, ideoque ejus curæ man-

mandatum, ut quando opus erit, litteris suis evocet ad Synodum comprovinciales Episcopos. Idem Montanus, in Epistola ad Palentinos, ex veteri consuetudine jus Metropliticum sibi arrogat. *Præsertim*, inquit, *cum Toletanæ urbi Metropolitani privilegium vetus consuetudo tradiderit*. Sine dubio mutatio hæc inducta fuerat invito Carthaginensi Episcopo, qui nomen, licet inane, Metropolitani Carthaginensis retinebat anno DXVII, & interesse nolebat Synodo Carthaginensis provinciæ, sed proximiori, nempe Tarraconensi, ut diximus de Hectore. Unde in Notitiis, quæ temporibus Gotthorum prodierunt, Toletum quidem dicitur esse Metropolis provinciæ Carthaginensis, sed in aliquibus exemplaribus civitas Carthaginis non annotatur inter suffraganeas. Quare Ephemius Toletanus Episcopus veluti religione ductus, in Concilio Toletano III, anno DLXXXIX, non Carthaginensis provinciæ, sed Metropolitanum Carpetaniæ se indigitat; quia regio Carpetana, in qua situm Toletum, pars erat Carthaginensis provinciæ. Ex ea subscriptione cum Episcopi quidam collegissent, alium esse debere Metropolitanum reliquæ Carthaginensis provinciæ, scilicet ipsum Carthaginis Episcopum, Rex Gundemarus eorum conatum coacta Synodo Toletana adjunctoque suo decreto repulit anno sexcentesimo decimo. Asserit enim Toletano Episcopo *collatum honorem primatus juxta antiquam synodalis Concilii auctoritatem per omnes Carthaginensis provinciæ Ecclesias*. Deinde castigat Euphemii errorem, quod se Carpetaniæ Metropolitanum inscripsisset, non autem Carthaginensis provinciæ. Mox addit: *Ob hoc, quia una eademque provincia est*, scilicet Carthaginensis, *decernimus, ut, sicut Bætica, Lusitania, vel Tarraconensis provincia, vel reliquæ ad regni nostri regimina pertinentes*, Galliciam & Narbonensem intelligit, *secundum antiqua patrum decreta singulos noscuntur habere Metropolitanos, ita & Carthaginensis provincia unum eundemque, quem prisca synodalis declarat auctoritas, & veneretur Primatem, & inter omnes comprovinciales summum veneretur antistitem*. Unde patet, primatum Metropoliticum in provinciam Carthaginensem collatum Toletano Episcopo a veteri Synodo, confirmatum illi fuisse ab altera Synodo & a Rege Gundemaro. Sed de primatu in cæteras provincias nihil constitutum. Immo vero earum exemplo jus Toletani Episcopi in sua provincia assertum est. Quod anno quoque DCXLVI, in Concilio Toletano VII, firmatum fuit, præscribendo, ut evocati Episcopi, scilicet illius provinciæ, ab Episcopo Toletano singulis mensibus Toletum accederent, exceptis messis & vindemiarum feriis. Aucta est deinde Toletani Episcopi dignitas definitione Synodi Toletanæ XII, habitæ anno DCLXXXI, quæ jus illi tribuit probandi & ordinandi omnes Hispaniarum Episcopos, quos Reges Gotthorum elegissent. Sed jus appellationum a Metropolitanorum judiciis illi collatum non est; ita ut vere dici possit, primatum illi non fuisse indultum ea significatione, qua posterioribus sæculis usurpatus est. Sola illi προεδρία ex eo jure ordinationum quæsita est; qua, præter antiquum morem, usus est in quatuor reliquis Conciliis Toletanis. Æquo enim jure agebat antea cum cæteris Metropolitanis, qui juxta ordinationis tempora locum suum tenebant. Unde in Concilio Toletano III primus omnium subscripsit Massona Emeritæ Episcopus, provinciæ Lusitaniæ Metropolitanus; secundo gradu Euphemius Toletanus, Metropolitanus Carpetaniæ provinciæ; tertio loco Leander Hispalensis, Metropolitanus provinciæ Bæticæ; cujus subscriptio non est movenda tertio loco, & primo reponenda, ut putant eruditi, quasi hoc deberetur Hispalensi sedi ob vices apostolicæ sedis, quas illius Episcopis delegari mos erat. Ut enim certum est vicariam potestatem datam Hispalensi Episcopo a Simplicio anno CDLXVII, & deinde Sallustio ab Hormisda, demum Leandro a beato Gregorio, ita dubitari non debet, quin privilegia illa personarum essent, non sedium, temporalia, non perpetua. Certum quoque est, legationibus illis olim non adjunctam fuisse consessus prærogativam, ut patet ex subscriptionibus Faustini in Concilio Africano & Juliani Coensis Episcopi in synodo Chalcedonensi. Jus προεδρίας dabatur tantum certo generi Legatorum, de quibus copiose dicemus in tractatu de Legatis Pontificiis. Hispaniis post hæc a Sarracenorum exercitu occupatis, Toletum sub eorum jugo per trecentos sexaginta & octo annos ingemuit, donec

donec a barbaris illis urbem victor Ildefonsus VI Rex Castellæ post diutinam obsidionem eripuit, & Ecclesiam uberrimis latifundiis eo bello partis locupletavit. Tunc, id est anno millesimo octuagesimo octavo, Urbanus II, precibus, ut ipse loquitur, Ildefonsi regis invitatus Pallium Bernardo Archiepiscopo Toletano contulit. Mox addit: *Teque, secundum quod ejusdem urbis constat extitisse Pontifices, in totis Hispaniarum regnis Primatem privilegii nostri sanctione statuimus, & Primatem te universi Præsules Hispaniarum respicient, & ad te, si quid inter eos quæstione dignum exortum fuerit, referent*. Tarraconensis Episcopus, qui alterius regni, nempe Aragonii majestatem colebat, novæ auctoritati submitti noluit; præsertim cum Toletanus olim nullam jurisdictionem in cæteris provinciis exercuisset; quæ tamen illi per subreptionem hoc rescripto, ut debita ex antiquo more, concedebatur. Quare ne Tarraconensi aut reliquis Metropolitis fieret injuria, Urbanus vices suas Bernardo Toletano Episcopo per universam Hispaniam & Narbonensem provinciam mandavit altero rescripto, quod exhibet Loaisa. Sed privilegium illud personale, & ad certum tempus, jurisdictionem perpetuam in provincias Hispaniæ tribuere non potuit Ecclesiæ Toletanæ; a qua exercenda semper abstinuit, ut testatur Mariana *lib. IX histor. c. XIX*. Attamen splendidiorem ejus dignitatem reddidit Martini V Summi Pontificis rescriptum datum anno MCCCCXXII, quo Toletano Episcopo iisdem privilegiis, & insignibus uti concessit, quæ majoribus Patriarchis competunt, quorum unum est in Synodo Lateranensi sub Innocentio III relatum, scilicet *ut Dominicæ crucis vexillum ante se faciant ubique deferri, nisi in Urbe, & ubicumque Summus Pontifex præsens extiterit, aut ejus Legatus utens insigniis apostolicæ dignitatis*. Hac crucis prælatione per universas Hispanias usi sunt aliquando Episcopi Toletani, quamvis renitentibus plerisque Metropolitanis.



In Betica.

Ecclesiæ.

Hispalensis vulgo *Sevilla*.

Italicæ nunc *Sevilla la Vieja*.

Iliplensis sive Eliplensis nunc vulgo *Niebla*.

Astygiensis vulgo *Acija*.

Cordubensis hodie *Cordova*.

Egabrensis vulgo *Cabra*.

Eliberiensis seu Illiberiensis vulgo *Elvira*.

Malacensis vulgo *Malaga*.

Asindensis, postea Assidoniensis vulgo *Medina Sidonia*.

Tucciensis hodie *Martos*.

Abdarensis vulgo *Adra*.

In Lusitania.

Ecclesia Emeritana Metropolitana.

Ecclesiæ.

Abulensis vulgo *Avila*.

Salmanticensis vulgo *Salamanca*.

Eboriensis al. Elborensis vulgo *Evora*.

Cauriensis vulgo *Coria*.

Pacis Juliæ vulgo *Beja*.

Ossonabensis vulgo *Estoy*.

Ulysipponis vulgo *Lisbona*.

Egitensis nunc *Eidania*.

In

In Gallæcia.

Ecclesia Bracarensis Metropolitana (*b*).

Ecclesiæ.

Dumiensis.

Conimbricensis vulgo *Coymbra*.

Lamecensis vulgo *Lamego*.

Legionis vulgo *Leon*.

Portucalensis vel Portus Calensis hodie *El Puerto*.

Viseensis vulgo *Viseo*.

Valentiæ ad Minium fluvium hodie *Valenzia al Menno*.

Eccle-

(b) Idem l. c. Idem jus sibi competere contendit Bracarensis Archiepiscopus, qui primatum quoque Hispaniarum sibi vendicat ex vetustissima consuetudine. Atqui si antiquas origines repetamus, ut splendore suo non carere Bracaram reperiemus, ita facile erit, eam a primatu totius Hispaniæ excludere. Bracara quippe caput erat & metropolis provinciæ Gallæciæ. Callaici populi apud Strabonem, Melam, & Plinium, a fluvio Durio usque ad Astures porrecti, partem Gallæciæ tantum conficiunt, etsi nomen ex iis provinciæ integræ postea sit inditum. Adjuncti sunt Callaicis Astures & Cantabri, & ex harum trium nationum conjunctione conflata est ab Antonino provincia Gallæciæ, sive Callaicorum, ut eos effert Siricius in epistola ad Himerium. Id docent, præter Notitiam provinciarum Hispaniæ, Orosius & Idacius. Illius hæc sunt verba *libro VI, cap. XXI. Cantabri & Astures Gallæciæ provinciæ portio sunt, qua extentum Pyrenæi jugum haud procul, secundo Oceano, sub septentrione deducitur*: Idacius vero Bracaram, Lucum & Asturicam Gallæciæ passim assignat ad Olymp. CCCVI, IX, & X. Suevorum Reges, pulsis Romanis, eam Gallæciæ provinciam sui juris fecerunt, conventusque suos frequenter habuerunt in urbe Luco; quæ in Itinerario Antonini Lucus Augusti dicitur, & ab ea conventus Lucensis apud Plinium. Theodemiro Suevorum Regi placuit Gallæciam in duas partes dividi; quarum unius caput esset Bracara, alterius vero Lucus. Ea divisio decreta fuit a Synodo Lucensi anno DLXIX, ita ut metropoli Bracaræ subjicerentur Portucale, Lamecum, Conimbria, Viseum, Egitania, cujus sedes translata est Guardiam, & novus Episcopatus Dumiensis, ex Dumio monasterio excitatus in gratiam Martini Bracarensis, qui veterem collectionem Canonum edidit. Lucensi vero metropoli tributæ Auria, Asturica, Tria, cujus dignitas Compostellæ accessit Tudis, Britonnica sive Overum. Sub Recesvintho Rege Gotthorum in Emeritensi Concilio anno DCLXVI redactæ sunt Metropoles Hispaniarum ad numerum antiquum quinarium, dejecta civitate Lucensi, a dignitate Metropoleos; ita tamen ut Conimbria, Viseum, Lamecum, & Egitania restitutæ fuerint Emeritæ Metropoli provinciæ Lusitaniæ, unde recisæ fuerant olim a Regibus Suevorum. Distractas plane fuisse oportuit quatuor illas civita-

Ecclesia Lucensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Iriæ Flaviensis vulgo *El Padron*. Auriensis vulgo *Orense*.
Tudensis vulgo *Tuy*. Asturicensis vulgo *Astorga*.
Britoniensis nunc pagus *Bretagna*.



In

vitates a Lusitania veteri. Præterquam quod enim Synodus Emeritensis id testatur, idem ex Idacio colligere licet, qui Bracaram in finibus Gallæciæ provinciæ sitam fuisse docet. Quod alienum esset a vero, si quatuor illæ civitates, ultra Bracaram & Durium fluvium positæ, ad Gallaciam pertinerent. Quare ut splendore metropolitico antiquitus clara fuit Bracara, & ceteris quatuor Hispaniarum Metropolibus æqualis, ita nulla ratione illis fuit potior nec superioribus sæculis nec posterioribus; præsertim cum nullo Apostolicæ Sedis privilegio fulta reperiatur, quo primatum sibi quemdam vindicare possit. Id unum dici potest, eam Ecclesiam olim Toletano primatui cedere noluisse, eaque de re litem motam coram Innocentio III, cujus meminit *cap. Coram. De in integr. restit.* Sed primatum Hispaniarum non ideo exambivit, quem tamen hodie magno nisu cum jure crucis elatæ gestandæ sibi asserit, eo colore quæsito, quod beatus Jacobus in Hispaniam adventans Bracaræ primum Episcopum præfecerit. Qua de re copiose scripsit vir eruditione clarus Augustinus Barbosa.

In Majorica, Minorica, & cæteris Insulis.

Ecclesiæ.

Palmæ hodie *Mallorca*.
Ebusensis hodie *Ivica*.
Iamnæ.

Ex Epistola Siricii Papæ ad Himerium Tarraconensem, atque ex Epistola Leonis I ad Turibium, & ex regula fidei, quæ subjuncta est Concilio Toletano I, nec non ex Concilio Bracarensi I eruitur Ecclesiasticam Hispaniarum Diœcesim in quinque tantum Provincias Ecclesiasticas fuisse tributam contra ac Civilis Hispaniarum Diœcesis, quæ ab Augusto in tres tantum Provincias divisa fuit Tarraconensem, Bæticam, Lusitanicam, cujus meminit Strabo, Plinius, & Ptolemæus, ab Adriano vero in septem Provincias distributa, de quibus sic Rufus in Breviario: Per omnes Hispanias sex nunc sunt Provinciæ, Tarraconensis, Carthaginensis, Lusitania, Gallecia, Bætica, Insulæ Baleares. Trans fretum vero Africæ provincia Hispaniarum est, quæ Tingitana cognominatur. Corruit igitur illorum sententia, qui ad ravim usque clamare non cessant, Divisionem Provinciarum Ecclesiasticarum ad normam divisionis Provinciarum civilium effictam fuisse. Vid. supra Qu. X.



DIOE-

DIŒCESIS HISPANICA RECENS.

ECCLESIA ROMANA PATRIARCHALIS.

Ecclesiæ Filiæ.

Ecclesia Toletana Metropolitana (a).

Ecclesiæ.

Cordubensis vulgo *Cordova*.
Carthaginensis vulgo *Carthagena*.
Cochensis vulgo *Cuenza*.
Vallisoletana vulgo *Vailladolid*.
Segobiensis vulgo *Segovia*.
Seguentina vulgo *Siguenza*.
Giennensis vulgo *Iaen*.

Eccle-

(a) Mor. V. Tolede. L'Archeveque, qui est Primat de toutes les Espagnes, Chancelier de Castille, & le premier des Grands du Royaume, à trois cens mille ecus de revenu; mais s'il n'est pas Cardinal, il n'en à que le tiers, & le reste est pour le Roi. Philippe accorda en Septembre 1721, à l'Archeveque & a ses successeurs en cette dignité, la permission de se faire traiter *d'Excellence*. Ses suffragans sont Cordoue, Segovie, Carthagene, & Murcie unis ensemble, Siguenca, Osma, Cuenia, Jaen, Avila, & Valladolid. Le Chapitre Metropolitain, qui a deux cens mille ecus de revenu, est com-

Ecclesia Burgensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Pampilonensis vulgo *Pamplona*.

Palentinæ vulgo *Palenza*.

Calaguritana unita cum Calciatensi vulgo *Calahorta la Calzada*.



Eccle-

composé de quarante huit Chanoines, de cinquante Prebendiers, de vint petits Chanoines, de quarante sept Pretres, & de quarante Clercs pour la Musique; ce qui fait plus de deux cens personnes revetues de surplis. Le Pape & le Roi d'Espagne sont Chanoines de cette eglise, & tous les ans ons les appelle tout haut a la porte du choeur la veille de Noel, afin qu'ils ayent a assister aux premieres vepres & a l'Office du Roi, & des deux jours suivans; & faute par eux de comparoitre, on les prive chacun de la retribution de Deux mille maravedis, qui valent seise livres treize sols & onze deniers monnoye de France: ce qui se retient au Pape sur cè qui lui est du pour les vacances des Benefices; & au Roi sur ce que le Chapitre peut devoir de subsides a sa Majeste. Quant aux Rites que l'on suit dans cette eglise, *voyez* les articles Liturgie & Musarabes.

Garcias, *de Eccles. Toled.*

Ecclesia Compostellana Metropolitana (*b*).

Ecclesiæ.

Salmanticensis vulgo *Salamanca*.
Placentinæ vulgo *Plazencia*.
Astoricensis vulgo *Astorga*.
Auriensis vulgo *Orense*.
Pacensis vulgo *Badajos*.
Cauriensis vulgo *Coria*.
Legionensis vulgo *Leon*,
Abulensis vulgo *Avila*.
Lucensis vulgo *Lugo*.
Zamorensis vulgo *Zamora*.
Tudensis vulgo *Tuy*.
Mindonensis vulgo *Mondonedo*.
Civitatensis vulgo *Ciudad Rodrigo*.
Ovetensis vulgo *Oviedo*.

Ec-

(b) Mor. V. *Compostelle*. Compostelle, que les Espagnols nomment *San Jago de Compostella*, ville capitale de la Galice en Espagne avec Archeveche & Université. Elle est celebre par le concours extraordinaire des Pelerins qui y arrivent de tous les endroits du monde, pour visiter le corps de l' Apotre saint Jacques, que les Espagnols pretendent y etre conservé. Tous les Ecrivains d' Espagne assurent que le Pape Leon III y fonda un Eveché, a la priere de Charlemagne: Depuis, le Pape Caliste II, qui avoit une particuliere devotion a saint Jacques, transporta à Compostelle le droit de Metropole, qui etoit a *Tria Flavia*, environ l' an. 1124. Ce Pontife lui donna pour Eveches suffragans Salamanque, *Salmantica*; Plaisance, *Placentina*; Lugo, *Lucus Augusti*; Astorga, *Asturica*; Zamora, *Zamora*; Orenze, *Auria*; Tuy, *Tude* ou *Tyde*; Mondonnedo, *Mindonia*; Coria, *Cauria*; *Ciudad* Rodrigo, *Rodericopolis*; Avila, *Abula*; Leon, *Legio*; & Oviedo, *Ovetum*: ces deux derniers sont exempts, ayant eté Archevechez.

Ecclesia Hispalensis (c) Metropolitana.

Ecclesiæ.

Gaditanâ vulgo *Cadix*.
Canariensis vulgo *Canaria*.
Guadicensis vulgo *Guadix*.

Eccle-

(c) Mor. V. *Seville*. Seville, sur le Guadalquivir, ville d' Espagne, capitale de l' Andalousie, avec Archeveche, est nommée par les anciens Auteurs, *Hispalis ad Betim*, *Hispal & Ispalis*. Cette ville, qui est tres ancienne, est la plus considerable d' Espagne apres Madrid, & l' une des plus riches & des plus marchandes de l' Europe. Les Maures la prirent avec le reste du pais en 713, & la garderent durant 534 ans, jusqu' au 22 decembre 1248, que Ferdinand III, Roi de Leon & de Castille, la leur enleva apres un siege de seize mois. L' enceinte de Seville est presque ronde, & enferme divers magnifiques Palais, de belles eglises, & de grandes places, qui ont toutes des fontaines, dont les eaux sont apportees par des aqueducs de cinq ou six lieues loin de la ville. L' Archeveque a 80000 ecus Romains de revenu, mais quand il n' est pas Cardinal, le Roi en prend la moitié. Son Chapitre a plus de 150000 ecus de rente; & quatre Chanoines ont le privilege d' etre vetus en Cardinaux. L' eglise Metropolitaine, qui est la plus grande de toute l' Espagne, a cent soixante & quinze pas de long, & quatre vints de large, avec des chapelles tout a l' entour, un beau choeur, une riche Sacristie & un clocher tres haut, ou l' on compte vint quatre grosses cloches. Il y a encore a Seville Université, Inquisition, & un lieu ou l' on bat la monnoye, appelle *la Tour de l' or*.

Ecclesia Granatensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Almeriensis vulgo *Almeria*.

Malasitana vulgo *Malaga*.

Ecclesia Cæsaraugustana Metropolitana.

Ecclesiæ.

Oscensis vulgo *Huesca*.

Tarasonensis vulgo *Tarasona*.

Terulensis vulgo *Teruel*.

Iacensis vulgo *Iaca*.

Balbatrensis vulgo *Balbastro*.

Albariciensis vulgo *Abaricin*.



Eccle-

Ecclesia Tarraconensis Metropolitana (*d*).

Ecclesiæ :

Barcinonensis vulgo *Barcelona*.
Ilerdensis vulgo *Lerida*.
Urgellensis vulgo *Urgel*.
Gerundensis vulgo *Girona*.
Vicensis vulgo *Vich*.
Dorutensis vulgo *Tortosa*.

Ec-

(d) Mor. V. *Tarragone*. L' Archeveque de Tarragone n' a jamais voulu reconnoitre la Primatie de l' Archeveque de Tolede , & lorsque celui ci l'a voulu exercer dans le district de Tarragone, cet Archeveque a procedé contre lui par des excommunications, ce qui s' est vu es annees 1248, & 1291. Il n' y a que 160 paroisses dans cet Archeveche. Le Clergé de la Metropole est composé de quatre Archidiacres, de sept Dignitez, de vint quatre Chanoines, & de vint quatre Prebendez. Ce Metropolitain a eu autrefois dix huit suffragans ; mais Saragosse en fut demembré en 1318, & Valence en 1455 ; & l' on donna a chacun de ces Archeveques quelques suffragans de ceux de Tarragone, d'ou l' Eveche d' Elne a ete aussi demembré, depuis que le Roussillon a eté cedé a la France : Ses suffragans sont aujourd' hui Barcelone , Girone , Lerida, Elne pour le Rit seulement , Vich , Urgel, Tortose & Solsone . Philippe II y avoit etabli une Université ; mais Philippe V l' abolit en 1717, & l' unit a celle de Cervera qu' il fonda en cette annee là . Corbera, *Cataluna Illustrada*, *l.* 1, *c.* 20.

Ecclesia Valentina Metropolitana.

Ecclesiæ.

Majoricensis vulgo *Mallorca*.

Oriolensis vulgo *Oribuela*.

Ecclesia Ulissiponensis Occidentalis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Leyrensis vulgo *Leira*.

Lamacensis vulgò *Lamego*.

Funchalensis vulgo *Funchel*.

Angrensis vulgo *Angra*.

Ecclesia Ulissiponensis Orientalis Metropolitana (e).

Ecclesiæ.

Egitaniensis seu Guardiensis vulgo *la Guardia*.

Promontorii viridis seu Capitis Viridis vulgo *Ribera grande*.

Congensis vulgo *San Salvador*.

Portalegrensis vulgo *Portalegra*.

Sancti Thomæ vulgo *San Thomè*.

Eccle-

(e) Hic in primis est observandum, quod novissime de anno MDCCXVI a Clemente XI, Constit. Incip. *In supremo Apostolatus solio* Archiepiscopatus Ulissiponensis fuit divisus in duos Archiepiscopatus, uno vocato Archiepiscopatu Ulissiponensi Orientali, & altero vocato Archiepiscopatu Ulissiponensi Occidentali, qui & in Patriarchatum fuit erectus cum plurimis privilegiis, & utrique fuerunt assignati suffraganei ut sequitur.

Mor. V. *Lisbonne*. On voit dans le troisieme Concile de Tolede tenu en 589, que Paul Eveque de cette ville, etoit du nombre des Prelats qui y signerent. En 1390, le Pape Boniface IX erigea son Eveche en Archeveche; & au mois de novembre 1716, le Pape Clement XI erigea la chapelle royale de Lisbonne en eglise patriarchale.

La Ville & le Diocese de Lisbonne sont partagez presentement en deux parties. L' ancien Archeveché est connu sous le nom de Lisbonne orientale, & le nouveau Patriarchat sous celui de Lisbonne occidentale. L' eglise patriarchale est une des plus magnifiques eglises que l'on connoisse aujour d' hui en Europe, soit par l' abondance, & la richesse de tout ce qui sert au culte divin, soit par le nombre des Ministres, tous habillez en Eveques, soit par l'ordre qui y est establi pour le service, soit enfin par le choeur de musique qu'on y entend, composé des plus habiles Musiciens qu' on ait pu trouver en Italie. Le Patriarche porte toujours l'habit de Cardinal, sans aucune difference; il en a tous les honneurs a la Cour; & ceux de *Legat a latere* par tout ailleurs. Il jouit de la preseance sur tous les Grands, sur tous les Eveques & Archeveques du Royaume, & sur le Primat de Brague, meme dans leurs eglises. Le College des Chanoines est composé de plusieurs Seigneurs de la premiere qualité, qui ont rang parmi les Grands du Royaume, ont l' usage de la mitre, & celebrent en habits pontificaux tant en public qu'en particulier. Chacun d'eux a la preseance sur toutes les dignitez ecclesiastique du second ordre, & sur tous les Chapitres du Royaume, meme dans leurs propres eglises: & ce qui a achevé de rendre ces Chanoines considerables, c'est qu'on a uni a leur College la quatrieme partie des revenus de tous les Evechez de Portugal.

Ecclesia Bracarensis Metropolitana (*f*).

Ecclesiæ.

Portucalensis vulgo *Porto*.
Conimbricensis, seu Colimbriensis vulgo *Coimbra*.
Visensis vulgo *Viseu*.
Mirandensis vulgo *Miranda*.

Ecclesia Eborensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Algarbitensis seu Pharensis vulgo *Faro*.
Tingitana, & Septensis vulgo *Tanger*, *&* *Ceuta*.
Elvensis vulgo *Elvas*.
Angoles vulgo *Angola*.

QU. XXXVIII.

(f) Mor. V. *Braga*. Elle l'est encore aujour d'hui considerable par son eglise, qui a eu d'illustres Prelats. Ils se disent Primats d'Espagne; ce qui vient de ce que Toledo ayant perdu sa primatie par l'invasion des Mores, Alfonse I, Roi de Leon, lorsqu'il reprit Braga sur ces Infideles, transfera cette dignite en 740 a son eglise. Les Archeveques de Braga n'ont joui paisiblement de cette dignite que pendant trois siecles. Alfonse VII s'etant rendu maitre de Tolede en 1039, l'Archeveque de cette ville redemanda sa primatie; celui de Braga ne voulut pas la lui rendre. On disputa longtems, & on renouvella diverses fois la dispute, particulierement au Concile de Trente, ou D. Barthelemy des Martyrs soutint avec beaucoup de vigueur les droits de son eglise; mais ni le Concile, ni les Papes n'ont voulu decider. Cependant les Eveques d'Espagne reconnoissent la primatie de Tolede, & les Portugais celle de Braga.

QU. XXXVIII.

In Diœcesi Gallicana quænam Patriarchæ Romani potestatis vis?

§. I. Gallicanæ Ecclesiæ initia investiganti, & memoria vetera repetenti falli magnopere illi mihi videntur, qui Philippum Apostolum, Lucam Evangelistam, Paulum Apostolum in Gallias Christianam fidem intulisse arbitrantur. Nam, ut S. Innocentium I missum faciam, qui *in Ep. ad Decent. Eugub.* Galliarum Ecclesias omnes ab Romana prognatas fuisse omni asseveratione affirmat, S. Zosimus anno 417 Innocentii successor, illum ipsum discipulum, qui a Petro in Gallias missus est, ut Evangelicæ Fidei, doctrinæque præco esset, & sator, utque Ecclesias constitueret, Episcopos Presbyterosque crearet, ut tantæ denique futuræ Ecclesiæ primordia locaret, digito ipso indicavit: *Metropolitanæ Arelatensium Urbi vetus privilegium minime derogandum est, ad quam primum ex hac Sede Trophimus Summus Antistes, ex cujus fonte totæ Galliæ Fidei rivulos acceperunt, directus est*. Zosim. *in Ep.* edita a Sirmondo, atque olim laudata tam a Concilio Francofordiensi, quam ab Usuardo & Adone in Martyrologio ad IV Kal. Jan. & in Libell. *de Festivit. Apostolorum*. Ipsi enimvero Gallicani Patres, ac Viennensis Provinciæ Episcopi in eo libello, quem Leoni Papæ anno 445 obtulerunt, hoc idem fateri non dubitarunt: *Omnibus etiam Regionibus Gallicanis notum est, sed nec Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ habetur incognitum, quod prima inter Gallias Arelatensis Civitas missum a Beato Petro Apostolo Trophimum habere meruerit Sacerdotem, & exinde aliis paulatim Regionibus Galliarum donum Fidei, & Religionis infusum*. Inter *Ep. S. Leonis* edit. Quesn. 41, & edit. Venet. 106.

§. II. Nec verbis solum, sed etiam facto Gallicani Patres Romanam Ecclesiam utpote suam Parentem coluere, atque ab ejus nutu pendere voluerunt. Nam jam inde a Sæculo II Lugudunenses Martyres, cum nonnullæ quæstiones obortæ essent, Irenæum illius Ecclesiæ tunc Presbyterum misere ad Eleutherium P. ut eas definiret, quidque facto opus esset, præscriberet. (Hieronym. *de Scrip. Eccles.* I, 35, Beda *Hist. Angl. L. I, cap. 4.*) Hunc morem alii etiam Galliarum Præsules secuti sunt, ut facile intelligi potest cum ex multis, tum ex Innocentii I Epistola ad Exuperium Tolosanum Episcopum data. *Dilectio tua*, inquit, *INSTITUTUM SEQUUTA PRUDENTIUM, ad Sedem Apostolicam referre maluit, quid de rebus dubiis custodire deberet, potius quam usurpatione præsumpta quæ sibi videretur de singulis obtinere*. Atque *in Ep. ad Victricium* Rothomagensem *c. 3. Si autem majores causæ in medium fuerint devolutæ, ad Sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit* (h. e. Nicæna *can. 6*, quo anti-

antiqua Patriarchali Romanæ Sedi privilegia confirmata fuerunt) *ET VETUS CONSUETUDO EXIGIT*, *post Patriarchale judicium referatur*.

§. III. Quid enumerem Galliarum Episcopos, qui a suis Synodis exauctorati ad Apostolicæ Sedis fidem, veritatem, misericordiam profugerunt, ejusque beneficio amissam dignitatem recuperarunt? Quid commemorem renovata judicia, acta rescissa, sententias refixas? (*a*) Quid dicam de Chelido-

---

(a) Vid. Roncaglia apud Natal. Alex. *Tom. VIII*, *pag.* 107. Hic adnotandum est Quesnellum in Appellationum materia non solum errasse, sed & irreverenter, ac audacissime de sanctissimis, doctissimisque Pontificibus locutum. Affirmare audet & in Gallicana, & in Africana Ecclesia, olim nedum Presbyteros, aliosque Clericos, sed neque ipsos Episcopos a suæ Synodi judicio Romam appellasse, atque hoc ad jus quoddam naturale pertinere. Animadvertunt proinde illuc pervenisse Quesnellum, quo Eusebiana Arianorum Factio in Conventiculo Philoppopolitano non pervenit; nam non Provincialium, sed solummodo Patriarchalium Synodorum judicia inconcussa esse, atque inappellabilia decrevit. Quod igitur nullus orthodoxus dixerat, his ultimis temporibus affirmare ausus est Quesnellus: qua in re comites habuit Petrum de Marca, Stephanum Baluzium &c. Non desinit item Quesnellus injuriis Sanctum Leonem lacessere, quia appellationes ad Sedem Apostolicam liberas esse voluerit, atque ita præstitisse dicit, quia nimis suæ Sedis amplitudini studeret, Canones posthabendo, & Gallicanas appellationes intrudendo. Nec desinit affirmare ex memoriæ lapsu asseruisse, appellationes consuetudine etiam firmari, vel ab adulatoribus delusum fuisse; quinimmo mendaciis hanc suæ Sedis prærogativam tutatum esse. Postquam autem dixit, Lupicini appellationem, cujus memini in superioribus Animadversionibus §. 2, esse pannum assutum Epistolæ Sancti Leonis, ut ita exemplo demonstraretur ex Africa quoque, quod ipse negat, per appellationem ad Romanum Pontificem Episcopos confugisse, ita subdit: *Certe valde Leonis nostri solertiæ ac ingenio consentaneum mihi videtur*, *ut temporis opportunitatem captaverit ad confirmandam Sedis suæ auctoritatem in Africanas Ecclesias*. *Nemo est*, *qui nesciat quoties*, *quantisque conatibus*, *id tentaverint Leonis prædecessores*, *quantumque Leonis ipsius ætate Bonifacius & Cælestinus in eam rem laboraverint*, *Africanis consuetudinem suarum Ecclesiarum invicte semper oppugnantibus*. *Expectanda enim illis fuerat opportunior occasio*, *quæ ut sese Leoni obtulit*, *eam sibi vir cordatissimus elabi non est passus*. Quis quæso non stomachatur audiendo Quesnellum de sanctissimis doctissimisque Pontificibus, qui proinde sui juris ignorantia non laborabant, ac religioni ducebant aliorum jura intacta relinquere, ita loqui, quasi nil aliud in votis haberent, quam alienum invadere? Nil mirum proinde, si contra seipsum ita scribentem Catholicos obmurmurantes, heterodoxos vero plaudentes audire sibi videretur. *Dum hæc scribo*, ait, *videor mihi hinc Catholicorum nonnullos submurmurantes audire*, *illinc sectarios utraque plaudentes manu*, *quasi Pontificem Romanum mali ambitus*, *alienique juris notare videamur &c.* Sed magis mirandum ita in præclarissimos Pontifices insurrexisse, dum expansis oculis Jo. Calvini, Marci Antonii de Dominis, aliorumque sectariorum vestigia a se calcari videbat, eorumque sibi benevolentiam conciliare.

Vid. *ibid. pag.* 108. Illud insuper hinc adnotandum, De Marcam in hac de Appellationibus materia partium studio longe a veritate abductum fuisse, ac nova a se adinventa, ac antea inaudita proposuisse. Omnium primus docuit ex quinto Nicæno Canone provincialium Synodorum inappellabilem esse auctoritatem, quod fatuum esse asserere aliqui dixerunt; litteras Philoppopolitani Conventiculi, Eusebianæ factionis facinus, universæ orientali Ecclesiæ adscribendas; Zosimum Pontificem a Romanis Imperatoribus jus de retractandis degradatorum Episcoporum judiciis mendicasse &c. quæ omnia ostendunt ad mutilandam Romani Pontificis auctoritatem semper intendisse. Primum etiam se exhibet auctorem illius interpretationis, qua dicitur Canones Sardicenses concessisse solummodo Romano Pontifici jus revisionis in detrimentum Imperato-

riæ

lidonio Episcopo, (b) quem, unde Synodus Viennensis dejecerat, Romanus

riæ auctoritatis. *Fateor*, ait, *hactenus universis persuasum fuisse repertam esse in Synodo Sardicensi legem de appellationibus adversus Episcoporum judicia, easque Summo Pontifice judicandus esse ex præscripto hujus Concilii. Verum, ut ab ea persuasione recedam, facit quod a me observatum est, nempe jus tantum concedendi revisionem a Synodo Sardicensi introductum esse in gratiam Sedis Apostolicæ, & in quoddam detrimentum auctoritatis Imperatoriæ. Hæc interpretatio mea est; quam cum aliquot viris doctis aperuissem, eam illi suffragio suo comprobarunt.*

Sapientissime ergo Natalis adversus ipsum propugnat, Synodum Sardicensem jus appellationum non instituisse, cum ideo omnes per appellationem Romani Pontificis tutelam implorare valeant, quia caput est Ecclesiæ, & Christi Vicarius; sicut etiam ex Canonibus Sardicensibus haberi, non solum proprium esse Pontificiæ potestatis jus concedendæ revisionis, sed etiam de iisdem appellationibus judicandi. Ex hoc solum quod interpretatio Domini de Marca per tot sæcula latuerit, omnesque usque ad illum in Canone Sardicensi legerint illud jus, quod & ipse Natalis Romano vindicat Pontifici, satis innotescit de Marca veritatem non esse assequutum; quod & mirum est non cognovisse, cum ad suam intrudendam explicationem coactus fuit discedere a germana intelligentia illarum vocum *appellandi*, seu, *provocandi*, quæ in Canone continentur.

Neque etiam prætereundum hic volo, in hac de appellationibus controversia de Marca ita excessisse, ut scribere eum non puduerit, Zosimum Pontificem sibi jus revisiones concedendi vindicasse, quia paulo ante Arcadius, & Honorius Imperatores abjecerunt jus rescripta concedendi pro retractando Episcoporum depositorum judicio. Sed audiatur quæso Zosimus, qui rescribens ad Patres Concilii Carthaginensis, eisque exponens, Cælestium in Africa damnatum, & ad Sedem Apostolicam appellantem potuisse eumdem judicare, hujusmodi auctoritatem cuicumque Synodo superiorem dicit, eamque derivare a Canonica antiquitate, a Patrum Traditione, a Sancto Petro Apostolo, ac ab ipsomet Christo, qui Petro omnia ligandi, solvendique potestatem impertitus est. „ Quamvis, *ait*, „ Patrum Traditio Apostolicæ Sedi auctoritatem tantam tribuerit, ut de ejus judicio „ disceptare nullus auderet, idque per Canones semper, regulasque servaverit, & „ currens adhuc suis legibus Ecclesiastica di„ sciplina Petri nomini, a quo ipsa quoque „ descendit, reverentiam, quam habet, exol„ vat: tantam enim huic Apostolo Canonica „ antiquitas per sententias omnium voluit es„ se potentiam, ex ipsa quoque Christi Dei „ nostri promissione, ut & ligata solveret, & „ soluta vinciret, par potestatis data conditio „ in eos, qui Sedis auctoritatem, ipso annuen„ te, meruissent. Habet enim ipse cum om„ nium Ecclesiarum, tum hujus maxime, ubi „ sederat, curam: nec patitur aliquid privi„ legii aliqua titubare aura sententiæ, cui ipsa „ sui nominis firma, & nullis hebetata mori„ bus constituit fundamenta, & quæ sine pe„ riculo temere nullus incesset. Quum ergo „ tantæ auctoritatis Petrus caput sit, & se„ quentia omnium majora studia firmaverit, „ ut tam humanis, quam divinis legibus, & „ disciplinis omnibus firmetur Romana Ec„ clesia, cujus locum nos regere, & potesta„ tem nominis obtinere non latet vos, sed „ nostis, fratres charissimi, & quemadmo„ dum Sacerdotes scire debetis: tamen cum „ tantum nobis esset auctoritatis, ut nullus „ possit de nostra retractare sententia, nihil „ egimus quod non ad vestram notitiam nostris „ ultro litteris referremus, dantes hæc frater„ nitati ut in commune consulentes, non „ quia quid deberet fieri nesciremus, aut fa„ ceremus aliquid quod contra utilitatem Ec„ clesiæ veniens, displiceret; sed pariter vobi„ scum voluimus habere tractatum, de illo, „ qui apud vos, sicut ipsi per litteras dici„ tis, fuerit accusatus, & ad nostram, qui „ se assereret innocentem, non refugiens Ju„ dicium ex appellatione pristina venerit Se„ dem. Videat ex his Lector, an Zosimus „ ad se appellantes susceperit ex sua in Ec„ clesia nulli subdita auctoritate, seu ex su„ premo D. Petri primum collato in Eccle„ siam principatu, vel quia Imperator nolu„ erit amplius rescripta revisionum concede„ re. “

(b) Vid. Natal. Alex. *in Sæcul. IV*, *Diss.* 28, *Prop. III*, *T. VIII*, *pag.* 72. Chelidonius

nus Episcopus restituit? quid de Contumelioso (c) Rejensi Episcopo, cujus judicium ab Arelatensi Synodo ad Apostolicam Sedem delatum fuit? Quid denique de (d) Salonio Ebredunensi, & Sagittario Vappicensi, qui a Synodi Lugdunensis anni 567 sententia effugerunt, Romanumque judicium subire voluerunt?

§. IV. Verum nunquam alias majus sui spectaculum edidit Romani Patriarchæ in Galliarum Ecclesiis auctoritas, quam cum S. Zosimus Patroclum Arelatensem, Hilarus Leontium, Symmachus Cæsarium, Vigilius Auxanium, & post obitum Auxanii Aurelianum, Pelagius Sapaudum, S. Gregorius Magnus Vigilium Arelatenses Epi-

---

nius provinciæ Viennensis Episcopus, in Synodo cui præerat Sanctus Hilarius Arelatensis, accusatus est, quod ante Episcopatum, viduæ maritus erat, quodque olim, dum sæculari administratione fungeretur, sedens pro tribunali, reum morti addixerat, & nihilominus ordinatus fuisset Episcopus. Visum id contra Leges Ecclesiæ, eoque nomine loco motus est, privatusque Episcopatu. Chelidonius Romam appellavit, testesque secum eo deduxit, qui crimen aut verum, aut confictum a se depellerent. S. Leo restituit Chelidonium in Sedem, eaque de re Viennensis Provinciæ Episcopos certiores fecit. Sanctus Hilarius Arelatensis Chelidonii appellationem a Sententia Synodi Provincialis injustam non existimavit; immo Romam & ipse profectus est ut judicium suum tueretur. Coram S. Leone causam egit. Sed sententiam secundum Chelidonium a Pontifice dicendam ex præjudiciis præsentiens, ipso insalutato, Roma secessit. Cui in pœnam S. Leo Episcoporum Ordinationibus, congregatione Synodorum, & omni jure Metropolitico in Provincia Viennensi interdixit. Nihil porro novi se tentasse asserit S. Leo, cum appellationem Chelidonii suscepit, judicavitque; sed veteris Disciplinæ regulas & mores antiquos secutum. *Nobiscum itaque vestra fraternitas recognoscat* (inquit) *Apostolicam Sedem, pro sui reverentia, a vestræ etiam Provinciæ Sacerdotibus, innumeris relationibus esse consultam, & per diversarum, quemadmodum vetus consuetudo poscebat, Appellationem causarum, aut retractata, aut confirmata fuisse judicia: adeo ut servata unitate spiritus in vinculo pacis, commeantibus hinc inde litteris, quod sancte agebatur, perpetuæ proficeret charitati.*

Confirmatur ex Novella Valentiniani III Augusti cum S. Leonis Epistola missa in Gallias ad Aetium Comitem, ut utriusque Militiæ Magistrum, in qua sententiam a S. Leone in causa Chelidonii & Hilarii latam, per Gallias etiam sine imperiali sanctione valituram testatur: & sancit in executionem Canonum, *Ut quisquis Episcoporum ad judicium Romani Antistitis evocatus venire neglexerit, per Moderatorem ejusdem Provinciæ adesse cogatur.*

(c) Vid. *ibid.* Contumeliosum Episcopum Rejensem Cæsarius Arelatensis suo Synodique judicio exauctoravit. Missa deinde relatio est ad Joannem II Pontificem Maximum, qui judicium illud confirmavit, litteris ad Gallicanos Episcopos datis, anno 534. Cum vero Contumeliosus ad Sedem Romanam provocasset, Agapetus Papa anno 536 causæ ejus examen atque judicium instaurari jussit in Provincia, eumque in finem delegavit Judices. Id constat ex Epistola Agapeti ad Cæsarium Arelatensem. *Delegaturi enim*, inquit, *Deo nostro adjuvante, sumus examen, ut secundum Canonum venerabilium Constituta, sub consideratione justitiæ, omnia quæ apud Fraternitatem tuam de ejusmodi negotio acta sunt, diligentissima vestigatione flagitentur.* Et infra: *Melius autem fecerat Fraternitas tua, si postea quam Sedis Apostolicæ appellatione interposita, desideravit examen, circa personam ejus, a tempore sententiæ, nihil permisisset imminui; ut esset integrum negotium, quod interposita provocatione quæreretur. Nam si in executionem mittitur prima sententia, secunda non habet cognitio quod requirat.*

(d) Vid. *ibid.* Salonius Episcopus Ebredunensis, & Sagittarius Vappicensis de violentia, homicidio, adulterio, & de gravi quodam facinore adversus Tercensem Episcopum accusati, depositi sunt in Synodo Lugdunensi, jussu Guntramni Regis convocata anno 567.

Episcopos sui Patriarchici muneris Vicarios constituerunt. Habe eorum verba: „ Per annos singulos, (*inquit* „ *Hilarus ep.* 8.) ex Provinciis quibus potuerit congregari, habeatur „ Episcopale Concilium: ita ut opportunis locis atque temporibus secundum dispositionem Fratris & „ Coepiscopi nostri Leontii, cui solicitudinem in congregandis Fratribus delegavimus; Metropolitanis „ per Litteras ejus admonitis celebretur . . . . . Ne præter Metropolitanorum suorum Litteras aliqui ad „ quamlibet Provinciam audeant proficisci. Quibus e contrario hac ratione prospicimus, ut si hoc impetrare per aliquam non meruerint „ simultatem, cum duobus Metropolitanis Provinciarum quæ congruæ „ sunt, Arelatensis Episcopus cuncta „ discutiens pro causæ qualitate observanda constituat; nec in injuriam „ alterius alienum Clericum suscipi „ præter testimonium proprii Antistitis, secundum Canonum statuta præcipiet. . . . . Manentibus his, *in-* „ *quit Symmacus ep.* 10, quæ Patrum „ constituta singulis Ecclesiis concesserunt, decernimus, ut circa ea, „ quæ tam in Galliæ, quam in Hispaniæ Provinciis de causa Religionis „ emerserint, solertia tuæ Fraternitatis invigilet, & si ratio popo„ scerit præsentiam Sacerdotum, servata consuetudine, unusquisque tuæ „ Dilectionis admonitus Auctoritate „ conveniat. Et si Dei adjutorio controversia incidens amputari potuerit, ipsius hoc meritis applicemus: „ alioquin existentis negotii qualitas „ ad Sedem Apostolicam te referente „ perveniat. . . . . Si quis de Gallicana, vel Hispana regionibus, Ecclesiastici Ordinis atque Officii, ad „ nos venire compulsus fuerit, cum „ Fraternitatis tuæ notitia iter peregrinationis arripiat. . . . . Sicuti „ nos, *inquit Vigilius Ep.* 1, & 2, „ pro tuæ charitatis affectu, & pro „ gloriosissimi filii nostri Regis Childeberti Christiana devotione mandatis, vices nostras libentissima voluntate contulimus; ita Fraternitatem tuam convenit Deo placitis „ operibus tantæ Sedis auctoritate digna conversatione uti . . . . . Si „ quæ ergo inter Fratres, & Coepiscopos nostros, in locis vestræ charitati præsenti auctoritate commissis dissensiones emerserint, adhibitis „ vobiscum Sacerdotibus, numero competenti, causas Canonica, & Apostolica æquitate discutite, ea modis „ omnibus prolato judicio finituri, „ quæ Deo placitis Decessorum nostro-

---

567. Damnati Regem adierunt, de iniquo judicio sunt conquesti, appellarunt Romanum Pontificem, petieruntque licentiam a Principe eundi Romam, ut appellationem suam persequeretur. Eorum precibus Rex annuit. Joannes tandem III Sedibus eos suis restituit, scripta eam ob rem ad Guntramnum Regem Epistola. Rem totam narrat Gregorius Turonensis, *lib.* 5 *Historiæ Francorum cap.* 20. *Ad Regem accedunt*, inquit, *implorantes se injuste dimotos; sibique tradi licentiam ut ad Papam Urbis Romanæ accedere debeant. Rex vero annuens petitionibus eorum, datis Epistolis, eos abire permisit. Qui accedentes coram Papa Joanne, exponunt se nullius rationis existentibus causis dimotos. Ille vero Epistolas ad Regem dirigit, in quibus locis suis eosdem restitui jubet. Quod Rex sine mora, castigatis prius illis verbis multis, implevit.*

„ ſtrorum poſſint Regulis convenire. „ Si qua vero certamina aut de Religione Fidei, quod Deus auferat, „ aut de quolibet negotio, quod ibi „ pro ſui magnitudine terminari non „ poſſit, evenerit, totius veritatis „ indagine diligenti ratione diſcuſſa, „ Relationis ad nos ſeriem deſtinantes, Apoſtolicæ Sedi determinanda „ ſervate. . . . . Nullus ergo de Pontificibus tuæ per has vices Ordinationi commiſſis, ſicut & ad eos „ data loquitur noſtra Præceptio, in „ longinquis quibuslibet locis audeat „ proficiſci, niſi ſolemni more: ſicut „ Deceſſore noſtro Deceſſori veſtro „ ſimiliter concedente conſueverant, „ Formatam veſtræ charitatis acceperit. . . . . Et quia digna credimus „ ratione compleri, ut agenti vices „ noſtras Pallii non deſit ornatus, „ uſum tibi ejus, ſicut Deceſſori tuo „ Prædeceſſor noſter ſanctæ recordationis Symmacus legitur contuliſſe, Beati Petri Sancta auctoritate „ concedimus.“ *Et Ep.* 5. „ Adminiſtrationem vicium noſtrarum Fraternitati veſtræ animo libenti committimus, & credimus charitatis veſtræ officio actibus Deo placitis diligenter univerſa compleri; quando & Summi Sacerdotii „ conſortio vos dignos divina eſſe „ gratia judicavit, & glorioſiſſimi „ Childeberti Francorum Regis Chriſtiana & Deo placita in perhibendo vobis teſtimonio voluntas acceſſit. Quapropter vices noſtras veſtræ „ charitati hac auctoritate committimus, ut univerſa, quæ Deceſſorum „ noſtrorum, vel Canonum ſtatuta „ ſanxerunt, Deo congruis operibus „ faciendo atque ſervando, & noſtrum, & prædicti glorioſi Regis „ judicium circa charitatem tuam rectum fuiſſe poſſis oſtendere . . . .

„ Majorum noſtrorum, *inquit Pelagius epiſtola ad Sapaudum*, cupientes inhærere veſtigiis . . . . Charitati tuæ per univerſam Galliam, „ Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, cui divina gratia præſidemus, vices injungimus. Hoc enim antiquitatis memoria docet, hoc etiam Romana „ teſtantur ſcrinia, a Sanctis Patribus, „ & Deceſſoribus noſtris tuis Deceſſoribus eſſe conceſſum: ut illius ſtabilis Petræ ſempiterna ſoliditas, ſupra quam Dominus Salvator noſter „ propriam fundavit Eccleſiam a Solis „ ortu uſque ad occaſum, Primatus „ ſui apicem Succeſſorum ſuorum auctoritate, tam per ſe, quam per „ Vicarios ſuos firmiter obtineret . . . . „ Fraternitati tuæ hujuſmodi curas „ injungimus, ut Sedis noſtræ Vicarius inſtitutus, ad inſtar noſtrum „ in Galliarum partibus primi Sacerdotis locum obtineas, & quidquid ad gubernationem, vel diſpenſationem Eccleſiaſtici ſtatus agendum eſt, ſervatis Patrum regulis, „ & Sedis Apoſtolicæ conſtitutis, divini judicii conſideratione diſpenſes; talemque te in cuſtodiendis „ Canonibus facta converſatione demonſtres, qualem tanti loci decet „ eſſe Vicarium. . . . Quia igitur, *inquit S. Gregorius l.* 4, *Ep.* 52, „ unumquodque tunc ſalubriter completur officium, cum fuerit unus „ ad quem poſſit recurri Præpoſitus, „ idcirco opportunum eſſe perſpeximus, in Eccleſiis, quæ ſub Regno „ præcellentiſſimi Filii noſtri Childeberti Regis ſunt, ſecundum antiquam conſuetudinem fratri noſtro „ Virgilio Arelatenſis civitatis Epiſcopo vices noſtras tribuere; quatenus & Catholicæ fidei integritas, „ id eſt, Sanctarum quatuor Synodorum, Deo protegente, ſollicita de-

„ votio

„ votio servetur, & si inter Fratres „ Consacerdotesque nostros aliqua evenerit forte contentio, auctoritatis „ suæ vigore, vicibus nempe Sedis „ Apostolicæ functus, discreta moderatione compescat. Cui etiam injuximus, ut si quarumdam causarum tale fuerit certamen exortum, „ in quo aliorum præsentia opus sit, „ congregatis sibi in numero competenti Fratribus, & Coepiscopis nostris, salubriter hoc servata æquitate discutiat, & Canonica integritate definiat. Si quam vero contentionem de fidei causa evenire contigerit, aut negotium emerserit, „ cujus vehemens sit fortasse dubietas, & pro sua magnitudine, judicio Sedis Apostolicæ indigeat, examinata diligentius veritate, Relatione sua ad nostram studeat perducere notionem. “

§. V. Quæ porro, quantaque Romani Patriarchæ majestas, atque amplitudo visa est, cum Ecclesias Bituricensem, Narbonensem, Burdigalensem, Senonensem, Lugdunensem, Viennensem ad Primatialem dignitatem evexit. Neque enim Primatum, seu Delegatorum creatio Delegantis imperium attenuat, aut comminuit, sed potius firmat, atque communit.



DIŒ-

DIŒCESIS GALLICANA VETUS (a).

ECCLESIA ROMANA PATRIARCHALIS.

Ecclesiæ Filiæ.

In Alpibus Maritimis.

Ecclesia Ebreduni Metropolitana.

Ecclesiæ.

Diniæ vulgo *Digne*. Niceæ vulgo *Nice*.
Cemelenis vulgo *Cimies*. Sanicii vulgo *Senez*.
Glandatæ vulgo *Glandeve*. Ventionis vulgo *Vence*.

In

(a) Thomass. *de N. & V. Eccl. Disc. Part. I, Lib. I, cap.* 55, §. 6. Episcopatuum creationes aliquanto diligentius, fusiusque retulimus, ut magis, magisque elucesceret, quam necessaria fuisset auctoritas, & assensus præcipue Episcopi Romani. Quæ vero media hac ætate fecere Sancti Bonifacius, Villibrordus, Augustinus, Corbinianus, aliique tot & tanti Apostolici viri, Apostolicæ delegatione Sedis, genuinam tibi primorum temporum imaginem exhibent, & ipsa veluti subjectionis ejus fundamenta aperiunt, in qua erga Romanam Ecclesiam, tanquam matrem omnium & fontem, fuere omnes per Occidentem Episcopi & Metropolitani. Fieri ergo potest, ut omnes unum in locum coegerit Gregorius Turonensis, quos in Galliam Summi Pontifices diverso misere tempore: ubi asserit ex gestis B. Saturnini Martyris missum esse Gratianum Turonum, Trophimum Arelatem, Narbonem Paulum, Saturninum Tolosam, Parisios Dionysium, Stremonium in Arveniam, & Martialem Lemovicum: *Per Sanctum Stremonium, qui & ipse a Romanis Episcopis cum Gratiano Episcopo, & reliquis quos memoravimus, est di-*

re-

In Alpibus Graiis seu Penninis.

Ecclesia Darantasiæ Metropolitana.

Ecclesiæ.

Octodurae vulgo *Martenach*.

Sedunensis vulgo *Syon*, vel *Sitten en Valez*.

In Viennensi Prima, & Secunda.

In Prima.

Ecclesia Viennensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Genevensis vulgo *Geneve*.
Civitatis Albensium al. *Vivaria*, & *Alba Augusta*.
Valentiæ hodie *Valence*.

Gratianopolis vulgo *Grenoble*.
Maurianæ vulgo S. Jean de *Maurienne*.



In

rectus. Hoc rursum erga fidem & Ecclesiam Romanam primo, secundo, tertioque sæculo factum in Gallia & Hispania, quod sexto septimoque in Germania & Anglia. Neque aberraveris forsan a vero, si putes ita primis sæculis constitutos fuisse Episcopatus, uti fuere, quos instituere missus a Papa Bonifacius, Villibrordus, Augustinus, Corbinianus, qui omnes ab Ecclesia Romana originem & auctoritatem hauserint suam, & singularem cum ea conjunctionem semper & concordiam servaverint.

In Secunda.

Ecclesia Arelatensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Massiliensis vulgo *Marseilles*.
Cabellionensis hodie *Cavaillon*.
Toloniensis al. Teloniensis vulgo *Toulon*.
Vasionensis vulgo *Vaison*.
Tricastinorum Civitatis hodie *S. Paul des troix Chasteaux*.
Avenionensis vulgo *Avignon*.
Carpentoractensis vulgo *Carpentras*.
Arausionensis vulgo *Orange*.
Diæ vel Deæ Vocontiorum vulgo *Die*.

In Narbonensi Prima, & Secunda.

In Prima.

Ecclesia Narbonensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Aptæ Juliæ vulgo *Apt*.
Fori Julii vulgo *Frejuz*.
Segesteri vulgo *Cisteron*.
Reii vulgo *Riez*.
Vapinci vulgo *Gap*.
Antipolis vulgo *Antibe*.

In Se-

In Secunda.

Ecclesiæ.

Narbonensis vulgo *Narbone*.
Bætiræ vulgo *Beziers*.
Lutevenensis, seu Civitatis Luteven-sium vulgo *Lodere*.
Carcassonis vulgo *Carcassone*.
Helenæ vulgo *Elna*.

Tolosæ vulgo *Tolose*.
Nemausensis vulgo *Nismes*.
Voetiæ hodie *Uzes*.

Agathæ vulgo *Adge*.
Magalonæ vulgo *Magalone*.

In Novempopulania.

Ecclesia Elusæ Metropolitana.

Ecclesiæ.

Augustæ seu Civitatis Ausciorum hodie *Aux*.
Conuenæ vulgo *Cominges*.
Vasatæ vulgo *Basas*.
Aturì al. Vico-Juliæ vulgo *Aire*.
Oleronis vulgo *Oleron*.

Lactoratii vulgo *Lectoure*.

Consoranni vulgo *Conserans*.
Tarbæ vulgo *Tarbes*.
Lascaræ vulgo *Lescar*.
Aquæ vulgo *Aos*.

In Aquitania Prima, & Secunda.

In Prima.

Ecclesia Biturigensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Arvernorum Civitatis vulgo *Clairmont*.
Arisitæ.
Lemovicæ vulgo *Limoges*.
Vellavæ al. Anicii hodie *le Puy en Vellay*.
Rutenæ vulgo *Rodez*.
Cadurcorum vulgo *Cahors*.
Gabalensis al. Mimatensis vulgo *Mande*.
Albigæ seu Albæ Helviorum vulgo *Alby*.

In Secunda.

Ecclesiæ.

Burdigalensis vulgo *Bourdeaux*.
Engolismensium Civitatis vulgo *Angoulesme*.
Pictaviensis vulgo *Poictiers*.
Aginnensis vulgo *Agen*.
Santonum Civitatis, al. Mediolani Santonum vulgo *Saintes*.
Petrocoriensis hodie *Perigueux*.

In Lu-

In Lugdunensi Prima, Secunda, Tertia, Quarta, & Maxima Sequanorum.

In Prima.

Ecclesia Lugdunesis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Matisconensis vulgo *Mascon.*
Lingonum Civitatis vulgo *Langres.*
Cabillonensis vulgo *Chalons sur Saone.*
Augustodunensis vulgo *Autun.*

In Secunda.

Ecclesiæ.

Rothomagensis vulgo *Roven.*
Lexoviensis vulgo *Lisieux.*
Constantiensis vulgo *Coutance.*
Sagiensis vulgo *Seez.*
Ebroicensis vulgo *Eureux.*
Bajocensis vulgo *Bayeux.*
Abrincensis vulgo *Avranches.*
Oximiensis vulgo *Hiesmes.*

In Tertia.

Ecclesiæ.

Turonensis vulgo *Tours.*
Cenomanensis vulgo le *Mans.*
Nannetensis vulgo *Nantes.*
Aletensis vulgo *Alet.*
Dolensis.
Osismensis.
Andegavensis vulgo *Angers.*
Redonensis vulgo *Renes.*
Venetensis vulgo *Vennes.*
Briocensis.
Trecorensis.
Corisopitensis.



In

In Quarta.

Ecclesia Senonensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Carnutensis vulgo *Chartres*. Antisiodorensis vulgo *Auxerre*.
Trecensis vulgo *Troyes*. Aurelianensis vulgo *Orleans*.
Parisiensis vulgo *Paris*. Meldensis vulgo *Meaux*.
Nivernensis vulgo *Nevers*.

In Maxima Sequanorum.

Ecclesia Visontiensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Aventicensis vulgo *Avenche*. Augustæ Rauracorum vulgo *August*.
Vindonissensis vulgo *Winich*. Bellicensis vulgo *Belley*.

In Belgica Prima, & Secunda.

In Prima.

Ecclesia Augustæ Trevirorum Metropolitana.

Ecclesiæ.

Mediomatricensis vulgo *Metz*. Tullensis vulgo *Toul*.
Verodunensis vulgo *Verdun*.

In Secunda.

Ecclesiæ.

Augustæ Suessonum vulgo *Soissons*.

Laudunensis vulgo *Laon*.

Neviodunensis vulgo *Nojon*.

Tornacensis vulgo *Tournay*.

Bellovacensis vulgo *Beauvais*.

Catalaunensis vulgo *Chalons* en *Champagne*.

Augustæ Veromanduorum vulgo *Vermand*.

Cameracensis vulgo *Cambray*.

Sylvanectensis vulgo *Senlis*.

Ambianensis vulgo *Amiens*.

In Germania Prima, & Secunda (b).

In Prima.

Ecclesiæ.

Moguntinæ *Gallis* dicitur *Mayence* incolis *Maynt*.

Spiræ Nemeti vulgo *Speyer* Gallis *Spire*.

Argentorati vulgo *Strasburg*.

Wormaciæ Vangionum vulgo *Worms*.

In

(b) Thomass. *ib. cap.* 42. §. 3. Retorquenda nunc oratio est ad novas per hæc tempora media factas Ecclesiarum colonias in Provinciis longe dissitis. Gregorius II Apostolica delegatione muniit Præcones Evangelicos, quos in Bavariam emisit, addita potestate Episcopos & Archiepiscopos constituendi. *Ut consideratis locorum spatiis, juxta gubernationem uniuscujusque Ducis Episcopia disponatis, & si tres aut quatuor vel majoris numeri visæ fuerint constitutæ Sedes, reservato præcipuæ Sedis loco pro Archiepiscopo, adhibito trium Episcoporum conventu, &c.* Magni refert illud adverti, edici illud ab hoc Pontifice, ut Archiepiscopo subjiciantur, vel Metropolitano tres saltem

tem Episcopi, ut uno aliquo ex eis a terris in cœlum migrante, tres superstites possint canonice alium in ejus locum ordinare. Ejus enim rei habita ratio est, ubi licuit. Ubi potestas non fuit, licuit per Canones ex vicinis Provinciis Episcopos vocare. Porro jam inde ab anno 580 B. Rupertus Episcopus Vormaciensis & Germaniæ Metropolita, Evangelium, ut in ejus vita legitur, Bavaris prædicaverat, & Metropolim fundaverat Salisburgensem.

Nec illud observasse pigebit, non temere conjici, eodem modo creatas fuisse olim antiquas illas in finitimis Romæ Provinciis Ecclesias & Metropoles, quo novas postea in Anglia & Germania, apud Frisios & Bavaros vidimus institui, auctoritate maxime Summi Pontificis, & eorum Episcoporum, qui eo a Pontifice mitterentur. Itaque primis exorientis tum primum aut post adolescentis Ecclesiæ sæculis, in Italia & Galliis, in Hispania & Africa ab ipso Romæ Episcopo, aut ab iis quos ipse delegasset, Ecclesiæ & Sedes pleræque constitutæ sunt. Nam Romæ ab ipso Petro fons scaturire & effundi cœperat, unde veritatis & gratiæ rivuli in omnem deinde Occidentem emanarunt. Quæ res & ab Innocentio I in quadam Epistola constantissime affirmatur: & tam apertam dilucidamque habet similitudinem veri, ut fidem merito possit extorquere. Si enim sæculo V, VI, & VII, tametsi tot & tanti jam effloruissent in Italia, Gallia & Hispania Episcopi, quidquid tamen triumphis accedebat Ecclesiæ, id solius Sedis Apostolicæ opera aut fieri solebat, aut perfici: quanto magis id judicaveris de sæculis Ecclesiæ primis? An priorum Pontificum & Martyrum zelus & propagandi fervor Evangelii tepidior erat, quam posteriorum? An erant Evangelici Præcones in petendo subsidio a prima Sede Petri supiniores? Denique facile intelligitur, inter priora Ecclesiæ quasi repentis sæcula, singulis cujusque loci Episcopis in excolendo silvestri agro, & extirpandis Ecclesiæ reliquiis, negotii satis fuisse: curam & sollicitudinem proferendi ulterius Christiani fines Imperii, Pastori universali relictam esse. Cum quidam ex Africa Fideles, Maurorum multitudinem non parvam in remotissimis solitudinibus ad fidem, ut refert Victor Episcopus Vitensis, convertissent, misere Romam, ut a Summo Pontifice Presbyterum atque Pastores acciperent, qui novæ huic excolendæ Ecclesiæ operam darent. Suppeditat ergo eorum historia temporum, quæ ut propiora, ita & notiora sunt nobis, unde conjiciamus quid sentiendum sit de prioribus sæculis, quæ non eo tantum obscuriora sunt, quo remotiora: sed etiam quod ejus ætatis homines rebus agendis studerent, vacarentque magis, quam scribendis.

Habeto & hoc aliud ineuntis septimi sæculi exemplum, ex quo quid retroactis sæculis fieret, conjecturam facias. Sanctus Corbinianus Frisingensis a Gregorio II primum ordinatus Episcopus, cum delegatione Apostolica in Galliam simul & Germaniam mittitur. *Accepto etiam Pallio cum benedictione & adjutorio B. Petri Apostoli, ut ubique prædicationis officium exercere in toto orbe posset, &c. Per universam Galliam verbum doctrinæ illius crevit, &c.* Novellum hunc Apostolum Pipinus Major Palatii regia tuitione complexus est.

Vide ea quæ diximus *L. I, Qu. XXXI, in N. 4.*

In

In Secunda.

Ecclesiæ.

Coloniæ Agrippinæ vulgo *Celn*. Tungrensis al. Adauticæ Tungrorum, Gallis *Tangres*.

Si in Veteri Gallicana Diœcesi numerum Ecclesiarum Metropolitanarum h. e. Provinciarum Ecclesiasticarum numerum conferas cum numero Provinciarum Civilium, magnum discrimen inter Ecclesiasticam, & Civilem Provinciarum divisionem invenies. Nam Provinciæ, seu Ecclesiæ Metropolitanæ a Carolo a Sancto Paulo, quem ducem secuti sumus, in Gallicana Diœcesi undecim tantum enumerantur, nec plures ex antiquorum Conciliorum Actis colligi possunt. Octodecim autem Provincias Civiles nos deprehendimus, de Marca autem septemdecim fuisse putat *in Diss. de Primatu Lugdunensi num.* 66, 67, 68. En ejus verba: *Hic omittere non debeo eruditorum virorum opinionem, qui existimant universum corpus Galliarum olim in septem partes tributum, unde Galliæ vocatæ sunt septem Provinciæ, quod duplici argumento probant. Primum petitur ex Notitia Imperii, ubi Vicarius Præfecti Prætorio Galliarum dicitur Vicarius per septem provincias. Sed cum certum sit ex iis quæ prædixi, nullam extitisse Galliarum omnium in septem Provincias divisionem, cum aut quatuor, aut postea quatuordecim ex instituto Adriani, vel Aurelii Antonini extiterint, vel saltem major numerus quam septem, frustra laboratur in firmanda sententia, quæ nullo vetustatis diserto testimonio nititur. Consequentia vero, quæ trahitur ex Notitia Imperii, nulla est. Locus enim est aperte mendosus, & rescribendum SEPTEMDECIM. Quippe in Notitia, ut reddatur ratio septem Provinciarum, statim numerantur septemdecim. Secunda probatio &c.* Ineptiunt igitur illi, qui Civilem Provinciarum distributionem Ecclesiasticæ artificem extitisse contendunt, atque Ecclesiasticam divisionem ab Civili pependisse non dubitant affirmare. Vide quæ supra diximus in Qu. XVII.



DIŒCESIS GALLICANA RECENS.

ECCLESIA ROMANA PATRIARCHALIS.

Ecclesiæ Filiæ.

Ecclesia Lugdunensis Metropolitana. (a).

Ecclesiæ.

Augustodunensis vulgo *Autun*.
Cabillonensis vulgo *Chalons sur Saone*.
Divionensis vulgo *Dijon*.
Matisconensis vulgo *Macon*.
Lingonensis vulgo *Langres*.
S. Claudii vulgo S. *Claude*.

Ec-

§. VI. Sed fac; Spelmanum vera nobis narrare, (quod negat Scheltratus *Diss. cap. VI, pag. 130.*) Dinothique responsum spurium, ac commentitium non esse, num illico sequitur vera esse, quæ Dinothus respondit Augustino? Quid? Nonne etiam Colmanus in celeberrimo illo colloquio habito anno 664, interrogatus a Rege, unde ritum Scoti accepissent celebrandi Pascha Luna XIV si in diem Dominicum incidisset, ausus est respondere, Majores suos hunc morem semper servasse, & a Joanne Apostolo accepisse? quæ omnia falsa esse, commenta, atque conficta Agilbertus Episcopus ea ipsa in concione aperte monstravit, ostenditque, illos nec Sancti Joannis vestigia, ut falso jactabant, nec Sancti Petri, nec aliorum Apostolorum exempla sectari: *Joannem legis Mosaicæ scita juxta litteram servasse, Judaizante adhuc in multis Ecclesia, nec subito valentibus Apostolis omnem Legis observantiam, quæ a Deo instituta est, abdicare, quomodo simulacra, quæ a Dæmonibus inventa sunt, repudiare omnes qui ad fidem veniunt, necesse est, videlicet, ne scandalum facerent eis, qui inter gentes erant, Judæis . . . . Itaque Joannes secundum Legis consuetudinem 14 die Mensis primi ad vesperam incipiebat celebrationem festi Paschalis, nil curans, utrum hæc Sabbatho, an alia qualibet feria proveniret. At vero Petrus, cum Romæ prædicaret, memor, quia Dominus prima sabbati resurrexit a mortuis, ac Mundo spem Resurrectionis contulit, ita Pascha faciendum intellexit, ut secundum consuetudinem, ac præcepta legis 14 Lunam primi Mensis, æque sicut Joannes orientem ad Vesperam expectaret; & hac exorta, si Dominica dies erat mane ventura, in ipsa Vespera Pascha Dominicum celebrare incipiebat, quomodo & nos omnes facere solemus. Sin autem Dominica non proximo mane post Lunam 14, sed 16, 17, aut alia qualibet Luna usque ad 21, esset ventura; expectabat eam, & præcedente Sabbatho vespere Sacrosancta Paschæ solemnia inchoabat, sicque fiebat, ut Dominica Paschæ dies nonnisi a decimaquinta Luna usque ad vigesimamprimam Lunam ejusdem mensis ad Vesperam, præceptum est . . . in quam observantiam imitandam omnes Sancti Joannis Successores in Asia post obitum ejus, & omni per orbem conversa Ecclesia . . . & hoc esse verum Pascha, hoc solum fidelibus celebrandum, Nicæno Concilio non statutum noviter, sed confirmatum est, ut Ecclesiastica docet Historia.* Hæc Beda *l. c.* ex quibus conjici facile potest, quantopere fide laborent ea quoque, quæ Dinothus Augustino respondit, præcipue cum liqueat, Britannos Episcopos in Nicæna Synodo (ann. 325) nostram consuetudinem suffragio suo comprobasse, Vid. Usser. *ibid. pag.* 105.

§. VII. Conticescant igitur Romanæ Ecclesiæ hostes, suasque invidiæ, odiique voces comprimant: quin nobiscum tandem fateantur Britanniæ Ecclesiam ex Romana procreatam fuisse, in ejus gremio altam, eductamque, ac totos sexcentos primos illos annos in illius fide, ac patrocinio delituisse. Neque vero, si aliquando extitere turbulenti quidam homines, pacis, otii, publicæque felicitatis inimici, qui Britannorum Ecclesias ab Romanæ sinu divellere, atque distrahere conati sunt, maternum ideo Romanæ Ecclesiæ nomen, Patria ejus potestas, ac dignitas extingui unquam potuit, atque deleri. Verum non secus ac ilex duris tonsa bipennibus ab ipso ferro vires, animumque semper duxit.

§. VIII.

§. VIII. Nam quam longe lateque sexto, septimo, octavo, atque insequentibus sæculis in omni Britanniæ Regione Romani Patriarchæ dominati non sunt? Audi quid S. Gregorius Magnus *Lib. VII*, *epist.* 15 ad Augustinum suum in Anglia Legatum scribat. *Usum tibi Pallii concedimus, ita ut per loca singula duodecim Episcopos ordines, qui tuæ ditioni subjaceant; quatenus Londinensis Episcopus Civitatis semper imposterum à Synodo propria debeat consecrari, atque honoris Pallium ab hac Apostolica Sede percipiat. Ad Eboracum vero Civitatem te volumus Episcopum mittere, ut ipse quoque duodecim Episcopos ordinet, ut Metropolitani honore perfruatur, quia ei quoque Pallium tribuere proponimus, quem tamen tuæ fraternitatis volumus dispositioni subjacere. Post obitum vero tuum, ita Episcopis, quos ordinaverit, præsit, ut Londinensis Episcopi nullo modo ditioni subjaceat. Sit vero inter Londoniæ, & Eboracæ Civitatis Episcopos imposterum ista honoris distinctio, ut ipse prior habeatur, qui prius fuerit ordinatus.* Hæc Sæculo VI. Quid vero Sæculo VII? Habe ea, quæ litteris mandavit Beda *l.* 3, *c.* 7, 29, nimirum Egbertum Cantii, & Osuvium Northumbriæ Reges, *quia Romana esset Catholica, & Apostolica Ecclesia, Presbyterum Ulghardum Romam misisse Antistitem ordinandum, quatenus accepto gradu Episcopatus Catholicis per omnem Britanniam Ecclesiis Anglorum ordinare posset Antistites.* Tunc Roma in Angliam missum fuisse Theodorum (*l.* 4, *c.* 1, 2) *qui Universa perlustrans ordinabat locis opportunis Episcopos, & canonicam Romanæ Ecclesiæ disciplinam propagabat.* Quid Sæculo IX, & X? Accipe ea, quæ de S. Dunstano Cantuariensi posteris tradidit ejus vitæ Scriptor cap. 29. *Magnifice Pontifex illum honoravit, ac stola sui Apostolatus, pro qua venerat, decentissime decoravit. Sicque delegata ei Legatione Sedis Apostolicæ, Genti Anglorum Pastorem dedit. Itaque vir Dei Roma reversus, & in Patriarchatum Primæ Sedis Britanniarum receptus . . .* Ne pluribus te te detineam, adde sis Thomass. *de vet. & nov. Eccl. Discipl. P. I, L. I, cap.* 36, & Natal. Alex. *Tom. X, pag.* 449, edit. Parif. an. 1743, qui rem hanc lautissime pertractarunt.



DIŒ-



DIŒCESIS ANGLIÆ, HIBERNIÆ, ET SCOTIÆ VETUS.

ECCLESIA ROMANA PATRIARCHALIS.

Ecclesiæ Filiæ.

In Anglia (a)

Ecclesia Meneviensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Herefortensis.
Paternensis.
Fluiensis.
Morganensis.
Tavensis.
Banchorensis.
Viccienfis.

In

(a) Quando Augustinus in Angliam venit, præter hosce, quos hic enumeramus Episcopatus, invenit nullos: tametsi Gregorius Magnus ipsi mandavisset, ut viginti sex Episcopos, duodecim Episcopos suffraganeos Episcopo Londinensi, & totidem Metropolitano Eboracensi subjectos constitueret, sibi ipsi vero primatum in omnes gentis Episcopos reservaret. Bed. *lib. I, c. XXIX.* „ Quia nova Anglorum Ecclesia ad „ omnipotentis Dei gratiam, eodem Domi„ no largiente & te laborante perducta est, „ usum tibi pallii in ea ad sola Missarum „ solemnia agenda, concedimus, ita ut per „ loca singula duodecim Episcopos ordines, „ qui tuæ subjaceant ditioni, quatenus Lon„ doniensis civitatis Episcopus semper in po„ sterum a Synodo propria debeat consecra„ ri, atque honoris pallium ab hac sancta „ & apostolica (cui Deo auctore deservio) „ Sede percipiat. Ad Eboracum vero civita„ tem te volumus Episcopum mittere, quem „ ipse judicaveris ordinare, ita dumtaxat, „ ut si eadem civitas cum finitimis locis „ verbum Dei receperit, ipse quoque duode„ cim Episcopos ordinet & Metropolitani „ honore perfruatur... Tua vero fraterni„ tas non solum eos Episcopos quos ordi„ na-

„ naverit, neque hos tantummodo, qui per „ Eboraci Episcopum fuerint ordinati, sed „ etiam omnes Britanniæ sacerdotes habeat, „ Deo Domino nostro Jesu Christo auctore, „ subjectos. “ Verum fuit hæc potius levis quædam adumbratio pro futuris temporibus, quum integra convertenda esset natio, quam præsens constitutio Ecclesiæ. Nam plus quinquaginta annis post non amplius septem Episcopi in universa heptarchia seu septem regnis Saxonum fuerunt, uti ex iis constat, quæ de concilio Herud. fordiensi ann. DCLXXIII narrat BEDA, quippe in quo adfuerunt *Theodorus Dorovernensis*, seu *Cantuariensis* Ecclesiæ Episcopus, *Bisi* orientalium *Anglorum* Episcopus, *Wilfridus Northanhymbrorum* gentis Episcopus, *Putta* Episcopus *Roffensis*, *Leutherius* Episcopus occidentalium *Saxonum*, & *Winfridus* Episcopus totius provinciæ *Merciorum*. Quo in Concilio canon conditus est, ut plures Episcopi, crescente numero fidelium, constituerentur.

Thomassinus *l. c. Part. I, Lib. I, cap.* 31, §. 6. Ad Anglos nunc veniendum nobis est, ad quos missus a Gregorio Magno Augustinus Monachus cum aliis ejusdem propositi consortibus venerat, dux ipse operis, ut fidei Christianæ lumen inferret, tum Anglis, tum complurimis gentibus, quarum colluvies in Magnam Britanniam exundaverat, prostraverantque quidquid ibi Imperii Romani gloria, aut fidei Christianæ sanctitate hactenus floruerat. Augustinum Pallio donavit Gregorius, jussum Sedem suam Londini collocare, & duodecim creare Episcopatus, Londinensi Metropoli parituros, cujus Præsules Pallio a Romana Sede semper donandi essent. Jusserat & Eboracum ab eo mitti Antistitem, & felices exitus si res haberet, lapsu temporis alteram ibi condi Metropolim, a qua duodecim quoque penderent Episcopatus; facta spe mittendi & ad Eboracensem Metropolitanum Pallii, ita ut tamen Augustino, quandiu in vivis ageret, obnoxius esset Eboracensis; eo autem extincto, absolutus esset omnino a jure Londinensium Metropolitanorum. Adscribenda nunc sunt Gregorii verba: *Usus tibi Pallii concedimus, ita ut per loca singula duodecim Episcopos ordines, qui tuæ ditioni subjaceant; quatenus Londoniensis Episcopus civitatis semper in posterum Synodo propria debeat consecrari, atque honoris Pallium ab hac Apostolica Sede percipiat. Ad Eboracum vero civitatem te volumus Episcopum mittere, ut ipse quoque duodecim Episcopos ordinet, ut Metropolitani honore perfruatur, quia ei quoque Pallium tribuere proponimus, quem tamen tuæ fraternitatis volumus dispositioni subjacere. Post obitum vero tuum, ita Episcopis, quos ordinaverit, præsit, ut Londoniensis Episcopi nullo modo ditioni subjaceat. Sit vero inter Londoniæ, & Eboracæ civitatis Episcopos in posterum honoris ista distinctio, ut ipse prior habeatur, qui prius fuerit ordinatus.*

Multa hinc exculpi debent magni omnino ponderis in rem nostram. Primatus enim hic emicat primæ quidem classis, sed personæ Augustini proprius: non Sedi, non Ecclesiæ, non successoribus communicandus: sed peculiari & sanctimoniæ & eruditioni Augustini merito concessus: *Fraternitas tua omnes Britanniæ Sacerdotes habeat subiectos, quatenus ex vita & lingua tuæ sanctitatis, & recte credendi, & bene vivendi formam percipiant.* 2 Duæ post mortem Augustini Primatiæ secundæ classis in Anglia surgebant, Londini & Eboraci, quarum Metropolitani juris alter in alterum nihil prorsus obtinebant, sedendi vero ordo ab ordinationis antiquitate repetebatur. 3 Pallium hic mittitur, ut insigne ejus potestatis, quam Græci αὐτοκεφαλίαν dicebant, quasi independentiam dicas, qualem Cypro Insulæ nonnunquam Concilia ipsa assignarunt. 4 Habes & hic justissimas causas unius Metropolitani supra alios promovendi, & majori auctoritate armandi; cum unus aliis eminet, ut eorum parens, ut Ecclesiarum conditor, ut gentis Apostolus: cujusmodi erat inter Francos Remigius, Augustinus in Anglia, in Germania Bonifacius. 5 Student Summi Pontifices æqualitatem, libertatem, concordiamque alere inter Episcopos: ideo enim Primatias non instituunt nisi temporarias & breves, ubi diuturniores aut perpetuas non postulat necessitas, utilitasque ingens Ecclesiarum. Ita Gregorius excedente e vita Augustino, Eboracensem absolvit ab illius Ecclesiæ vinculo Metropolitanum: & post Bonifacii obitum Zacharias antiquæ libertati red-

In Hibernia (*b*).

Ecclesia Armachanensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Connerinensis.
Dedamlialigensis.
Deardarchensis.
Ingundunensis.
Dunensis al. Drumorensis.
Derathluringensis.
Cluanensis al. Cluanerdensis.
Artagadonensis vel Ardocadensis.
Heugamensis.
Deconnanensis.
Dedundalegensis.
Dedarrihensis.
Derathensis.
Evalnirensis sive Midensis.
Renensis vel Revelensis vel Crocorensis.
Rochinosensis vel Rothbotensis.
Conerensis.

Eccle-

reddidit Galliæ Metropolitanos. 6 Hinc argumenti satis est, ut existimemus, si quando olim Vicariatus Apostolicos voluerint Romani Pontifices esse perpetuos; quod genus fuere, qui concessi quondam sunt Thessalonicæ, Justinianæ, Arelati, Hispali, Toleto, Moguntiæque: uni Ecclesiarum utilitati eos inservisse: & hoc uno stimulo impulsos fuisse, ut novi aliquid jugi Ecclesiis imponerent, & Metropolitis; quo fiebat, ut jam non possent sine Primatis assensu, vel celebrare Concilia, vel Episcopos ordinare, vel a suis ipsi consecrari Suffraganeis. Nec Justinianus Imperator pervicisset hujusmodi Apostolica delegatione illustrari suam Novam Justinianam, nec Cindesiunthes Toletum, nec Francorum Reges Arelatem, nec Gotthi Longobardique Reges Aquilejam, nec Moguntiam Carolomannus & Pipinus vix multis precibus exorassent ornari ejusdem dignitatis splendore, si vel in mentem eis venire potuisset, novas has esse artes & inusitatas machinas propagandæ dominationis Romanorum Pontificum, & novo servitutis jugo opprimendæ antiquissimæ libertatis Ecclesiasticæ in suis Regnis. Sensere igitur illi longe aliter, novum scilicet hinc Ecclesiis suis splendorem accedere, qui & in ipsum etiam Regnum refunderetur: libertatemque & Antistitum & Ecclesiarum eo majorem fore ac firmiorem, quod apud sese, idest ab Exarcho proprio, sive Primate, causæ quæque majores finirentur. Quis enim nescit, Concilium Nationale libertatis Ecclesiasticæ in unaquaque gente invictum esse propugnaculum? Istud autem primarium est jus Primatis, Concilium Nationale cogere, ibique quæcumque decidi sine Papa, sine Roma possunt, definire.

(b) Thomassin. *ibid. cap.* 36, §. 8. Sanctus Malachias Hiberniæ Primas erat. Pallii ho-

Ecclesia Dublinensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Glandelacensis. Caldetensis al. Kiscarensis.
Feruensis. Gleusensis vel Gluisonensis.
Osinensis. Darensis.
Gainichensis. Licelinensis.

Ec-

honos nec auditus usquam fuerat, nedum usurpatus, vel in eius propria, vel in altera Metropoli, quæ illi suberat ut Primati. Accinxit ergo se ille ad Romanum iter, quo ab Innocentio II impetraret tum suæ, tum alteri Metropoli Pallium, quo plenitudo Pontificiæ potestatis explicabatur. Juvat Bernardi verba ipsa promere, excerpta ex vita Sancti Malachiæ, quam ille litteris mandavit. *Romam proficisci deliberat, maxime quod Metropoliticæ Sedi deerat adhuc, & defuerat ab initio Pallii usus: quod est plenitudo honoris. Et visum est bonum in oculis suis, si Ecclesia, pro qua tantum laboraverat, quem hactenus non habuerat, suo acquireret studio & labore. Erat & altera Metropolitica Sedes, quam de novo constituerat Celsus prædecessor, primæ tamen Sedi & illius Archiepiscopo subdita tamquam Primati. Et huic quoque optabat nihilominus Pallium Malachias, confirmarique auctoritate Sedis Apostolicæ prærogativam, quam beneficio Celsi adipisci meruerat.*

In his verbis animadverti nonnulla alicujus momenti æquum est. 1 Is, qui facile tunc antecellebat omnes Ecclesiæ Antistites, tum sincero sui contemptu, & humilitate, tum pœnitentiæ asperitate, Romanam adornat profectionem, Ecclesiam suam deserit, ut Pallio decoretur, quod prædecessorum ejus nemo ambierat: atque Primatiæ suæ jura confirmentur. Si cui Malachiæ vel humilitas suspecta fuerit, vel sanctitas, is & inscitiam suam prodet, & insignem impudentiam. 2 Primatiæ Hibernicæ fundamenta jecerat prædecessor Malachiæ Armachanus Archiepiscopus altera instituta Metropoli, quæ pareret Armachanæ. Sensit Malachias hanc sive Metropolis novæ, sive Primatiæ creationem brevi labefactatum iri, nec jure stare posse, nisi pondus illi & auctoritas ab Apostolica Sede accederet. 3 Ita perspicuum est omnes Episcopalis Ordinis gradus, alios aliis eminentiores, a Sede Apostolica manasse, ut ab origine primigenia: & in hanc rursum coaluisse, ut in sui centrum, & unitatis radicem. 4 Ita sempiternæ Sapientiæ consilio provisum est, ut labentibus sæculis clariores quique Antistites extimularentur subinde ad ineundam cum Apostolica Sede societatem & concordiam, promptamque illi obedientiam tanto impensius exhibendam, quanto magis in dies Ecclesia in remotissimas orbis regiones dilatabatur. Quippe unitas vis est illa arcana & inexpugnabilis, qua membrorum latissime diffundentium se integritas perennitasque servatur. Si quos autem Præsules inescavit illecebra Pallii, splendorque nominis & consessus cel-

Ecclesia Cassellensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Decendalnensis vel Laonensis.	Derostreensis, vel Wldifordiensis.
Deartefertensis.	Lunensis.
Lismorensis.	Firmaberensis vel Fymbarensis.
De Insula.	Deduanemensis al. Cluanensis.
Laudensis.	Carthacis.
Tubricensis.	Decelleninabrensis.
Deconeagensis vel Corcayenensis.	Delunecensis al. Umblicensis.
Desorailitensis.	Waterfordiensis.

Ec-

celsioris; carnalis quidem eorum affectus tanquam vitiosus & præposterus, merito culpandus est: at nihilo segnius referendæ sunt gratiæ clementissimo sapientissimoque Ecclesiæ sponso & moderatori Christo, qui Ecclesiæ regnique sui & ædificationi & propugnationi famulari cogit ipsas hominum carnalium cupiditates, ea ipsa omnipotente sapientia, qua mala bene vertit, & lumen mediis ex tenebris accendit.

Anno Christi 1151 misit Eugenius III in Hiberniam quatuor Pallia, creatis eodem tempore quatuor Metropolibus, quarum singulis quinque subjiciebat Episcopos. Refert Rogerius eo violata esse jura Ecclesiæ Cantuariensis, quæ sibi jus adrogabat ordinandorum Hiberniæ Episcoporum: violatam denique in eo antiquissimam consuetudinem. *Hoc factum est contra antiquam consuetudinem, & dignitatem Cantuariensis Ecclesiæ, a qua solebant Episcopi Hiberniæ expetere & accipere consecrationis benedictionem.*

Hinc nimirum illud nascitur: Primatiam Cantuariensem quondam exporrectam fuisse ad extremos usque Hiberniæ fines. Finitimum quoque vero est, Evangelicam fidem & verbi prædicationem ex Anglia in Hiberniam trajectam fuisse. Ita Cantuariensis Ecclesia, quæ omnes in Christo pepererat alias Angliæ Ecclesias, Hibernicas quoque in numerosæ suæ prolis familia recensebat. Multa occurrunt apud Eadmerum, quibus innuitur, Episcopis Anglis illam insedisse sententiam: non Hiberniæ tantum, sed & circumjacentium insularum, Scotiæ ipsius Ecclesias a Primatis Cantuariensis auctoritate pendere veluti filias amantissimas. Nec illud abnuerim, dum ne abnuerint illi, optimæ matris tum cumulari gaudium, cum ejus fœcunditatem imitantur filiæ, cumque & ipsæ in matres, seu in Metropoles evadunt. Nec enim aliter fere increbruere pleræque Christiani orbis Metropoles.

Cum dignitatum Ecclesiasticarum is unus scopus finisque sit, ut utilitati, & majestati Ecclesiæ serviatur: necesse primo fuit, ut suas sibi Metropoles Hibernia haberet; nec posset contra niti Cantuariensis Metropolitanus, nisi suæ quam Christi gloriæ cupidior. Et rursum necesse fuit, ut Hiberniæ Metropolitani præstitutum sibi suum haberent Caput, quicum, & inter sese conferre crebrius, & illa inire possent consilia, quibus disciplina, pax, sanctitas & concors ratio, & con-

Ecclesia Tuanensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Demageonensis.	Achadensis.
Nelfinensis.	Decelladensis.
Deconairensis.	Eacdunensis.
Roscomensis.	Decelmundaensis.
Cluartifertensis.	Deculuanferdensis.
Duacensis.	Bladensis.

In

fensio omnium Hiberniæ Ecclesiarum sanciretur. Armachanus & Toamensis Archiepiscopi ad hanc certatim Primatis dignitatem suæ Ecclesiæ adjungendam contendebant. Alexander IV Armachano illam contulit, concessitque, ut Toamensis quoque Provinciæ Primatem se diceret, in ea iter faciens Crucem deferri juberet, singulis denique quinquenniis eam visitaret perlustraretque universam, intra dies tamen septem supra viginti. *Possint se vocare si voluerint Primates Provinciæ Toamensis, & facere deferri ante se Crucem per totam ipsam Provinciam; possint etiam dictam Provinciam de quinquennio in quinquennium visitare, & per vigintiseptem dies duntaxat visitationis officio immorari.*

Observa denique, Malachiam ipsum Archiepiscopum Armachanum, singularis qua pollebat pietatis impetu Romam isse, Palliumque postulasse, & duarum Metropoleon confirmationem. Censuit Innocentius II remetiendum illi esse iter in Hiberniam, ut Concilium ibi congregaret, vota & suffragia colligeret conspirantium Episcoporum, & tum demum Sedes Apostolica Metropoles crearet, Pallioque impartiret. Eugenius III quatuor Metropoles instituit postulante Malachia, postulante & Concilio Hiberniæ universali. Denique tum demum Alexander IV Primatiam Armachano adjudicavit, cum de ea inter Armachanum & Toamensem controversia excitata esset. In his manifestum est ita temporum, rerumque & personarum vices temperari regique sempiternis divinæ Sapientiæ consiliis, ut Ecclesiæ corpus in dies convalescat, & arctissime cum suo semper Capite, & unitatis vertice compaginetur.

Hæc Thomassinus. Ad numerum autem Episcopatuum Hiberniæ, quem hic describimus quod spectat, hic maximus Episcoporum numerus videtur fuisse, quem *Hibernia*, ex quo tempore christianam amplexa est religionem, unquam habuit. Nam recentiorum quorumdam Scriptorum opinio, quod aliquando non minus CCCLXV Episcopi a S. Patricio ordinati hic fuerint, solide ab HENRICO MAURITIO confutata est, qui narrationem istam non de tot ejusdem temporis Episcopis, sed de numero sub quatuor Regibus per centum annorum seriem intelligendam esse, satis clare demonstravit. Id quod unusquisque, qui antiquitates IAC. VSSERII, unde fundamentum fabulæ istius arcessitur, legerit, facile poterit dijudicare. Neque enim sic res difficilis ad intelligendum est, quomodo hic trecenti & quinquaginta, vel ut NENNIUS rem narrat, trecenti quinquaginta quinque Episcopi per integri sæculi decursum esse potuerint, etiamsi non amplius quinquaginta vel sexaginta eodem simul tempore vixerint.

In Scotia (c).

Ecclesia S. Andreæ Metropolitana.

Ecclesiæ.

Dunkeldensis. Brechinensis.
Aberdonensis. Rossensis.
Moraviensis. Cathanensis.
Dumblanensis. Orchadensis.

Ec-

(c) Thomass. *l. cit. Lib. III*, *cap.* 41, §. 17. Cum nuperrime Scotia tota ad fidem Christi accessisset, apparet neque dum ullam in ea Metropolim erectam fuisse, & Episcopos, qui illi ad Christum adgregandæ collaboraverant, illas rexisse recentissimas Ecclesias, ea simplicitate qua solent rerum novarum regi exordia, nec ulla vel lege vel disciplina alia fuisse usas quam charitate. Antequam Angli in magnam Britanniam irruerent, & ante Cantuariensem Metropolim ab Augustino excitatam, auctor est Willelmus Malmesburiensis, nil certi resciri posse de Metropoli antiquorum Britonnum. *Prima Sedes Archiepiscopi habetur Cantuariæ, qui est totius Angliæ Primas & Patriarcha. Cæterum ubi fuerit Archiepiscopatus tempore Britonnum, cognitio labat, quia vetustas consumpsit nostri sæculi memoriam.* Sui utique fuerant Episcopi insularibus olim Britonibus, simile veri est nullos fuisse Metropolitanos. Si fuissent enim aliqui, in eorum maxime Sedibus jussisset Gregorius ab Augustino suos Metropolitas constitui, Anglicanæ Ecclesiæ deinceps præfuturos. Ne Londini quidem potuit statui Metropolis, ut optaverat Gregorius; & quæ eo jubente Eboraci erecta fuerat, haud sane diu eo honore potita est. Paulinus qui primus ibi sederat Metropolitanus, a Barbaris ejectus, Rocestriam abiit, ubi & fatis concessit. Exinde plures Episcopi Eboracenses, Episcopi dici maluere, quam Metropolitani: *Plures post eum tantæ urbis Præsules simplici Episcopatus nomine contenti, nihil altius anhelaverunt.* Eo rursus factum est forsan, ut Episcopi Cantuarienses tota Anglia immediatam exercerent jurisdictionem; nec aliam sibi Provinciam esse jactarent, quam Angliam universam. Egbertus Episcopus Eboracensis, tempore Caroli Magni, primus Pallium & nomen Metropolitani obtinuit sibi, Ecclesiæque suæ. Ex his haud dubio plurimum affunditur lucis his, quæ dicta sunt a nobis de Episcopis Scotis, & de Ecclesia Scotiæ Metropolitano prorsus destituta. Certe cum Rex Angliæ instaret vehementius, ut Scoti se Episcopi Anglicanis profiterentur obnoxios, Archiepiscopus Eboracensis, qui & propior & opportunior merito videbatur ei juri potiundo, in duos tamen solos Episcopatus ditionem suam porrigi posse præ se tulit, Glasconiensem & Gallovajensem. Denique anno 1188 Clemens III Episcopos omnes Scotiæ Sedi Apostolicæ immediate subjectos declaravit: *Duximus statuendum, ut Scoticana Ecclesia Apostolicæ Sedi, cujus filia specialis existit, nullo mediante debeat subjacere; in qua hæ Sedes Episcopales esse noscuntur.* Cœlestinus III Clementis successor hoc privilegium confirmavit, quo nihil aliud quam primigenia firmabatur libertas ejus Ecclesiæ, quæ ab Apostolicis Concionatoribus sata & propaganda fuerat, ut solet; & nul-

lum

Ecclesia Glascuensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Candidæ Casæ.	Lismonensis.
Insularum.	Sodorensis.



DIŒ-

lum præterea adhuc nata fuerat proprium Metropolitam. Sixtus IV duas Metropoles erexit, Sant-Andreanam & Glascoviensem, hisque Episcopatus omnes Scotiæ subesse jussit.

Nec alia ratio fuit Provinciæ seu Principatus Walliæ; ejus Episcopi eodem modo, nec dispari ratione exempti fuerant. Narrat Rogerius, ut anno 1199 Archiepiscopus Cantuariensis suæ illos subegerit ditioni. Episcopus Meneviensis, qui & Sancti Davidis dicitur, contendebat a tempore B. Samsonis prædecessores suos omnes Metropolitico apice floruisse. Suffraganeus etiam nunc est Ecclesiæ Cantuariensis.

DIŒCESIS ANGLIÆ, SCOTIÆ, ET HIBERNIÆ RECENS.

ECCLESIA ROMANA PATRIARCHALIS.

Ecclesiæ Filiæ.

In Anglia (a).

Ecclesia Cantuariensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Roffensis vulgo *Rochester*.
Lincolniensis vulgo *Lincoln*.
Vintoniensis vulgo *Vinchester*.
Esconiensis vulgo *Excester*.
Glocestriensis vulgo *Glocester*.

Lichfeldiensis vulgo *Lichfeld*.
Eliensis vulgo *Ely*.
Oxoniensis vulgo *Oxford*.
Bristoriensis vulgo *Bristol*.
Bangoriensis vulgo *Bangor*.
Asaphensis vulgo Saint *Asaph*.

Londinensis vulgo *London*.
Cicestriensis vulgo *Chichester*.
Sarisburiensis vulgo *Sarisbury*.
Virgoniensis vulgo *Uvoscester*.
Bathoniensis unita Vellensi vulgo *Bathe*, & *Uvelles*.
Herefordiensis vulgo *Hereford*.
Novircensis vulgo *Novvirch*.
Petriburgensis vulgo *Peterborus*.
Landavensis vulgo *Landaff*.
Menevensis seu Sancti Davidis vulgo *Saint Davids*.

Ec-

(a) Status religionis in Anglia antequam Jacobus II Regnum obtineret, hic erat, ut est a Jacobo Cerrio S. Congr. de Prop. Fide a secretis memoriæ commendatum *pag.* 5 MS. libelli, quem obtulit Innocentio XI Pont. Max. „ Sotto l'impero di Elisabetta figlia di „ Anna Bolena, e pessima Calvinista furono „ discacciati (i Cattolici) e perseguitati con „ tanta fierezza tutti i Sacerdoti, che si ri- „ tirarono fuori del Regno. Onde restata la „ Inghilterra in preda della Eresia, si eresse- „ ro due Collegj di Dovay, e di Roma per „ ca-

Ecclesia Eboracensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Rossensis vulgo *Rosse*. Dunelmensis vulgo *Durham*.
Orcadensis vulgo *Orckeny*.

Ec-

„ cavarne i soggetti da mandare colà per l' „ ajuto spirituale de' Cattolici. Ma sedata in „ parte dalla gravezza degli anni di Elisa- „ betta la tempesta si andarono a poco a po- „ co moltiplicando i Sacerdoti di quei due „ Seminarj nella Inghilterra in modo, che „ stimati bisognosi di un capo, gli fu da „ Clemente VIII nel 1598 dato con titolo „ di Arciprete Errigo Gingio Blancello, as- „ segnandoli alcuni consiglieri, e assistenti „ per governare tutto quel Clero con obbli- „ garlo a dare parte a Roma delle cose più „ importanti . . . Morta Elisabetta, e suc- „ ceduto alla corona Giacomo Re di Scozia, „ che pareva meno fiero verso i Cattolici, „ fu poco dopo scoperta la congiura detta „ *Polveraria* (perchè con molti barili di „ polvere messi in una stanza sotterranea vo- „ levano i congiurati far perire tutta la fa- „ miglia Reale) onde creduti rei i Cattolici „ insieme col Papa di questa cospirazione, fu „ loro proposta una forma di giuramento „ empio, ed eretico, acciò da tutti fosse in- „ differentemente giurata. Restarono confusi „ i buoni Cattolici della pubblicazione del „ giuramento, e atterriti dalle pene, che s' „ imponevano a' renitenti. Ma il suddetto „ Arciprete in vece di opporsi, procurò di „ persuadere al Clero a riceverlo, anzi car- „ cerato per ordine regio restò ostinato nel „ suo errore fino alla morte. Furono dopo „ di lui sostituiti anche due altri Arcipreti, „ ma riconoscendosi dopo molte diligenze la „ necessità, ch'era in quel regno, almeno di „ un Vescovo, vi fu da Paolo V stabilito, „ cavandolo da' Sacerdoti più vecchi d'In- „ ghilterra, Guglielmo Bisopo col titolo di „ Vescovo di Calcedonia, e poi con un bre- „ ve di Gregorio XV, datagli facoltà di Or- „ dinario non meno dell'Inghilterra, che del- „ la Scozia, quale per li richiami degli Sco- „ zesi gli fu subito levata . . . . Morto il „ detto Vescovo, gli fu surrogato Riccardo „ Smith collo stesso carattere di Vescovo di „ Calcedonia . . . . Nel tempo poi d'Inno- „ cenzio X fu fatta in nome della Regina, „ e di tutto il Clero, e Cattolici d'Inghil- „ terra nuova istanza per l'approvazione di „ (un certo) Capitolo, che nella mancanza „ del Vescovo si governava dal suo Decano, „ come fu stabilito dal Bisopo primo Vesco- „ vo di Calcedonia, ma non ne fu potuta „ ottenere risoluzione alcuna . . . Vi fu però „ deputato colla spedizione de' Brevi in ma- „ no dell'Internunzio di Fiandra il P. Ho- „ vvard oggi Cardinale di Nortfolc, che per „ degni rispetti non furono posti in esecu- „ zione . . . Vi sono anco adesso molti Cat- „ tolici; ma pochi in paragone degli Ereti- „ ci divisi in Protestanti, Tremollanti, Ana- „ battisti, Independenti, e altre infinite Set- „ te. L'esercizio della Religione Cattolica è „ affatto proibito tanto in pubblico, quanto „ in privato, e a porte chiuse, e segreta- „ mente in qualche luogo si esercita, ma con „ molto pericolo, solo nella Cappella della „ Regina, e in quella de' Rappresentanti Cat- „ tolici si permette con gran mormorazione „ degli Eretici. Onde i Cattolici vi vanno „ con timore, per non cadere nelle pene, e „ non suscitare nuove persecuzioni. Il Re „ (Carlo II.) non è nemico de' Cattolici, ri- „ conoscendo da loro la ricuperazione della „ corona; ma non può giovar loro, come „ vorrebbe, per timore del Parlamento . . . „ Il Duca di York (Jacobus qui Rex dein- „ de fuit) si professa independente, ed è „ molto bene inclinato al Cattolicismo, anzi „ da molti creduto Cattolico. (ut erat reve- „ ra). La Regina è una devotissima Princi- „ pessa, come anche la Duchessa. "

In Scotia (*b*).

Eccleſia Andreopolitana Metropolitana.

Eccleſiæ.

Aberdonenſis vulgo *Aberdene*.
Moravienſis vulgo *Moray*.
Brechinenſis vulgo *Brechin*.
Roſſenſis vulgo *Roſſe*.
Orcadenſis vulgo *Orkeny*.
Duckeldenenſis vulgo *Dunckell*.
Dumblanenſis vulgo *Dumblant*.
Ebemburgenſis vulgo *Edembourg*.
Cathaneſienſis vulgo *Caitnes*.

Eccle-

(b) De religione apud Scotos confer Thomam Dempſterum *Hiſt. Eccl. Gentis Scotor.* edit. Bonon. ann. 1627. Ante annum 1685 ea in Scotia hoc erat ſtatu. „ Nella Scozia, „ inquit Cerrius *ibid. pag.* 11, ſono pochi „ Cattolici, ma ſenza quaſi alcuna perſecu„ zione, eſſendovi adeſſo una gran diſpoſi„ zione per propagarvi la Santa Fede, men„ tre quegli Eretici hanno aſſai mitigato l'o„ dio altre volte acerbiſſimo contro i Cat„ tolici, e nelle montagne molte Provincie „ non avrebbero difficoltà di ricevere la re„ ligione, ſe vi foſſero operaj. Dodeci Ge„ ſuiti ſtanno però in Edimburbo capo della „ Scozia, e in qualche altra Città comoda, „ dimorandovi ſparſi pel Regno molti Preti „ ſecolari, che raccolti in un capo formato „ di miſſione ſotto il loro prefetto, provi„ ſionati della Congregazione di Propaganda „ fanno progreſſi infiniti. Vi è ſtato però „ ultimamente per Viſitatore Apoſtolico A„ leſſandro Lesleo, che ſerve di Miſſionario, „ aſpettandoſi da lui una piena relazione del„ lo ſtato della religione Cattolica, per ap„ plicarvi quei rimedj, che ſaranno ſtimati „ più opportuni, eſſendo anco neceſſario di „ ordinare poi una viſita rigoroſa di tutti i „ Collegj della nazione, la quale ne ha uno „ in Roma, uno in Madrid, uno in Pari„ gi, e un altro a Dovay, ed ha anco tre „ Monaſterj de' Benedittini in Germania, „ cioè in Ratisbona, in Erbipoli, e in Er„ furt, che con queſti, ſe foſſero ben go„ vernati, ſarebbe baſtevolmente proviſto il „ Regno di operaj ſenza alcuna ſpeſa della „ Congregazione, perchè dagl' iſteſſi Colle„ gj, e Monaſterj potrebbero mantenerſi i „ miſſionarj, che ne partono. Ma ſtante il „ mal governo, che ſi fa di eſſi Collegj, e „ Monaſterj, quaſi a poco a poco ſi vanno

Ecclesia Glascuensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Gallovidiensis vulgo *Gallovway*.
Insularum sive Sodovensis, vulgo *Colkill*, *Etiles*.

Argadiensis vulgo *Argyle*.



In Hi-

„ struggendo, i soggetti, che n' escono della „ missione, sono continuamente importuni „ alla S. Sede per nuovi ajuti, e sussidj; onde „ per porre rimedio efficace a tutto questo, „ è necessarissima la detta visita da farsi „ da persona zelante &c. " Nunc etsi est in Regno magnus numerus Presbyterianorum, Catholici tamen extant haud pauci. Versantur ibidem Quacheri, Episcopales, Deistæ &c. ita ut non minus pro Anglis, quam pro Scotis instituta esse a Roberto Boylio sæculo superiore Cathedra Londini videatur, quam qui obtinet, sic agere debeat, ut adversus Atheos, Deistas, Socinianosque veritatem religionis Christianæ, & Mysterii Trinitatis defendere, argumentisque confirmare conetur. Opuscula quædam Moderatorum ejusdem Cathedræ, quæ magnæ molis non erant, collegit, & aliquot voluminibus in duodecimo publicavit Burnetius.

In Hibernia (c).

Ecclesia Armachana Metropolitana.

Ecclesiæ.

Midensis vulgo *Mith*.
Dunensis vulgo *Dovun*.
Rapotensis vulgo *Rapoe*.
Dromorensis vulgo *Dromore*.
Connerensis uniti Bunensi vulgo *Conver*.
Clochorensis vulgo *Clogher*.
Derrensis vulgo *Derry*.
Kilmorensis unita Ardachadensi vulgo *Kilmore*, & *Ardah*.
Clonmacnaisensis uniti Medensi vulgo *Cluan*.

Ec-

(c) Urbanus Cerrius *l. c. pag.* 10. „ La „ Ibernia ha gran numero di Cattolici, che „ con tutte le persecuzioni degli Eretici so- „ no sempre stati costantissimi, onde la Con- „ gregazione vi stabilì di nuovo Vescovi. E' „ divisa tutta la Isola in quattro Arcivesco- „ vati, cioè Armacano, Dublinense, Cassel- „ lense, e Tuanense, che con i loro suffra- „ ganei formano 26 Chiese, quali sono prov- „ viste parte di Vescovi, e parte di Vicarj „ Apostolici, o Capitolari, avendo ciasche- „ duno il suo Clero, e modo, benchè te- „ nue, da mantenersi. I Vescovi sono al pre- „ sente 15, de' quali però non risiedono, che „ otto, essendo gli altri esiliati dagli eretici „ (nunc in suis Ecclesiis degunt) o assenti „ per altre ragioni ec. "
Hiberniæ Monasteria describit L. Aug. Alemandus in opere inscripto: „ Histoire Mo- „ nastique d'Irlande, ou l'on voit toutes les „ Abbayes, Prieurez, Convens, & autres „ Communautez Regulieres, qu'il y a eu „ dans ce Royaume, le temps, & les titres „ de leur fondation, le nom, & la qualitè „ des fondateurs, les villes, Bourgs, Com- „ tez, & Provinces, ou elles etoient situeés, „ les differens ordres Reguliers dont elles de- „ pendoient, les circostances les plus remar- „ quables de leur etablissement, & de leur „ suppression, avec quantité de remarques „ Historiques " edit. an. 1690. Sed de rebus Ecclesiarum Hiberniæ egit Jacobus Waræus in sua *Hibernia*, & *in Vitis Archiepiscoporum Cassiliensium*, & *Tuamensium* editis Dublini an. 1626.

Ecclesia Dublinensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Darensis vulgo *Killdare*.

Ossoriensis vulgo *Ossery*.

Fernensis, & Leghilnensis vulgo *Fennes*, & *Leighlin*.

Ecclesia Cassiliensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Limericensis vulgo *Lymerich*.


Cloniensis, seu Claunensis vulgo *Cloney*.

Laoniensis vulgo *Killalo*.

Vaterfordiensis uniti Lismorensi vulgo *Wateford*, & *Lismora*.

Corcagrensis uniti Rossensi vulgo *Corch*, & *Ross*.

Adfertensis, & Finibriensis vulgo *Kilfenor*.



Eccle-

Ecclesia Thaumensis Metropolitana.

Ecclesiæ.

Elphinensis vulgo *Elphen*.

Duacensis uniti Clonfertensi vulgo *Kilmagong*, & *Clonfert*.

Magionensis, & Enaghounensis vulgo *Enaghodovvne*, & *Moy*, quæ sunt unitæ Tuamensi.

Aladensis unita Achadensi vulgo *Killala*, & *Achonry*.



QU. XL.

Quid habes de ea potestate, quam Patriarcha Romanus gessit in solidum Occidentem?

§. I. POstquam omnem Occidentalem Regionem peragravimus, totaque Europa, atque Africa peregrinati sumus, singulasque Diœceses obivimus, tempus nunc postulat, ut in edito aliquo loco consistamus, unde tamquam ex aliqua specula Universum illum tractum uno oculorum obtutu prospiciamus, cunctasque Occidentales Ecclesias simul una sumptas sub uno aspectu ponamus, videamusque num vere Romanus Pontifex solidi Occidentis Patriarcha habeatur, & sit.

§. II. Ac primum quidem cum Patriarcharum sit in Barbarorum oris tam cis, quam trans suæ ditionis fines Christi fidem serere, & Ecclesias locare, huic certe muneri non defuerunt Patriarchæ Romani in solido Occidente, cum, ut S. Innocentii verbis utar, *manifestum sit, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, Siciliam, & insulas interjacentes nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos Venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus successores constituerunt Sacerdotes*. Id ipsum ut dicamus de finitimis Regionibus Germania, Helvetia, Rhetia, Belgio, Batavia, Dania, Novergia, Svecia, Livonia, Finnonia, Lapponia, Zelandia, & Gronlandia, atque insulis Africæ conterminis, faciunt litteræ S. Gregorii, & Zachariæ Pontificis ad Principes, & Primores Saxoniæ datas apud Serrarium rerum Moguntinarum l. 3, Martyrologium Romanum, Bollandiani, aliique ecclesiasticarum rerum Scriptores gravissimi. Missam facio Americam, easque Insulas, quæ ad eam orbis terrarum partem attinent, quæque Occidentis Patriarchatus fines non attingunt, ne Patriarchales fines egressus in Pontificios agros falcem videar immittere.

§. III. Quod vero spectat ad Metropolitarum Ordinationes, Appellationesque, in tanta itinerum longinquitate, ac viarum difficultate satis suo juri consultum esse putavit Patriarcha Romanus, si crearet Primates sui juris Vicarios, qui sui vice fungerentur, Metropolitas ordinarent, Appellationesque susciperent.

§. IV. Quid de sacris tabulis loquar, in quas Summi Pontificis, Patriarcharum, propriique Episcopi nomina erant referenda? Cum in Occidentalibus Ecclesiis unius Summi Pontificis, propriique Episcopi, nullius autem Patriarchæ nomen e sacris Diptychis recitari solitum unquam fuerit, dicendum profecto aut Occidentales Ecclesias carere Patriarcha, aut Romanum Episcopum Occidentalium om-

omnium Ecclesiarum & Pontificem esse & Patriarcham.

§. V. Ad Pallium, & Stauropegium quod attinet, nemo sane præter Episcopum Romanum in cunctis Occidentis Diœcesibus hoc jure usus est. Ipse unus Primatibus omnibus, ac Metropolitis, qui in Italia, Galliis, Hispaniis, Britannia, Illyrico, Africa floruerunt, Pallia semper concessit; ipse unus in Occidente Ecclesias ab Episcoporum jurisdictione exemit, cum tamen in Oriente alii Patriarchæ suis Metropolitis Pallia concederent, ac loca multa Episcoporum Jurisdictioni subducerent.

§. VI. Nemo autem ignorat, quantopere in Universa quidem Ecclesia, sed præcipue in Occidentali laborarint Pontifices Maximi, ut Ecclesiasticorum Canonum cultum alerent, foverentque, quam sæpe Metropolitas, Episcoposque maximorum criminum reos, cujates tandem essent, ad suum tribunal pertraxerint, utque semper & difficillimarum rerum deliberationes, & gravissimorum criminum absolutiones ab sese petendas esse unde unde voluerint, ita ut Romanus Episcopus non solum Pontificias, sed etiam Patriarchicas partes explesse dicendus sit.

§. VII. Venio ad Plenaria Concilia, in quibus solidus Occidens, seu Universa Occidentalis Ecclesia collecta se se nobis præbet conspiciendam. Quis hisce Conciliis præfuit? Quis, nisi Patriarcha Romanus? Mitto Concilia, quæ Romæ habita fuerunt a Victore I adversus Quartadecimanos anno 198, ab S. Cornelio anno 254 adversus Novatianum, & ad Lapsorum causam finiendam a Sancto Damaso anno 314. Unam Arelatensem Synodum celebratam adversus Donatistas anno 314 in medium profero, *qua nulla unquam*, ut Sirmondi verbis utar (apud Labbeum *Tom. I Concil. p.* 1433) *sive spectentur Episcopi, qui ad eam convenere, sive res in ea gestæ, post Œcumenicas nulla habita est illustrior*. Interfuere Universi propemodum Occidentalis Ecclesiæ, Episcopi, præfuit per suos Legatos S. Silvester I, accepitque epistolam a Patribus rogantibus, ut Decreta confirmaret. (Vid. Nat. Alex. *in sæcul. IV, Diss. IV*, Baron. *ad ann.* 314, §. 51, 57, 68.)

Quæ cum ita sint, quis Josepho Binghamo *O. E. L. IX, c.* 1, §. 9, & Guilielmo Caveo (Anc. Church Govern. *c. V, pag.* 256.) non stomachetur, qui omnem Romani Patriarchæ potestatem vel intra centesimum ab Urbe lapidem, vel intra decem Urbicarias provincias concludunt? Hosce ego homines, ne ultra propositos mihi fines opus tendam, Natali Alexandro (*a*) in disciplinam dabo.

AP-

(a) Vid. Natal. Alexand. in *sæc. IV, Diss.* 20, *pag.* 569. Objicies verba Canonis Nicæni 6, secundum versionem, aut expositionem Ruffini *lib.* 1 *Historiæ Ecclesiasticæ, cap.* 6: *Et ut apud Alexandriam, & in Urbe Roma vetusta consuetudo servetur, ut vel ille Ægypti, vel hic Suburbicariarum Ecclesiarum solicitudinem gerat*. Itaque Romani Episcopi Patriarchica Auctoritas intra Ecclesias Suburbicarias, idest, centum & mille passibus Roma distantes, vel saltem intra decem Provincias Urbis Vicario addictas, Nicæni Concilii 6 Canone coarctatur.

Probatur consequens. Suburbanæ enim, sive Suburbicariæ Provinciæ dicebantur, quæ erant

erant in Præfecturæ Urbanæ potestate & clientela, & quibus Præfectus Urbi jus dicebat, ut colligitur ex *L. 13 C. Theodos. De Accusat.* qua Imperatores Valens, Gratianus, & Valentinianus sic decernunt: *Referant autem de Suburbanis Provinciis Judices ad Præfecturas Sedis Urbanæ, de cæteris ad Præfecturam Prætorii*. Præfectus autem Urbis ultra centesimum ab Urbe lapidem jus non dicebat. Sed esto, latius pateat hujus nominis, *Suburbicarium*, potestas & significatio; saltem intra decem Provincias, quas Urbis Romæ Vicarius sub Præfecto Prætorio regebat, coercebitur. Id colligo ex *L. unica C. Theodos. Si per obrept.* ad Probum Præfectum Prætorio Italiæ data, qua Imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodosius mandant, ut Edictum suum de irritandis privilegiis per obreptionem impetratis, in Provinciis sibi subjectis observet. *Sinceritas*, inquiunt, *tua idipsum per omnem Italiam, tum etiam per Urbicarias, Africanasque regiones, ac per omne Illyricum, prælata oraculi hujus auctoritate firmabit*. Hac in lege Italiæ Præfectura quatuor in partes distribuitur, quas Præfectus per quatuor Vicarios regebat; scilicet Diœcesim Illyrici, Diœcesim Africæ, & Diœcesim Italiæ, duas rursus in partes sectam: quarum una Urbicariis Provinciis continebatur, a Præfecto Prætorio per Urbis Vicarium administratis; altera reliquis Italiæ Provinciis constabat. Itaque Urbicariæ Provinciæ dictæ sunt, quæ Urbis Vicario parebant, & Suburbicariæ Ecclesiæ, quæ his Provinciis continerentur. Hæ porro Provinciæ decem erant, quas Imperii Notitia recenset, nimirum *Campania*, *Tuscia & Umbria*, *Picenum Suburbicarium*, *Sicilia*, *Apulia & Calabria*, *Brutii & Lucania*, *Samnium*, *Sardinia*, *Corsica*, *Valeria*. Cum igitur Episcopus Romanus suburbicariarum dumtaxat Ecclesiarum curam gereret, ut constat ex Nicæno Canone, secundum versionem Rufini, sequitur ejus auctoritatem vel intra centesimum ab Urbe lapidem, vel intra decem Provincias Urbis Romæ Vicario subditas fuisse coarctatam.

Respondeo, nego consequens. Non solum enim Patriarchatus Romani Episcopi, sed nec ejus Metropolitica Dignitas, regionum ab Urbe Roma centesimo lapide distantium finibus concludebatur, ipso Ruffini ævo, ut constat ex veteri Notitia Vaticana, quam exhibet Eminentissimus Annalium Parens ad annum 1057, in qua sexaginta novem Episcopatus recensentur, ex quibus Romana Provincia conflata erat: qui quidem non solum Latinam regionem, seu Campaniam recentiorem, ad Sinuessam, Marsos, seu Valeriam, Picenum, & Tusciam suburbicariam complectebantur; sed etiam Tusciam Annonariam, Umbriam, & Picenum Annonarium. Quas regiones Notitia illa vetus *Marchiam Umbriæ* vocat. Quæ sententia confirmatur insigni loco Epistolæ Synodicæ Concilii Sardicensis, & altero Sancti Athanasii in Epistola ad Solitariam Vitam agentes: ubi earum Provinciarum Episcopi, qui Athanasio communicabant, recensentur, scilicet Romæ, Italiæ, Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ & cæterarum per Occidentem & Orientem Provinciarum. Viden Romanæ Provinciæ circumscriptos limites ad normam veteris Notitiæ Vaticanæ? Hinc eam coercet Italia, inde Campania Felix & Capuana.

Hoc posito, fatentur Viri quidam Eruditi, Ruffinum Suburbicariarum Ecclesiarum nomine eas intellexisse, quæ decem Provinciis Urbicariis continebantur; & Alexandrinum Episcopum cum Romano composuisse quoad jus Patriarchicum, quod ille per Ægyptum exercebat, sicut iste in Suburbicariis Ecclesiis, idest quæ decem Provinciis supra recensitis continebantur. Non quod Patriarchicam Romani Episcopi Auctoritatem, & multo minus Pontificiam his coerceri Provinciis Ruffinus existimaret; sed quia videbat non eadem ratione illam exercere & explicare in cæteris Provinciis Occidentis, sicut in Suburbicariis. In his enim vero consecrabat Episcopos, Synodos convocabat, majoribus de causis judicium ferebat: in cæteris autem Provinciis, quamvis idem jus obtineret, non tamen illud eodem modo, & in omnibus, & semper exercebat; sed plura permittebat consuetudinibus Ecclesiarum. Sensus itaque Nicæni Canonis, secundum expositionem Ruffini, is est: Episcopus Alexandrinus curam gerat Ægypti, seu totam Diœcesim Ægyptiacam administret, Ordinationes Episcoporum celebrando, convocando Synodos, majores causas discutiendo, omnia denique Patriarchica munia obeundo, sicut in Suburbicariis Ecclesiis, id est quæ decem Provinciis Urbis Vicario subditis continentur, *hæc*

om-

omnia præstat Romanus Episcopus. Comparationem porro hoc modo coercuit Ruffinus, quia Romanus Episcopus ampliori jure quam Patriarchæ cæteri, fruebatur. Nam & plures, majoresque Diœceses tenebat, ut cum Synodi Arelatensis primæ Patribus loquar; & totius gerebat Ecclesiæ principatum: in quibus duobus capitibus Patriarcham Alexandrinum Romano cum Episcopo Ruffinus merito non censuit componendum; sed in ea dumtaxat potestate quam Suburbicariis in Ecclesiis exercebat. Sic Nicænum Canonem ad mentem Ruffini explicat Illustrissimus & eruditus Archiepiscopus Petrus de Marca, *lib.* 1 *De Concordia Sacerdotii & Imperii*, *c.* 7.

Paulo aliter hunc Canonem explicat ad Ruffini mentem Eminentissimus Annalium Parens, licet ab hac interpretatione prorsus non abludat. Notat itaque regiones Suburbicarias non eas tantum dictas esse, quæ prope Urbem positæ essent; sed complures etiam tam in Italia, quam extra Italiam sitas: quo sensu Julianus Imperator ad Taurum rescribens, *lib.* 9 *De extraord. Muner.* C. Theodos. ait: *Non enim per Italiam tantum, sed etiam per Urbicarias regiones, & Siciliam, patrimonialium & emphyteuticorum fundorum vires servandas esse perspeximus*. Notat secundo, intra Italiam Suburbicarias regiones esse nominatas Picenum & Tusciam. Hinc Honorius & Theodosius Imperatores, *l.* 12 Cod. Theodos. *De indulgent. debitor.* ajunt: *Picenum, & Tusciam Suburbicarias regiones, septimam tributorum jubemus agnoscere*. Valentinianus etiam Picenum Suburbium nominat, *l.* 9 Cod. Theodos. *De annona, & tribut.* Notat tertio, Suburbicarias Provincias dictas esse, quæ certo pacto Urbi obstrictæ essent, in eamque certis temporibus annonam conferre tenerentur. Hinc *Urbicarium Canonem*, qui & frumentarius Canon, in jure dici notat, *l.* 11 Codicis Theodosiani. Regiones itaque Suburbicariæ forsan dictæ sunt, quod deficientibus regionibus Urbis, ipsi annonam subministrarent, ut etiam notat Pancirolus *Commentario in Notitiam Imperii*. Hinc colligit Annalium Parens, Suburbicarias Ecclesias a Ruffino dictas esse, quæ Romanæ Diœcesi singulariter addictæ essent, ac subjectæ, ita ut Alexandrinus Episcopus eodem jure universas Ægypti, Libyæ, ac Pentapoleos Ecclesias administrare posset, quo Romanus supradictas Ecclesias jure Patriarchico regebat.

In eumdem ferme sensum recidit Illustrissimi, & doctissimi Cardinalis Perronii explicatio. Notat ille nomen antonomasticum *Urbis*, Romanæ civitati duplici ratione tributum. Primo ut eo nomine a reliquis civitatibus Imperio subditis distingueretur. Hinc S. Cyprianus, *Epistola* 40 Clericos Romanos *Clericos Urbanos* vocat: & Concilium Arelatense *Canone* 18 Diaconos Romanæ Ecclesiæ *Diaconos Urbicos* appellat: & Optatus Milevitanus, *lib.* 1 *Contra Parmenianum*, Zephirinum Pontificem nominat *Zephirinum Urbicum*. Isque loquendi modus usurpatus fuit ad significandam Urbis eminentiam, cum qua compositæ urbes cæteræ, pagorum instar & villarum haberentur. Secundo, antonomastica illa urbis nomenclatio civitatem Romanam ab illis potissimum urbibus secernebat, quæ Romanæ Præfecturæ subjacebant: quæ Romana, seu urbica Præfectura ad centesimum dumtaxat ab urbe lapidem porrigebatur. Quemadmodum itaque nomen istud, *Urbs*, ut Romanam civitatem significans, duplicem exprimebat relationem; unam ad territorium imperiale; alteram ad territorium municipale urbis Romæ: ita nomen istud, *Suburbicariæ regiones*, spectata etymologia, duplex obtinebat significatum: commune unum, quod civitates universas in territorio Imperiali urbis Romæ positas designabat, quas veteres uno *Romaniæ* nomine complectebantur: quo sensu S. Athanasius in *Epistola ad solitarios* Romam nuncupat *Sedem Apostolicam, & totius Romaniæ Metropolim*. Alterum istius complexæ vocis significatum singulare, & Jurisperitis familiarius erat, quo eas dumtaxat civitates significabat, quæ in territorio municipali urbis Romæ positæ essent, quæ Suburbicariæ vocabantur, ut hoc nomine distinguerentur ab urbibus, quæ Præfecto Prætorio Italiæ, cujus sedes erat Mediolanum, subjacebant. Primo itaque, non secundo sensu, Ecclesias Suburbicarias Ruffinus intellexit: unde hic, ad ejus mentem, Nicæni sensus Canonis est: Alexandrinus Episcopus totam Diœcesim Ægyptiacam eadem auctoritate regat, qua Romanus omnes Ecclesias Imperio urbis Romæ subditas.

r Ruffini mentem non longe dissimili modo explicat Morinus Congregationis Oratorii Presbyter, *l.* 1 *Exercitationum Ecclesiasticarum*, *Exercitatione* 30, ubi Ecclesias Suburbicarias, omnes Occidentis Ecclesias interpretatur. Quod acu quisque tanget, si cum eruditissimo viro animadvertat, ab Augusto Cæsare ad usque Constantini Magni Imperium, universum orbem Suburbicarium fuisse, id est Urbis Romæ potestati & moderamini subditum. Nulla enim civitas tunc temporis divisum habuit cum Roma Imperium. Postquam vero Constantinopolim condidit Constantinus, divisum cum Roma Imperium Byzantium accepit, & exinde Constantinopolis *Regia Civitas*, *& nova Roma*, *& Civitas imperans*, vocata est. Hæc vero Imperii Romani bipartita distinctio maxime enituit sub Constantini filiis, quos inter Imperium divisum est: denique sub Valentiniano, & Valente fratribus: tertio sub Valentiniano II & Theodosio Seniore: postea sub Arcadio & Honorio, quibus imperantibus Ruffinus scribebat. Eo itaque ævo Romanum Imperium in duos orbes separatum erat, Orientalem, & Occidentalem. Orientalis caput Constantinopolis: Occidentalis Roma est. Unde antiqua Roma de Constantinopoli dicens inducitur apud Claudianum:

Cum subito par Roma mihi, divisaque sumpsit
Æquales Aurora togas.

Suburbicarius igitur ætate Ruffini totus orbis esse desierat, idest Urbi Romæ subditus & mancipatus. Tunc Occidens suburbicarius erat, id est, Romæ Imperio addictus. Suburbicariæ igitur Ecclesiæ nihil aliud sunt Ruffino, quam Occidentales Ecclesiæ, ex quibus Romanus Patriarchatus coalescit. Quamobrem Nicæni Canonis, secundum expositionem Ruffini, sensus iste est: Alexandrinus Episcopus Patriarchica per totam Diœcesim Ægyptiacam jura exerceat, juxta mores antiquos, sicut Romanus Episcopus omnes Occidentis Ecclesias auctoritate Patriarchica administrat.

Eodem sensu Ruffini expositionem intelligit doctissimus Valesius. Per Suburbicarias Ecclesias, inquit, intelligit Ruffinus eas quæ sunt sub Episcopo Urbis Romæ. Nam Suburbicariæ Ecclesiæ eodem modo dicuntur, quo Suburbicariæ Provinciæ. Ut ergo Suburbicariæ Provinciæ appellantur, quæ erant sub Vicario Urbis Romæ; sic Ecclesiæ Suburbicariæ dicuntur a Ruffino, quæcumque subjacebant Episcopo Urbis Romæ. Et quemadmodum Provinciæ Suburbicariæ peculiarem constituebant Diœcesim Vicarii Urbis Romæ: ita Ecclesiæ Suburbicariæ Diœcesim constituunt Episcopi Romani. Verum qui fuerint termini hujus Diœceseos temporibus Concilii Nicæni, haud facile fuerit affirmare. Tutissimum tamen mihi videntur sequi sententiam Græcorum interpretum, qui Romano Patriarchæ universum Occidentem adscribunt. Hæc Valesius.

Frustra itaque Hæterodoxi Ruffinianam sexti Canonis Nicæni expositionem arripiunt, eaque abutuntur ad Romani Episcopi auctoritatem seu Patriarchicam, seu Pontificiam, impugnandam: perperamque ex Nicæno Canone a Ruffino interpolato colligunt, Pontificis Maximi auctoritatem intra centesimum ab Urbe lapidem coerceri: Græcis schismaticis hac in causa iniquiores, qui solidum saltem Occidentem Romano Episcopo adscribunt. Sic Zonaras in Canonem VI Concilii Nicæni, *Antiquas*, inquit, *consuetudines*, *quod aliis quoque posterioribus Canonum*, *legumque civilium decretis cautum est*, *retineri vult Canon. Alexandrinum igitur Episcopum iis qui in Ægypto*, *Libya*, *ac Pentapoli sunt*, *præsidere: Antiochenum subjectis sibi Provinciis*, *Syriæ nimirum*, *Cælesyriæ*, *Ciliciæ utrique*, *Mesopotamiæ*: *ac alios Episcopos*, *suis quemque regionibus*: *quemadmodum & Ecclesiæ Romanæ Præses in Occidentales Provincias Principatum diuturna consuetudine obtinet*, *præesse jubet*.

Sic Nilus *lib. II De Primatu Papæ*, recensito VI Canone Nicæno ait: *Audis*, *quo pacto veterum Patrum decreta Canon amplectenda esse censeat*, *qui singulis Ecclesiis prærogativas tribuerunt*: *ut nimirum aliæ gentes Alexandrino subjectæ essent*, *aliæ Antiocheno*: *quæcumque videlicet Syriam*, *& utramque Ciliciam incolunt*, *& Cælesyriam*, *& Mesopotamiam*: *quodque Romano Episcopo hoc datum est*, *ut Occidentalibus præsit*.

Sic

Sic ante Nilum Balsamon Patriarcha Antiochenus hæc verba Nicæni Canonis VI, *Quoniam Episcopo Romano parilis mos est*, interpretatur: *Quoniam Episcopus Romanus præest Occidentalibus Provinciis*.

R. secundo, nullam expositionis Ruffini, quæ verius Nicæni Canonis interpolatio quam versio & fidelis interpretatio est, habendam esse rationem: cui enim non sit merito suspectus Auctor, cui odium in Romanam Ecclesiam, inscitia insuper, & in interpolandis auctoribus projecta audacia & temeritas, fidem omnem derogant? Exclusus erat a communione Ecclesiæ Romanæ Ruffinus per Anastasium Pont. Maxim. antequam suam conscriberet Historiam. Ad illud enim Opus se non accinxit ante irruptionem Alarici in Italiam, id est Innocentio I Pontifice, qui Anastasio successit. *De Ruffino* (inquit, Anastasius *in Epist. ad Joannem Hierosolymit.*) *scito quod propria mente Origenis dicta in Latinum transtulit, ac probavit, nec dissimilis est ab eo qui alienis vitiis præstat assensum. Illud tamen scire cupio, ita haberi a nostris partibus alienum, ut quid agat, ubi sit, nescire cupiamus. Ipse denique viderit ubi possit absolvi*. De eodem scribit S. Hieronymus *Apologia* 2 contra Ruffinum: *Contra Sacerdotes Ecclesiæ disputans, a quibus indignus communione ejus fuerat judicatus, hæc intulit*. Nec perduellio solum, sed & ignorantia fidem in quibusdam Ruffino derogat, ubi maxime interpretem agit. Inscitiam certe ipsius prodit quod ex Jacobo Episcopo Hierosolymorum, Jacobum facit Episcopum Apostolorum. Quod ex Greco nomine μακάριος quod *beatum* significat, S. Macarium fabricetur. 2 Quod ex Eusebio Pamphili Episcopo Ariano, Pamphilum Martyrem. 3 Ex Sixto Philosopho ethnico, Sixtum Pontificem & Martyrem. 4 Quod Quæstionem & querimoniam pro eodem usurpet. 5 Quod Chorepiscopum, vacantem Episcopatum interpretatur. Præter alia sexcenta, quæ hominis ineptiam & stoliditatem produnt: quæ S. Hieronymum movit ut de ipso diceret, *Ipsum docere quod nesciat, scribere quod ignoret. Ipsum tam putide & confuse loqui, ut plus in reprehendendo laboraret Hieronymus, quam ipse in scribendo Ruffinus*, de quo idem Hieronymus ironice ait: *Tantam habes Græci Latinique sermonis scientiam, ut & Græci te Latinum, & Latini te Græcum putent*: cujus elocutionem *sordidissimam* vocat: quem non solum *solæcistam* ac *barbarum*, sed *mendacem*, *subdolum*, *impudentem*, se convicturum spondet. Et sane barbariem Ruffini satis demonstrat vel illa Canonis 6 Nicæni interpretatio: *Apud Alexandriam, & in Urbe Roma vetusta consuetudo servetur, ut ille Ægypti, vel hic Suburbicariarum Ecclesiarum solicitudinem gerat*. Quodnam enim vero hac in periodo orationis lumen est? Ad quam referuntur ista pronomina, *hic* & *ille*? Quem sensum reddit illa disjunctiva, *vel hic*? Abstrusum plane & ineptum: adeo ut interpretationis occasione de Ruffino dici possit, quod dixit S. Hieronymus, Apologia I: *Ego scripta tua relegens, quamquam interdum non intelligam quid loquaris, & Heraclitum me legere putem; tamen non doleo, nec pœnitet tarditatis, id enim in legendo patior, quod tu pateris in scribendo*.

Denique nota Ruffini temeritas omnem ipsi derogat in versionibus fidem. Irreligiosus sane & infidelis interpres Ruffinus, qui Auctores vertendo interpolavit. Id abunde probat illa S. Hieronymi in ipsum animadversio occasione translati Origenis. *Nulli nunc invidiæ subjaceres, si tu translationis servasses fidem. Mihi necessitas non fuisset interpretationem falsam vera interpretatione subvertere. Novit conscientia tua quæ addideris, quæ subtraxeris, quæ in utramque partem, ut tibi visum fuerit, immutaris*.

Sed ne extra Canones Nicænos excurramus, multa in ipsis omisit, addidit, interpolavit pessimus interpres: quorum ecce tibi specimen. In sexto Canone Antiocheni Patriarchæ, cæterarumque Ecclesiarum jura & privilegia confirmantur his verbis: *Similiter autem & apud Antiochiam cæterasque Provincias, suis privilegia serventur Ecclesiis*. Qua de re nulla mentio apud Ruffinum occurrit. Canone 20 sancitum est ut die Dominico & quotidie a Paschate adusque Pentecostem Christiani stantes orent. *Quoniam*, inquit, *sunt quidam in die Dominico genua flectentes, & in diebus Pentecostes: ut omnia in universis locis consonanter observentur, placuit sancto Concilio*,

lio, stantes Domino vota persolvere. Cujus Canonis ne umbra quidem apparet apud Ruffinum. Canonem nonum sic reddit: *Et si qui forte indiscrete ad Sacerdotium provecti, postmodum vel ipsi, aliquid de se criminosum confessi sunt, vel ab aliis revicti, ut abjiciantur*. Sed non est assecutus Nicæni Canonis sensum, qui de confessione criminum ante Ordinationem facta, cum in mores Clericorum inquireretur, intelligendus est, ut constat ex Versione Dionysii Exigui. *Si qui Presbyteri sine examine sunt provecti, vel cum discuterentur, peccata sua confessi sunt & homines contra Canones commoti, manus confessis imponere tentaverunt; tales regula non admittit, quia quod irreprehensibile est, Catholica defendit Ecclesia*. Denique quod de solis Paulianistarum Diaconissis Canone 19 sancitum est, ipsas modis omnibus inter Laicas deputandas esse, ad omnes Diaconissas Ruffinus extendit. Ex quibus omnibus colligendum est, nullam fidem adhibendam esse Ruffino, Canonem VI Nicænum interpolanti potius, quam ingenue transferenti, & accurate exponenti.

FINIS JURIS PATRIARCHICI.

A P-

APPENDIX.

Ecclesiæ novi Orbis (*a*).

Nullius Patriarchatus.

Ecclesia Goana vulgo *Goa* (*b*).

Cho-

(a) Sæculo decimo quinto exeunte ab Alexandro VI Pont. Max. Hispanis, Lusitanisque America ita est attributa, ut hortatus eos majorem in modum fuerit, ne insularum, continentisque incolas in rerum divinarum ignoratione manere finerent. Vide constitutionem; quæ incipit: *Inter cætera*, *tomo I Bullar. Cherubini pag.* 466, & apud Bzovium *ad an.* 492, *num. XX*. „ Hortamur „ vos quam plurimum in Domino, & per „ sacri Lavacri susceptionem, qua mandatis „ Apostolicis obligati estis, & viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi attente „ requirimus, ut cum expeditionem hujusmodi omnino prosequi, & assumere proba „ mente Orthodoxæ fidei zelo intendatis, populos in hujusmodi insulis, & terris degentes ad Christianam religionem suscipiendam „ inducere velitis, & debeatis, nec pericula, nec labores ullo umquam tempore vos „ deterreant, firma spe, fiduciaque conceptis, „ quod Deus omnipotens conatus vestros feliciter prosequetur. "

Joannes Melendesius Ord. Præd. *In Thesaur. Verd. de las Indias*. Hispanice edito Romæ an. 1681, *lib.* 1, *cap.* 1, *pag.* 4. „ Los „ premeros Sacerdotes, *inquit*, y Ministros „ Apostolicos, quæ passaron con Colon fueron los Religiosos de nuestro Seraphico „ Padre S. Francisco, que trajan por caudillo para la conquista espiritual de tan grandiosos Imperios, al M. R. P. Fray Ivan „ Perez de Marchena Guardian que era, o „ avia sido del Convento de la Rabida de la „ Provincia d' Andalucia. A 11 del mes de „ Ottobre del mismo anno (1492.) con general alegria de la armada descubrieron una ysla de los Lucayos llamada Guanhani „ &c. " subjungit: „ Iomò possession per el „ Papa, y por la Yglesia en una, que hizo „ de ramos, y pagas . . . en que dixo missa, y puso el Santissimo Sacramento, y „ fue la primera de todas las Yglesias de las „ Indias. " Vide Franciscum Gonzagam Ord. Min. *IV parte Hist. Generalis*, Wadingum *ad an.* 1492, *n.* 1, *seqq. tom. XV*, nov. edit. *pag.* 1, *seqq.* & *cap. II*, *pag.* 10. Melendesius de Dominicanis, inter quos Dominicus de Mendoza primas obtinebat, loquens „ Estos quattro religiosos, *inquit*, „ truxeron la Orden de Predicadores a la „ Ysla de Santo Domingo, desde donde se „ fue comunicado a todas las demas Yslas, „ y partes de tierra Firme de todo a quel „ nuevo mundo, y fue suentrada en la Ysla „ por el mes de Septiembre 1510 diez, y „ ocho annos despues del primer descubrimiento. " Quæ autem commoda intulerint primum in Insulas, tum in continentis septentrionales, ac meridionales partes cognosci poterit ex eodem Melendesio *ibid. cap. III*, *pag.* 14, *seq.* quo quidem capite sic habet „ Passa la religion de nuestro glorioso „ P. S. Domingo de Yslas a tierra Firme. " Herrera *Hist. Ind. Occid. dec.* 1, *lib.* 1, *cap. VII*, *seqq.* Bartholomæus de las Casa Ord. Præd. *Hist. Destruction. Ind. Occident.* Antonio de Remezal *Hist. de Chiapa*, *y Guatemala de la Orden de Predicadores lib. II*, *seq.* &c. aliique.

(b) Orrius *ibid. pag.* 107. „ Goa solamente città bella, e popolata con Ciaul, „ Barrino, Damano, e Diri piccioli Contadi assai vicini colle Isole di Macao, sono „ rimasi sotto il dominio già vasto di Portogallo. Sta in Goa l' Arcivescovo con „ gran

Chochinensis vulgo *Cochin*.

Ma-

„ gran Capitolo, e Clero &c. " Joh. Alb. Fabricius *l. c. cap. XLII, pag.* 698. „ Caput Ditionum Juris Lusitanici in Asia est expugnata ab Albukerkio a.1508, & ab an.1540, Sedes Archiepiscopi Metropolitani. Præter summum Vicarium Episcopum Goæ versantem quatuor suffraganeos sub se habet Episcopos Cochinensem, Meliaporensem, Malacensem & Macaitanum (quintus enim Nangasachiensis in Insulis Japoniæ, post Lusitanos Japonia ejectos, esse desiit) Angamalensem præterea Archiepiscopum &c. " Hæc ille. Episcoporum Meliaporensium seriem describit Raulinus *Diss. V in Hist. Syn. Diamper. pag.* 449, & Antonius Cajetanus de Sousa initio *Commentariorum Acad. reg. Ulyssip. an.* 1722, qui eodem etiam volumine seriem texit Cochinensium, & Macaensium. Sed de laboribus Ordinum religiosorum in Indiis Orientalibus, imprimisque Sanctissimi viri Francisci Xaverii adeundi Petrus Maffejus Bergomas, *Historiar. Indicar. edit. an.* 1589, Franciscus Xaverius ipse in Epistolis apud Maffejum in extremo eodem volumine, & apud Tursellinum *in fine volum. de vita, & rebus gestis Francisci Xaverii edit. an.* 1596, *Histor. Philipp. Provinciæ Dominicanor.* Petrus Jarricus S. J. *Hist. des Choses les plus memorables avenues tant en Indes Orientales qu' aux autres pais de la decouverte de Portugais &c. edit. an.* 1610, Ludovicus Gusmanus S. J. *Hist. de las Missiones que han hecho los religiosos de la Compania de Jesus en la India Oriental. &c. edit. an.* 1601, Christianus Suaresius de Figueroa *relat. de las cosas, que hisieron los Padres de la Compania por las partes de Orient. edit. an.* 1614, Marcellus Ribadeneira Franciscanus *Hist. de las Islas, de la gran China, Tartaria, Cochinchina, Siam, Camboxa, y Iapan, y de lo succedido en ellos a los religiosos descalcos de la Orden del Serafhico Padre S. Francisco de la Prov. de S. Gregorio de las Philipinas edit. an.* 1601, Epistolæ *Cosmi Turriani, S. J. an.* 1551, *de rebus Indicis, & Gasparis Vilela S. J. an.* 1554, Hanuardi de Cameren *Epistolarum Japonicarum collectio de multorum in variis Insulis Gentilium ad Christi fidem conversione, adjunctis Epistolis Asiaticis de Tartarorum Imperio, Religione, & Moribus an.* 1569, Martinus Ignatius Franciscanus *Itiner. in Ind. Occident. & Orient. an.* 1584, Joannes Baptista Perussius Soc. J. *Historica Narrat. de rege Mogol. & Regnor. Japon. convers. an.* 1597, Nicolaus Pimenta S. J. *De rebus gestis in India Orient. a PP. Soc. Jes. an.* 1598, & 1599, *edit. an.* 1601. Joannes de Lucena *Hist. & vit. Fran. Xaver. & de rebus Gest. alior. religiosor. Soc. J. edit. an.* 1613, Emanuel Faria de Sousa *Asia Portuguesa edit. an.* 1666, Joannes de Barros *decadib. de Asia vol.* 3, *edit. an.* 1628, Didacus de Cuto *decadib. de Asia, edit. an.* 1619, Joannes Vayus Soc. Jesu *Collect. Epist. de Rebus Japonicis, Indicis &c. edit. Antuerp. an.* 1605. Mitto cæteros, quos numerat Fabricius in lib. qui *de Salut. Evangelii Luce* inscribitur, Joannes Baptista Machatus S. J. *Gesta a PP. S. J. in regno Tibert., & Siam edit. Parisien.* Michael Angelus Lualdus *l' India Orientale soggetta al Vangelo, edit. Rom. an.* 1653. Utinam a S. Congregatione de Propaganda Fide negotium conscribendæ Historiæ Missionum daretur. Quot inde commoda pararet respublica populi Christiani! Id fortasse aliquando fiet. Sed tempore.

(c)

Malacensis vulgo *Malacca* (c).

Macaonensis vulgo *Macao* (d).

Me-

(c) De Javis Insulis consule præter Scriptores Lusitanos, Petrum Maffejum Soc. J. *Historiar. Indicar. lib. V, pag. 82, seqq. edit. an.* 1589, *& l. X, pag.* 171, *seqq.* ubi quid actum in iis a præconibus religionis fuerit, narrat. Quæ vero gesta deinde a Batavis sint, ostendit Cerrius *l. c. pag.* 106. „ Avendo, *inquit*, preso piede la Compagnia di Olanda nella Java „ maggiore, & ivi fondata la Città, e fortezza di Batavia, . . . facendosi anche „ Signora delle Isole Moluche, acquistò nel „ 1632 la città di Malaca, e poi la Isola „ di Ceilan, quindi scorrendo alla costa di „ Coromandel, soggiogò molti altri luoghi „ ne' Regni di Biznaga, e Meliapor, tutto „ togliendo alla Corona di Portogallo, anzi „ accostandosi a Goa del 1672, s'impadronì „ del capo di Comorino, della costa di Travancor, di Cranganor, Poliporto, Cavaton, e della famosa Città di Coccino, facendosi in somma padrona quasi assoluta „ di tutta la India Orientale con tanto potere, ricchezza, e Vascelli, che si rende impossibile il togliere questo possesso, se non „ si soggioga tutta la Olanda. E' però vero, che il Re di Danimarca ha nella detta costa di Coromandel una fortezza „ chiamata Iringabar, e il Re d'Inghilterra „ ve ne possiede un' altra nominata Madraspatan, dove stanno i Cappuccini Francesi assai ben veduti dal Governatore . . . „ Da questa gran perdita de' Portoghesi, „ ne seguitò lo stato miserabile di quella Cristianità, avendovi gli Olandesi „ distrutte, e profanate le Chiese, convertiti in usi mondani i sacri vasi, e vilipese le S. Imagini, e le reliquie, discacciando con bandi rigorosi tutti i Sacerdoti, e particolarmente i Gesuiti: onde senza il consenso loro è impossibile mantenere, non che propagare la Fede Cattolica „ in questi vasti paesi, dove al tempo de' „ Portoghesi si professava con ogni libertà. " Pulsis nostris, Protestantes conati sunt Insulanos ad suam *reformationem* pertrahere, idque jam multis partibus obtinuerunt. Nam ita est a Jacobo Vischero scriptum *tom. III Bibl. Hist. Theol. Bremens. pag.* 954, *seq. & tom. V, pag.* 756. De statu Insulæ agunt Franciscus Michael Janiconius *Dans l'etat present de la rep. des Provinces unies, Hagæ Comit. edit. an.* 1729, & Auctores Itinerariorum *In recueil des Voyages, qui ont servi a l'etablissement, & au progres de la compagnie des Indes Orientales, edit. Amstel. an.* 1712.

(d) Variæ sunt Scriptorum, atque inter se diffidentes de his, qui primi omnium eam in regionem doctrinam Catholicam intulerunt, opiniones, aliis quidem eos e Societ. Jesu, aliis contra Dominicanos fuisse ajentibus. Qui pro Jesuitis pugnant, Matthæo Riccio id laudis esse tribuendum arbitrantur. Equidem Riccium exitu fere sæculi XVI in Sinensem regionem venisse, tam est exploratum, ut revocari in controversiam a nemine posse videatur. At medio fere sæculo XVI Gasparem a Cruce Dominicanum Sinensibus Christum annunciasse, librumque, cum in Lusitaniam revertisset, de suo ad Sinas itinere, & Apostolatu vulgasse, testata quoque res est. Scio nimium incolas pervicaces, obfirmatosque in errore, idque tandem obtinuisse, ut ille ex Imperio pelleretur. Verum negari non potest, quin ejus opera intelligi Catholicorum nomen in iis regionibus cœperit. Rursum anno 1590, Joan-

Meliaporensis seu Sancti Thomæ vulgo *San Thomè*.
Nangazachiensis vulgo *Nangazachi*.



Cran-

annes Castillius aliique Prædicatores experiri voluerunt, num tempus opportunum venisset, quo Sinenses pertinacia desisterent, Christoque assentirentur. At ubi portum tenuerunt, interrogati cujates essent, cum se ex Europa venisse, ut Christum incolis nunciarent, dixissent, ad Præfectum adducti, ejusque jussu in vincula conjecti, annoque post pulsi in exilium fuerunt. Atque omnium *Religiosorum* primus, qui Sinice loqui, atque explicare decreta Christianæ religionis Sinensibus potuit, qui in Philippinas Insulas appellere solerent, Johannes Cobosius Hispanus fuit. Sed qui primus Prædicatorum Ordinem in Sinensi Imperio circa an. 1630 constabilierit, Angelus Cocchius fuit Florentinus, qui cum ad Philippinas Insulas appulisset, cognomen a S. *Antonino* Florentinorum Archiepiscopo cœpit, & *Angelus a S. Antonino* est appellatus. Riccius autem, de quo supra demonstratum est, ante Cocchium venerat, atque una cum sociis, quibus poterat modis, Christianam religionem explicare, introducereque in Provincias cœperat. Rerum autem, quas ibidem gesserunt, cum Riccius idem certiores socios, qui in Europa degebant, fecisset, vulgatæ 1615 anno insequentibusque non Romæ solum, sed etiam alibi descriptiones fuerunt. Contra paullo indiligentiores initio fuere Dominicani. Sed post ubi ortæ sunt de ritibus Sinicis contentiones, quæ pertinebant ad Cocchium studio Navarretti primum, tum opera Aduartii, & Gonzalesii consignata sunt litteris, quorum alter est aggressus, alter absolvit Historiam Provinciæ Philippinæ Dominicanorum.

Jam vero ut Jesuitæ, ac Dominicani, ita aliorum quoque Ordinum alumni in Sinarum regionem vel ab suis, probantibus Romanis Pontificibus, vel a Sacra Congregatione de Propaganda-Fide missi contenderunt, communibusque studiis elaborarunt, ut magis magisque Ecclesiæ ibidem novæ conderentur, & quæ fundatæ fuerant constabilirentur, augerique majorem in modum possent.

Cranganorensis aut Angamelensis vulgo *Angamale* (e).

Me-

(e) Certius *pag.* 103. „ L' antichissima „ Cristianità fondata . . . nella terra de' Malavari, è sottoposta a' 21 Regoli, ne' Stati „ de' quali si trova divisa, e sparsa, essendo „ composta di 140 villaggj fra grandi, e piccoli, ove sono 127 Chiese co' loro Sacerdoti, che le offiziano al rito Soriano, e il „ numero de' Cristiani arriva a 200000, i „ quali sono molto divoti della Santa Croce, „ delle anime del Purgatorio, e del santo „ digiuno, e benchè sieno gente tutta de' boschi, e montagne, contuttociò riescono „ ottimi Cattolici, e molto obbedienti alla „ Chiesa Romana, e tal Cristianità fra quei „ Regoli è assai stimata, e gode molti privilegj. Nel tempo però passato caddero per „ mancanza di operaj nello Scisma di Nestorio, riconoscendo per loro Patriarca quello di Babilonia, da cui ricevevano i Vescovi, ed erano governati dispoticamente „ nello spirituale, onde essendo molti anni „ vissuti in questa eresia, Iddio li liberò ... „ mentre essendo stato fatto Arcivescovo di „ Goa Fra Alessio Menezes dell' Ordine di „ S. Agostino . . . . Prelato molto zelante „ delle anime, e dell' onor di Dio, vi andò „ in persona, e con infiniti travagli, spese, „ e patimenti, alla fine purgò quei popoli „ dall' errore, in cui miseramente giacevano, „ e li restituì al grembo di S. M. Chiesa... „ Essendo dunque la suddetta Cristianità ridotta totalmente alla obbedienza della Chiesa Romana, gli fu dato un Arcivescovo „ proprio, e vi furono mandati molti Padri „ della Compagnia, i quali l' hanno posseduta da 40 anni in circa, ma essendovi oltre la dignità Archiepiscopale anco la seconda con titolo di Arcidiacono, che ha „ l' ufficio di Vicario Generale, ed è sempre „ nazionale; l' ultimo molto ambizioso, ch' „ era sempre passato con poca corrispondenza col suo Arcivescovo Padre della Compagnia, essendo anche i Cristiani disgustati „ di detti Padri, non volle riconoscerlo più „ per suo pastore, e lo fece discacciare insieme con tutti i Gesuiti. Per maggiormente „ autenticare questa risoluzione in pubblica „ Chiesa . . . si fece giurare sopra un Crocefisso di non mai più riconoscerli in avvenire per loro pastori, e direttori, ed eleggere per Governatore, e Capo se medesimo. Anzi la cecità di quei popoli arrivò a tanto oltre, che si congregarono di „ nuovo tutti, e dodeci Sacerdoti principali „ consagrarono Vescovo il detto Arcidiacono, e per tale fu sempre tenuto, stimato, „ e riverito; ordinando, dispensando, e amministrando tutti i Sacramenti della Chiesa invalidamente . . . Onde i buoni Sacerdoti, e Cristiani obbedienti alla S. Sede „ ne diedero parte a Roma, e le lettere arrivarono in tempo di S. memoria d' Alessandro VII, nelle quali istantemente, e in „ ispecie dimandavano i PP. Carmelitani „ Scalzi, che furono loro con molta prestezza mandati per più vie con ample facoltà, „ e dopo molti travagli, e patimenti arrivarono a salvamento. Iddio restò molto servito, perchè riconosciuto il loro errore, „ la maggior parte della suddetta Cristianità „ di nuovo si ridusse alla obbedienza di S. „ Madre Chiesa, conforme si può vedere ne' „ due libri stampati in Roma da Monsign. „ Sebastiani (Josepho a S. Maria) oggi Vescovo di città di Castello, e nell' altro del „ P. Vincenzio Maria già Procuratore Generale dei Carmelitani Scalzi, che furono di „ persona in quelle parti; onde per far contrapposto ad detto intruso, ch' era uno de' „ principali di quella nazione, vi fu eletto „ col beneplacito Apostolico un Vescovo nazionale con facoltà di Vicario Apostolico, „ che coll' ajuto di detti Padri ha ivi fatti „ gran progressi; anzi ultimamente dalla Congregazione ne sono stati mandati quattro „ con facoltà di poter sostituire al detto Vescovo di Megara Vicario Apostolico il successore, per recidere ogni radice del perniciolo scisma, che dall' empio Arcidiacono, che s' intruse in quella Chiesa, fu suscitato. Si è avuta però pochi mesi sono „ certa notizia, che sia morto, onde si spera la unione di quei Cattolici, ch' erano „ in grandissima dissensione, e discordia. "

Mexicana vulgo *Messico* (*f*).
Antequarensis sive Quaxacanæ vulgo *Guaxaca*.



Me-

(f) Vide *hist. de la Conquista de la nueva Espanna* a Bernardo Diaz de Castillo editam Matriti an. 1632, Antonium de Solis *hist. Mexic.* ex Hispanico in Gallicum sermonem conversa, editaque *Parisiis an.* 1704, Franciscum Figueram S.J. *de Martyribus Mexicanis* Matriti *an.* 1617, *Noticias Historicas De las Conquistas de Tierra Firme en las Indias Occidentales Por el Padre Fray Pedro Simon Provincial de lo seraphico orden de S. Francisco edit. an.* 1637, Melendesium *Thesaur. verid. Indiar. tom.* 1, *l.* 1, *c. III*, *pag.* 15, *Historia de la fundacion, y discurso de la Provincia de S. Jago de Mexico, de la orden des Predicadores por las vidas de sus varones insignes, y cosas notables de nueva Espanna* por Augustin Davilla Padilla *edit. Bruxel. an.* 1625. In Mexicano autem Regno floruit *sec. XVI* Hispanus ille Gregorius Lopesius insignis anachoreta, cujus laudes non Hispani modo Ludovicus Granatensis, & Cardinalis Aguirnius, sed etiam Gallus Episcopus Meldensium Jacobus Benignus Bossuetius *in Apoc. num. XI*, *p.* 24, *edit. an.* 1689, celebrarunt

Mechoacana vulgo *Mechoacan*.

Taxcalensis sive Angelopolitanæ vulgo *Publa de los Angelos*.

Guatimalana vulgo *Guatimala*.

Meridæ vulgo *Merida*.

Chiappensis vulgo *Chiappe*.

Nicaraguæ vulgo *Nicaragua*.

Veræ Pacis vulgo *Vera paz*.

Durangi vulgo *Durango*.

Sanctæ Fidei de novo Mexico, vulgo *Santa Fè*.

Sancti Dominici vulgo *San Domingo* (g).



Con-

(g) De Insula S. Dominici Confer Herram *hist. de las Indias Occid. Dec.* 1, *lib. VII, cap. XII, pag.* 244, *seqq. tom.* 1, *edit. an.* 1601.

Conceptionis vulgo *la Conception de la Vega*.

Sancti Jacobi de Cuba vulgo *Sant-Jago de Cuba*.

Sancti Joannis de Portu divite *San Ivan de puerto ricco*.

Venetiolæ vulgo *Venezuela*.

Honduræ vulgo *Honduras*.

Limensis vulgo *Lima* (*h*).

Cuſ-

(h) Conſule Johannem Melendeſium *Teſor. Verdader. de las Yndias en la Hiſtoria de la gran Provincia de S. Juan Bautiſta del Perù de la Orden de Predicadores* opus diſtributum in volumina *in fol. tria* editum Romæ *an.* 1681, Levinum Apollonium *de Peruviæ regionis Inventione, & rebus in ea geſtis, edit. Antuerp. an.* 1567; Auguſtinum de Zarate *Hiſt. de la Decouverte, & de la Conquete de Perou* ex Hiſpanico *edit. Antuerp. an.* 1567, in Gallicum ſermonem tranſlato *edit. Amſtelod. an.* 1700, *& Paris. an.* 1706, Ignatium de Arbieto Soc. Jeſu *Hiſt. de la Provinc. del Perù*. Prodiit an. 1748. Matriti accuratiſſima *Relacion Hiſtorica del Viage a la America Meridional, hecho de Orden de S. Mag. para medir algunos grados de Meridiano terreſtre, y venir por ellos en conocimiento de la Verdadera figura, y magnitud de la tierra, con ortas varias obſervaciones aſtronomicas, y Phiſicas por Don Jorge Juan, Comendador de Aliaga, en el Orden de S. Juan, ſocio corriſpondiente de la Real Academia de las Ciencias de Paris, y Don Antonio de Ulloa, de la Real Sociedad de Londros ambos Capitanes de Fragata de la Real Armada*. Optandum tamen fuiſſet

Cuscensis vulgo *Cusco*.
Quitensis vulgo *Quito*.
Areguipæ vulgo *Areguipa*.
Tuxillensis vulgo *Truxillo*.
Gamangæ vulgo *Guamanga*.
Panamana vulgo *Panama*.

San-

set, ut qui de religiosis, qui aliquamdiu post introductam aliorum laboribus in Americam Meridionalem veram Religionem, eodem venerunt, & Christianorum nomen latius extendere curarunt, tanta cum laude loquuti sunt, iidem eorum meminissent, qui primi omnium tam longis itineribus susceptis, docere barbaros, eosque ad Christum colendum inducere cœperunt. Est illud opus in partes duas tributum, quarum utraque in totidem tomos dividitur.

Frezier *Relation du Voyage de la Mer du sud aux Cotes du Chile, du Perou, & du Bresil fait pendant les annees* 1712, 1713, 1714, *pag.* 395, *seqq. edit. Amstelod. an.* 1717. Ecclesias, Monasteria, Cœtusque Religiosorum Ordinum, moresque Christianorum, qui in Peruano regno, Limæque præcipue sunt, describit. Sed is auctor paullo est iniquior Ordinibus Regularium. De Origine, & progressu Religiosorum Ordinum in eadem regione cognoscere lector poterit ex Annalibus, Historiisque Dominicanorum, Franciscanorum, Augustinianorum, Carmelitarum, Mercenariorum, Minimorum, & Jesuitarum.

Sancti Jacobi Ciles vulgo *Sant Jago de Chile*.
Conceptionis vulgo la *Conception de Chile*.
Sanctæ Fidei vulgo *Santa Fè de Bogota*.
Sanctæ Marthæ vulgo *Santa Marta*.
Carthaginis novæ vulgo *Cartagena*.
Popajani vulgo *Popajan*.
Platensis vulgo *de la Plata*.
Pacensis vulgo *la Paz o Chuquiaca in Peruvia*.
Tucumanensis vulgo *San Miguel de el estero*.
Sanctæ Crucis de Serra vulgo *Santa Crux de la Sierra, o de Baranca*.



Sanctæ

Sanctæ Trinitatis, vulgo *Santa Trinidad de Buenos Ayres*. (*i*).

Flu-

(i) Josephus Peralta Ord. Præd. Episcopus *di Buenosayres* vir gravis, & Societati Jesu imprimis addictus Epistola, quam anno 1743, *die* 8 *Januar.* ad Philippum V Hispaniarum regem Catholicorum scripsit, quamque rex ipse in suo Decreto lato *die* 28 *Decembris an.* 1743, laudat *pag.* 32, *edit.* ut fertur *Neapolit. an.* 1744, sic habet pag. 54. „ Dalla Città di *Santa Fede* passai a visitare le „ popolazioni, e riduzioni delle missioni, „ che stanno sotto la cura de' Padri della „ Compagnia di Gesù, e si distendono per „ cento leghe, il cui viaggio è scabrosissimo. „ sono queste popolazioni in numero di trenta, „ ta, delle quali diciassette appartengono a „ questa Diocesi di Buenosayres, e tredici a „ quella del Paraguay. Dopo aver visitate „ tutte le diciassette di mia giurisdizione, passai „ sai ad amministrare la cresima in alcune di „ quelle de Paraguay . . . Esporrò quì quel „ tanto, che io ho veduto co' miei occhi, e „ toccato per così dire con mano con tanto „ mio gusto, e spiritual consolazione . . . . „ vedendo una sì gran moltitudine di pecorelle, „ relle, che quantunque collocate in luoghi „ diversi, e fra loro così distanti, pure con tanta „ ta ubbidienza pendono in tutto dalla voce „ del pastore, come se stessero tutte in un „ solo ovile . . . Ringrazio del continuo nostro „ stro Signore per le copiose benedizioni, „ che sparge sopra que' popoli per mezzo di „ quei santi religiosi, e uomini Apostolici „ della Compagnia di Gesù, i quali del continuo „ tinuo si occupano *in istruirli*, *e sempre* „ *più assodarli nella* fede Cattolica, e in renderli „ li attaccati sempre più al servigio di vostra „ maestà, con una lealtà tanto impegnata, „ e fervida, quasi l'avessero originalmente „ contratta da loro maggiori. " Id vero quemadmodum fiat, posteaquam de pietatis, & religionis cultu magnifice dixit, explicat hoc modo „ Nè questo zelo (de' Padri) e „ vigilanza si ristringe soltanto alla cultura „ spirituale delle anime di quella gente, ma „ si allarga altresì, e si distende al temporale „ le provvedimento de' loro corpi. Dato „ che hanno tutto il necessario ricapito per „ la fabbrica della Chiesa, e per tutto ciò, „ che riguarda il culto divino, si portano „ unitamente con essi a riconoscere, e scegliere „ gliere le migliori terre per far la sementa del „ grano, e del cotone, trovate le quali somministrano „ ministrano loro bovi, aratri, e la stessa semenza „ menza pel lavoro, con tal provvidenza, e „ carità verso tutti, che non può abbastanza „ spiegarsi. Per i fanciulli, e fanciulle orfane „ ne si fa una particolar sementa a parte, „ il cui raccolto si consegna ad un maggiordomo, „ giordomo, che tien la nota di tutti, e a „ cui carico sta il provvedere ciascun di essi „ di giorno in giorno. Un' altra particolar „ sementa si fa per tutte le vedove, ma „ in vicinanza della popolazione, acciò essendo „ sendo donne deboli, e non poche di esse „ o infermicce, o inoltrate negli anni, non „ sieno costrette, per far la raccolta, ad andare „ dare lontano, e stancarsi: tenendole occupate „ pate nel rimanente dell' anno, con tutte „ le altre del loro sesso in filare il cotone, „ che poi tessuto dagl' Indiani delle stesse

„ po-

Fluvii de Plata vulgo l'*Assompejon*.

Ma-

„ popolazioni, serve loro per il vestiario, „ colla qual provvidenza vanno tutti vestiti „ con tutta proprietà, e pulizia. " Hinc concludere forsitan quisquam posset, nihil eos Indos proprii habere, . cum his non cibus modo, ut post addit Peralta, sed etiam vestitus cura Patrum Societatis distribuatur: Sed ex Regis decreto cur ita se res habeat, intelligitur, *Pag. enim* 31, *puncto IV:* „ Intorno a questo capo (*se gl' Indiani abbino dominio particolare sù i loro beni*, „ *e se un tal dominio*, *o l' amministrazione di detti beni corra a conto de' Padri*) costa dalle informazioni trasmesse, „ dalle conferenze tenute, e da altri documenti concernenti questo affare, come „ stante l' incapacità, e desidia di questi Indiani nell' amministrazione, e maneggio „ di beni, si assegna a ciascuno una porzione di terreno da lavorare, a fine che col „ raccolto di quello mantener possa la sua „ famiglia, e che il rimanente della sementa della comunità di grani, di radici commestibili, e il cotone si amministra in „ ogni popolazione, e va in mano di altri „ Indiani colla direzione de' Missionarj .... „ Sotto gravi pene hanno que' Missionarj „ dal loro Generale di non prevalersi di cosa alcuna per se spettante agl' Indiani, nè „ per via di limosina, nè per via d' imprestito, nè per qualunque altro titolo: fino „ a darne conto al Provinciale. " Addit Peralta *pag*. 58. „ Questo è l' unico frutto „ (o piuttosto *erba del Paraguai*) che „ si trafica in queste provincie, e in quelle „ del Perù, reca loro qualche sollievo, e „ col cui guadagno si abilitano a pagare il „ dovuto vassallaggio a vostra Maestà consistente in una somma di 9440 pezze alla „ sua cassa. Il di più di un tal guadagno „ tutto s' impiega in servizio di Dio, e di „ vostra Maestà. Una parte vien consegnata al culto divino nello splendor delle „ Chiese, e delle feste &c .... un' altra „ parte si conserva ad altro uso niente meno utile, e necessario, ed è questo. Oltre „ i Missionarj, ed altri ministri Evangelici .... conviene averne sempre alcuni altri di riserva, già ben introdotti, e ammaestrati nella lingua di quei naturali da „ sostituirsi subito a quei, che muojono ... „ Un' altra porzione di detto danaro serve a „ comprar Cavalli, e armi, e a rivestir soldati, che si tengono in piedi al servizio „ di Vostra Maestà per qualunque spedizione venga loro commessa .... Può „ contare la Maestà Vostra in tutte quelle „ popolazioni dodeci in quattordici mila uomini abili, e pronti a prendere le armi „ per qualunque impresa di suo servizio, come fecero di fatto negli anni scorsi nel Paraguay, ove diedero ammirabili pruove del „ loro valore, della loro fedeltà, del loro „ attacco per la sua real persona .... E di „ presente ducento di essi s' impiegano nel „ lavoro della fortezza di Montevideo spediti colà a petizione del governatore di „ quella piazza sotto la condotta, e direzione di due religiosi della Compagnia di Gesù, che al tempo stesso ne coltivan lo spirito colla pietà. "

Maniliana vulgo *Manila* (k).

Nominis Jesu seu Cebuensis, vulgo *Nombre de Jesus*.

Novæ

(k) Jam inde ab eo tempore, quo detectæ eæ ipsæ Insulæ fuerunt, Dominicani, Franciscani, iique ex aliis Ordinibus religiosis viri, quorum supra facta mentio est, introducere in eas, ibique propagare Christianam religionem cœperunt. Confer *Hist. Provinc. Philipp. O. P. l.* 1, *pag.* 1, *seqq.* & *pag.* 28, *seqq.* Quos deinde progressus fecerint, *ex seqq.* libris cognosci potest. Urbanus Cerrius *l. c. pag.* 108, de statu religionis in Philippinis, ut erat circa an. 1678 scribens ait: „ Nel„ le Isole stanno sparsi più di 500 Religiosi „ di varie Religioni, Agostiniani, Domeni„ cani, Francescani, Gesuiti, e Agostiniani „ Scalzi, ivi chiamati Recolletti, risedendo „ in diverse Chiese, dove non con nome di „ Parrochi, ma di dottrinarj insegnano la dot„ trina Cristiana, e vi hanno fatto numero„ se conversioni quasi di due milioni di ani„ me attendendo con ogni diligenza alla pro„ pagazione della fede. La principale di que„ ste Isole è Luzon, nella quale sta Manila „ Arcivescovato, e Città assai popolata pie„ na di Chiese, Conventi, Collegj, Ospeda„ li, e altri luoghi pii. Ne' suoi Borghi di„ morano dieci mila Chinesi, che per opera „ dei detti Religiosi ne passano continuamen„ te alla fede Cattolica, essendo gente assai „ ingegnosa, dove gli altri abitanti sono as„ sai rozzi, e pigri. Nella medesima Isola „ stanno due altri Vescovati, uno della nuo„ va Cazeres, oltre quello detto del nome di „ Gesù, che ha la residenza in un' altra Iso„ la chiamata Sebù. Sono dalle dette Isole „ usciti in altri tempi diligentissimi operaj „ per le Missioni del Giappone, e ad esso „ passano molti Domenicani, e Francescani „ anche nella China.... Le Isole de' La„ droni.... formano una linea retta dal „ Giappone fino alla nuova Guinea..... „ Da dieci anni in qua un Gesuita chiamato „ il P. S. Vittores operò tanto colla Regi„ na, co' ministri, e con i suoi superiori, „ che vi fondò una Missione della sua Reli„ gione, quale in brevissimo tempo vi fece „ grandissimo frutto; ma egli vi restò ulti„ mamente martirizzato con due suoi com„ pagni, onde vi furono l'anno passato man„ dati sei altri Padri in soccorso della Mis„ sione." Dominicani, & Franciscani, Augustiniani, Jesuitæ, & Carmelitæ in id vehementer laborant, ut eos Insulanos, qui nondum de Christo cognorunt, ad veram religionem adducant.

Novæ Segoviæ vulgo *Nova Segovia*.
Cazerensis vulgo *Caceres de Camerina*.
Sancti Salvatoris vulgo *San Salvador* (l).



Olin-


(l) In regno Brasiliensi, quod obtinent Lusitani, Metropolis Ecclesiastica est *Bahia de todos los Sanctos*. Episcopi quoque aliis urbibus præsunt. Florent quoque in Brasilia Religiosi Ordines Dominicanorum, Franciscanorum, Jesuitarum, Carmelitarum &c. Vide Joannis Lerii *Navigation. in Brasiliam an.* 1555, *seq.* gallice descriptam, editamque Rupellæ *an.* 1578, & Latine *Genev. an.* 1586, Antonii el san Roman *Hist. Gener. de la India Oriental*, *los descubrimientos*, *y conquistas que han hecho las armas de Portugal en el Brasil*, *y en otras partes*... *y de la dilatacion del S. Evangelo por aquellas grandes Provincias des sus principios hasta el an.* 1557, *edit. Valisol. an.* 1603, Simonis de Vasconcellos *Chronic. Soc. Jesu in Provincia Brasilia* Lusitanice scriptum, editumque *Ulyssipone an.* 1663.

Olindana vulgo *Olinda de Pernambuco.*

Sancti Sebastiani vulgo. *San Sebastiano de Rio de Janerio.*

Maraniana vulgo *San Luis de el Maraban.*

Quebecensis vulgo *Quebec.*





INDEX QUÆSTIONUM.

LIBER SECUNDUS.

JUS PATRIARCHICUM.

QU.

QU.



NOI

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del *P. F. Gio: Tommaso Mascheroni* Inquisitor Generale del S. Officio di Venezia nel Libro intitolato: *Jurisprudentia Ecclesiastica Universa Lib. IX. Tomus secundus, complectens Jus Patriarchicum MS.* non v' esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi; concediamo Licenza a *Simone Occhi* Stampator di Venezia che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia e di Padova.

Dat. li 30 Luglio 1785.

(*Andrea Querini Rif.*
(*Zaccaria Vallaresso Rif.*
(*Francesco Pesaro Cavalier Procurator Rif.*

Registrato in Libro a Carte 230 al Num. 2137.

Giuseppe Gradenigo Segret.



